Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων· Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ. Ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους, ἦλθεν αὐτοῦ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἔσπειρε ζιζάνια ἀναμέσον τοῦ σίτου, καὶ ἀπῆλθεν. Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη τὰ [92] ζιζάνια. Προσελθόντες δὲ οἱ δοῦλοι τοῦ οἰκοδεσπότου, εἶπον αὐτῷ· Κύριε, οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν τῷ ἀγρῷ σου [93]; πόθεν οὖν ἔχει ζιζάνια; Ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς· Ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν. Οἱ δὲ δοῦλοι εἶπον αὐτῷ· Θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξομεν [94] αὐτά; Ὁ δὲ ἔφη, Οὔ· μήποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια, ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν [95] σῖτον. Ἄφετε οὖν συναυξάνεσθαι ἀμφότερα ἄχρι [96] τοῦ θερισμοῦ.

α'. Τί τὸ μέσον ταύτης καὶ τῆς πρὸ ταύτης [97] παραβολῆς; Ἐκεῖ τοὺς μηδὲ ὅλως προσεσχηκότας αὐτῷ φησιν, ἀλλ' ἀποπηδήσαντας καὶ τὸν σπόρον προεμένους [98]· ἐνταῦθα δὲ, τῶν αἱρετικῶν λέγει τὰ συστήματα. Ἵνα γὰρ μηδὲ τοῦτο τοὺς μαθητὰς θορυβῇ [99], καὶ τοῦτο προλέγει, μετὰ τὸ διδάξαι αὐτοὺς διατί ἐν παραβολαῖς λαλεῖ. Ἐκείνη μὲν οὖν [100] ἡ παραβολὴ φησιν, ὅτι οὐκ ἐδέξαντο· αὕτη δὲ, ὅτι καὶ [101] φθορέας ἐδέξαντο. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ διαβόλου μεθοδείας, τῇ ἀληθείᾳ ἀεὶ παρεισάγειν τὴν πλάνην, πολλὰ ἐπιχρωννύντα [102] αὐτῇ τὰ ὁμοιώματα, ὥστε εὐκόλως κλέψαι τοὺς εὐεξαπατήτους. Διὰ τοῦτο οὐκ ἄλλο τι σπέρμα, ἀλλὰ ζιζάνια καλεῖ, ὃ [103] κατὰ τὴν ὄψιν ἔοικέ πως τῷ σίτῳ. Εἶτα λέγει [481] καὶ τὸν τρόπον τῆς ἐπιβουλῆς. Ἐν γὰρ τῷ *καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους*, φησίν. Οὐ μικρὸν τοῖς ἄρχουσιν ἐντεῦθεν ἐπικρεμνᾷ [104] τὸν κίνδυνον, τοῖς μάλιστα τῆς ἀρούρας τὴν φυλακὴν ἐμπεπιστευμένοις· οὐ τοῖς ἄρχουσι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀρχομένοις. Δείκνυσι δὲ καὶ τὴν πλάνην μετὰ τὴν ἀλήθειαν οὖσαν· ὅπερ καὶ ἡ τῶν πραγμάτων ἐκβασις μαρτυρεῖ. Καὶ γὰρ μετὰ τοὺς προφήτας, οἱ ψευδοπροφῆται· καὶ μετὰ τοὺς ἀποστόλους, οἱ ψευδαπόστολοι· καὶ μετὰ τὸν Χριστὸν, ὁ ἀντίχριστος. Ἂν γὰρ μὴ ἴδῃ τί μιμήσηται ὁ διάβολος, ἢ τίσιν ἐπιβουλεύσῃ [105], οὔτε ἐπιχειρεῖ, οὔτε οἶδε. Καὶ νῦν τοίνυν, ἐπειδὴ εἶδεν [106], ὅτι ὁ μὲν ἐποίησεν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα, ἄλλην ἔρχεται λοιπὸν ὁδόν. Ἐπεὶ γὰρ ἁρπάσαι οὐκ ἠδυνήθη τὸ ῥιζωθὲν, οὐδὲ ἀποπνῖξαι, οὐδὲ κατακαῦσαι, δι' ἑτέρας ἀπάτης ἐπιβουλεύει, παρεμβάλλων τὰ παρ' [107] ἑαυτοῦ. Καὶ τί διαφέρουσιν οἱ καθεύδοντες, φησὶ, τῶν τὴν ὁδὸν μιμουμένων; Ὅτι ἐκεῖ εὐθέως ἥρπασεν· οὐδὲ γὰρ ῥιζωθῆναι ἀφῆκεν· ἐνταῦθα δὲ πλείονος ἐδεήθη τῆς μηχανῆς. Ταῦτα δὲ λέγει ὁ Χριστὸς, παιδεύων ἡμᾶς διαπαντὸς ἐγρηγορέναι. Κἂν γὰρ ἐκείνας διαφύγῃς τὰς βλάβας, φησὶν, ἔστι καὶ ἑτέρα βλάβη. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ διὰ τῆς ὁδοῦ καὶ τῆς πέτρας καὶ τῶν ἀκανθῶν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα διὰ τοῦ ὕπνου ἡ ἀπώλεια γίνεται· ὥστε διηνεκοῦς φυλακῆς δεῖ. Διὸ καὶ ἔλεγεν· *Ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.* Τοιοῦτόν τι γέγονε καὶ παρὰ τὴν ἀρχήν. Πολλοὶ γοῦν τῶν προεστώτων πονηροὺς εἰσάγοντες ἄνδρας ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, αἱρεσιάρχας κρυπτομένους, πολλὴν εὐκολίαν τῇ τοιαύτῃ παρέσχον ἐπιβουλῇ. Οὐδὲ γὰρ πόνων δεῖ τῷ διαβόλῳ λοιπὸν, ὅταν ἐκείνους εἰς μέσον φυτεύσῃ. Καὶ πῶς δυνατὸν μὴ καθεύδειν; φησί. Τὸν μὲν οὖν φυσικὸν ὕπνον, οὐ δυνατόν· τὸν δὲ τῆς προαιρέσεως, δυνατόν. Διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγε· *Γρηγορεῖτε, στήκετε ἐν τῇ πίστει.* Εἶτα δείκνυσι καὶ περιττὸν τὸ πρᾶγμα, οὐχὶ βλαβερὸν μόνον. Μετὰ γὰρ τὸ γεωργηθῆναι τὴν ἄρουραν, καὶ μὴ χρῖσιν εἶναι μηδενὸς, τότε ἐπισπείρει οὗτος· καθάπερ καὶ οἱ αἱρετικοὶ ποιοῦσιν, οἳ [108] δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ κενοδοξίαν ἐμβάλλουσι τὸν ἑαυτῶν ἰόν. Οὐκ ἐντεῦ-

[92] τὰ] καὶ τὰ H. [93] ἀγρῷ σου] σῷ ἀγρῷ H. σου om. K. Mox ἔχει τὰ ζ. K. [94] συλλέξωμεν pr. G. [95] τὸν] καὶ τὸν H. K. p. p. οὖν om. H. [96] μέχρι H. K. Locum S. S. ad finem v. 30 continuant B. Arm. et Mosq. unus: non nisi vv. 25, 24 habent Mor. cum alio Mosq. [97] πρὸ ταύτης] προτέρας Edd. παραβολῆς; add. Πολὺ καὶ διάφορον, G. [98] προεμένους G. [99] θορυβήσῃ H. [100] οὖν om. G. [101] καὶ om. K. Mor. [102] ἐπιχρωννύντος H. K. [103] ὃ] add. καὶ Edd. [104] ἐπικρεμᾷ H. Mor. [105] μιμήσεται et ἐπιβουλεύσει H. [106] οἶδεν G. Mox λοιπὸν om. G. [107] παρὰ om. K. Mox folium deest in hoc codice ab ἐκείνους p. 181, usque ad συλλέξατε p. 182 D. [108] οἳ om. G.

Digitized by Google

θεν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα μετὰ ἀκριβείας αὐτῶν ὑπογράφει τὴν σκηνὴν ἅπασαν. *Ὅτε γὰρ ἐβλάστησε*, φησὶν, *ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια* · ὅπερ καὶ οὗτοι ποιοῦσι. Παρὰ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν συσκιάζουσιν ἑαυτούς · ἐπειδὰν δὲ πολλὴν λάβωσι τὴν παῤῥησίαν, καὶ λόγου τις αὐτοῖς μεταδῷ, τότε τὸν ἰὸν ἐκχέουσι. Τίνος δὲ ἕνεκεν εἰσάγει τοὺς δούλους λέγοντας τὸ γεγενημένον ; Ἵνα εἴπῃ ὅτι οὐ δεῖ ἀναιρεῖν αὐτούς. Ἐχθρὸν δὲ ἄνθρωπον αὐτὸν καλεῖ, διὰ τὴν εἰς ἀνθρώπους βλάβην. Ἡ μὲν γὰρ ἐπήρεια καθ' ἡμῶν · ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς ἐπηρείας οὐκ ἀπὸ τῆς εἰς ἡμᾶς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς εἰς [482] Θεὸν ἔχθρας ἐγένετο. Ὅθεν δῆλον, ὅτι μᾶλλον ὁ Θεὸς ἡμᾶς φιλεῖ, ἢ ἡμεῖς ἑαυτούς. Ὅρα δὲ καὶ ἑτέρωθεν τοῦ διαβόλου τὴν κακουργίαν. Οὐ γὰρ πρὸ τούτου ἔσπειρεν, ἐπειδὴ μηδὲν εἶχεν ἀπολέσαι[79] · ἀλλ' ὅτε ἦν ἅπαντα πεπληρωμένα, ἵνα τῇ σπουδῇ λυμήνηται τοῦ γεωργοῦ · οὕτω πρὸς ἐκεῖνον ἐχεχωθῶς ἔχων πάντα ἐποίει. Σκόπει δὲ καὶ τῶν οἰκετῶν τὴν φιλοστοργίαν. Καὶ γὰρ ἐπείγονται ἤδη τὰ ζιζάνια ἀνασπάσαι, εἰ καὶ μὴ διεσκεμμένως ποιοῦσιν · ὅπερ δείκνυσι τῇ ὑπὲρ τοῦ σπόρου μεριμναν αὐτῶν, καὶ πρὸς ἓν μόνον βλέποντας, οὐχ ὅπως ἐκεῖνος δῷ δίκην, ἀλλ' ὥστε τὰ καταβληθέντα μὴ ἀπολέσθαι · οὐ γὰρ δὴ τοῦτό ἐστι τὸ κατεπεῖγον. Διόπερ ὅπως τὸ νόσημα τέως ἐξέλωσι, σκοποῦσι [80]. Κ. οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς ζητοῦσιν · οὐ γὰρ ἑαυτοῖς ἐπιτρέπουσιν, ἀλλὰ τοῦ δεσπότου τὴν γνώμην ἀναμένουσι λέγοντες · *Θέλεις ;* Τί οὖν ὁ δεσπότης ; Κωλύει λέγων · *Μήποτε ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον.* Τοῦτο δὲ ἔλεγε, κωλύων πολέμους γίνεσθαι καὶ αἵματα καὶ σφαγάς. Οὐ γὰρ[81] δεῖ ἀναιρεῖν αἱρετικόν · ἐπεὶ πόλεμος ἄσπονδος ἐμελλεν εἰς τὴν οἰκουμένην εἰσάγεσθαι.

β'. Δύο τοίνυν τούτοις αὐτοὺς κατέχει τοῖς λογισμοῖς · ἑνὶ μὲν, τῷ μὴ τὸν σῖτον βλαβῆναι · ἑτέρῳ δὲ, τῷ καταλήψεσθαι τὴν κόλασιν πάντως αὐτοὺς ἀνιάτως νοσοῦντας. Ὥστε εἰ βούλει καὶ κολασθῆναι αὐτοὺς, καὶ χωρὶς τῆς τοῦ σίτου βλάβης, ἀνάμεινον τὸν προσήκοντα καιρόν. Τί δέ ἐστι, *Μὴ*[82] *ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον ;* Ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι Εἰ μέλλοιτε κινεῖν ὅπλα καὶ κατασφάττειν τοὺς αἱρετικούς, ἀνάγκη πολλοὺς καὶ τῶν ἁγίων συγκαταβάλλεσθαι · ἢ ὅτι ἀπ' αὐτῶν τῶν ζιζανίων πολλοὺς εἰκὸς μεταβαλέσθαι καὶ γενέσθαι σῖτον. Ἂν τοίνυν προλαβόντες αὐτοὺς ἐκριζώσητε, λυμαίνεσθε τῷ μέλλοντι γίνεσθαι σίτῳ, οὗ ἐγχωρεῖ μεταβαλέσθαι καὶ γενέσθαι βελτίους ἀναιροῦντες[83]. Οὐ τοίνυν κατέχειν[84] αἱρετικοὺς, καὶ ἐπιστομίζειν, καὶ ἐκκόπτειν αὐτῶν τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὰς συνόδους καὶ τὰς σπονδὰς διαλύειν κωλύει, ἀλλ' ἀναιρεῖν καὶ κατασφάττειν. Σὺ δὲ αὐτοῦ σκόπει τὴν ἡμερότητα, πῶς οὐκ ἀποφαίνεται μόνον, οὐδὲ κωλύει[84*], ἀλλὰ λογισμοὺς τίθησι. Τί οὖν, ἂν μέχρι τέλους μένῃ[85] τὰ ζιζάνια ; *Τότε ἐρῶ τοῖς θερισταῖς · Συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια, καὶ δήσατε αὐτὰ δεσμὰς πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά.* Πάλιν ἀναμιμνήσκει αὐτοὺς τῶν Ἰωάννου ῥημάτων τῶν κριτὴν αὐτὸν[85*] εἰσαγόντων, καί φησιν, ὅτι ἕως μὲν[86] ἐστήκασιν ἐγγὺς τοῦ σίτου, φείδεσθαι χρή · ἐγχωρεῖ γὰρ αὐτοὺς καὶ σῖτον γενέσθαι · ὅταν δὲ μηδὲν κερδάναντες ἀπέλθωσι, τότε αὐτοὺς ἀναγκαίως ἡ ἀπαραίτητος διαδέξεται δίκη. *Ἐρῶ γὰρ τοῖς θερισταῖς*, φησὶ, *Συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια.* Διατί πρῶτον ; Ἵνα μὴ φοβηθῶσιν οὗτοι, ὡς συναπαγομένου ἅμα αὐτοῖς τοῦ σίτου. *Καὶ δήσατε αὐτὰ δεσμὰς, ὥστε κατακαῦσαι αὐτά · τὸν δὲ σῖτον συναγάγετε εἰς τὴν ἀποθήκην.* [483] *Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς λέγων · Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἀπὸ τοῦ σπόρου τρία μέρη ἀπόλλυται, καὶ σώζεται ἓν, καὶ ἐν αὐτῷ πάλιν τῷ σωζομένῳ τοσαύτη γίνεται βλάβη, ἵνα μὴ λέγωσι, Καὶ τίνες καὶ πόσοι ἔσονται οἱ πιστοί ; καὶ τοῦτον ἐξαιρεῖ τὸν φόβον, διὰ τῆς παραβολῆς τοῦ σινάπεως ἐνάγων εἰς πίστιν[87] αὐτοὺς, καὶ δεικνὺς ὅτι πάντως ἐκταθήσεται τὸ κήρυγμα. Διὰ τοῦτο τοῦ λαχάνου τὴν εἰκόνα εἰς μέσον ἤγαγε σφόδρα οἰκείαν τῇ ὑποθέσει · *Ὃ μικρότερον μέν*, φησὶν, *ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων · ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζόν τῶν λαχάνων ἐστὶ, καὶ γίνεται δένδρον, ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ.* Τοῦ γὰρ μεγέθους τὸ τεκμήριον ἐνδείξασθαι ἠβουλήθη. Οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ κηρύγματος ἔσται, φησί. Καὶ γὰρ ἁπάντων ἀσθενέστεροι ἦσαν οἱ μαθηταὶ, καὶ πάντων ἐλάττους · ἀλλ' ὅμως, ἐπειδὴ μεγάλη ἦν ἡ ἐν αὐτοῖς δύναμις, ἐξεπλώθη παντα[illegible]ῦ τῆς οἰκουμένης. Εἶτα καὶ τὴν ζύμην ταύτῃ προστιθησι τῇ εἰκόνι, λέγων · *Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.* Καθάπερ γὰρ αὕτη τὸ πολὺ ἄλευρον μεθίστησιν εἰς τὴν ἑαυτῆς ἰσχὺν, οὕτω καὶ ὑμεῖς τὸν πάντα κόσμον μεταστήσετε. Καὶ ὅρα σύνεσιν. Τὰ γὰρ τῆς φύσεως παράγει, δεικνὺς ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνα ἀνεγχώρητον[88] μὴ γενέσθαι, οὕτω καὶ ταῦτα. Μὴ γάρ μοι τοῦτο λέγε · Τί δυνησόμεθα δώδεκα ἄνθρωποι εἰς πλῆθος ἐμπεσόντες τοσοῦτον ; Καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ μάλιστα ὑμῶν ποιεῖ τὴν ἰσχὺν ἐκλάμψαι, τὸ ἀναμιγῆναι τῷ πλήθει καὶ μὴ φυγεῖν. Ὥσπερ οὖν[89] καὶ ἡ ζύμη τότε τὸ φύραμα ζυμοῖ, ὅταν ἐγγὺς γένηται τοῦ ἀλεύρου, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐγγὺς, ἀλλ' οὕτως ὥστε καὶ μιγῆναι · (οὐ γὰρ εἶπεν, Ἔθηκεν, ἁπλῶς, ἀλλ', Ἔκρυψεν ·) οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν κολληθῆτε καὶ ἑνωθῆτε τοῖς πολεμοῦσιν ὑμῖν, τότε αὐτῶν περιέσεσθε. Καὶ καθάπερ ἐκείνη καταχώννυται μὲν, οὐκ ἀφανίζεται δὲ, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἕξιν ἅπαντα μεταποιεῖ · τὸν αὐτὸν[90] τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ κηρύγματος τοῦτο συμβήσεται. Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ πολλὰς εἶπον εἶναι[91] τὰς ἐπηρείας, φοβηθῆτε · καὶ γὰρ καὶ οὕτως ἐκλάμψετε, καὶ ἁπάντων περιέσεσθε. Τρία δὲ σάτα ἐνταῦθα τὰ πολλὰ εἰρηκεν · οἶδε γὰρ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐπὶ πλήθους λαμβάνειν. Μὴ θαυμάσῃς δὲ, εἰ περὶ βασιλείας διαλεγόμενος κόκκου καὶ ζύμης ἐμνήσθη · ἀνθρώποις γὰρ διελέγετο ἀπείροις καὶ ἰδιώταις, καὶ δεομένοις ἀπὸ τούτων ἐνάγεσθαι[92]. Οὕτω γὰρ ἦσαν ἀφελεῖς, ὡς καὶ μετὰ ταῦτα πάντα δεηθῆναι ἑρμηνείας πολλῆς. Ποῦ τοίνυν Ἑλλήνων παῖδές εἰσι ; Μανθανέτωσαν τοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν, ὁρῶντες τῶν πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν · καὶ ἑκατέρωθεν αὐτὸν προσκυνείτωσαν, ὅτι καὶ προεῖπε πρᾶγμα τοσοῦτον, καὶ ἐπλήρωσε. Καὶ γὰρ αὐτός ἐστιν ὁ τὴν δύναμιν ἐνθεὶς τῇ ζύμῃ. Διὰ τοῦτο καὶ ἀνέμιξε τῷ πλήθει τοὺς αὐτῷ πιστεύοντας, ἵνα μεταδῶμεν [484] τοῖς ἄλλοις[93] τῆς ἡμετέρας συνέσεως. Μηδεὶς τοίνυν ὀλιγότητα αἰτιάσθω. Πολλὴ

[79] ἀπολέσθαι G. Mox τὴν σπουδὴν G. Ep. et p. p. ἐχθρῶς Ep. et pr. G. [80] τοῦτο σκοποῦσι G. [81] Οὐδὲ γὰρ G. Ep. Mox ὁ πόλεμος G. [82] Τί δὲ ἄλλο διὰ τοῦ, μὴ... G. et sic Edd. minore distinctione post σῖτον posita. Nostræ lectioni præter H. Ep. et utrumque Interp. suffragatur etiam Par. Reg. 688. [83] μὴ ἀναιροῦντες G. [84] κατασχεῖν Mor. κατάρχειν « unus » apud Montef. nisi scribere voluit κατάγχειν, quæ lectio est Reg. 688. Mox pro σπονδὰς, σπουδὰς, expressit Interpres Arm. [84*] κωλύει] Sic H. Ge. Arm. vulgo κελεύει. [85] μείνῃ G. μεῖνωσι ζιζάνια Ep. [85*] τὸν κρ. αὐτῶν K. et pr. G. τῶν κρ. αὐτῶν corr. G. [86] μὲν] add. ἂν codices. Cf. Tom. IX. p. 510 A. Edd. Ben. 2dae. [87] εἰς τὴν πίστιν Edd. εἰς πεῦσιν G. K. invitis Interpp. [88] ἀνεγχείρητον G. [89] οὖν om. G. [90] αὐτὸν] add. δὴ Edd. τοῦτο] τούτου Ep. G. [91] εἶναι deest in Edd. [92] Sic Ep. Mor. et codd. ἀνάγεσθαι Sav. Ben. [93] τοῖς ἄλλοις] Sic H. K. Arm. *infidelibus* Ge. Vulgatum ἀλλήλους habet G.

Digitized by Google

sed et superfluam rem ostendit. Nam postquam ager cultus fuit, cum nulla re opus est, tunc seminat; quod et hæretici faciunt, qui nonnisi propter vanam gloriam venenum suum injiciunt. Neque ex his tantum verbis, sed etiam ex sequentibus, totam illorum scenam accurate describit: *Cum pullulavit*, inquit, *herba, et fructum tulit, tunc apparuerunt et zizania :* quod et ipsi faciunt. Initio namque sese occultant : postquam vero majorem accepere fiduciam, et copiam dicendi nacti sunt, tunc virus effundunt. Cur autem servos induxit, quæ accidere narrantes? Ut hinc ansam arripiat dicendi non occidendos illos esse. Inimicum hominem vocat illum, ob damna quæ infert hominibus : damnum enim nos impetit; damni vero initium non odio nostri, sed odio Dei factum est. Unde palam est, Deum nos magis diligere, quam nos a nobis ipsis diligamur. Sed aliunde videre est diaboli versutiam. Non enim antehac seminavit, quia nihil quod perderet habuit; sed cum omnia plena essent, ut totum agricolæ studium labefactaret : sic inimico erga illum animo cuncta faciebat. Vide autem servorum diligentiam. Nam zizania cito evellere cupiunt, etiamsi id non considerate faciant : quod illorum circa semina sollicitudinem declarat, arguitque ipsos ad unum tantum respicere, non quo pacto ille pœnas det : neque enim illud ita urget; sed ne jacta semina pereant. Ideo id cogitant ut morbum celeriter avellant. Illud vero non statim efficere conantur; neque enim id sibi arrogant; sed domini sententiam exspectant dicentes : *Vis?* Quid igitur dominus? Id vetat dicens: *Ne forte eradicetis simul et triticum.* Hoc porro dicebat, ut bella cædesque prohiberet. Neque enim hæreticum occidere oportet . nam sic irreconciliabile bellum in orbem induceretur.

2. *Erga hæreticos quomodo agendum. Mansuetudo Christi. Granum sinapis quomodo prædicationis apostolorum sit figura. Ærumnæ prædicantibus non timendæ.* — His autem duobus ratiociniis movetur ad illos cohibendos : primo, quod frumentum non læderent; secundo, quod illi incurabili morbo laborantes supplicium luituri essent. Quapropter si vis illos puniri sine frumenti noxa, exspecta tempus opportunum. Quid autem aliud sibi vult cum dicit, *Ne eradicetis simul et triticum*, quam hoc quod dicimus : Si arma moveatis, ut hæreticos occidatis, multos etiam sanctorum una occidi necesse est; vel etiam multi ex istis zizaniis, ut verisimile est, converterentur in frumentum? Si ergo prius illos eradicetis, frumento etiam venturo nocebitis, si illos qui mutari et boni effici possunt, eradicetis. Non igitur prohibet hæreticos reprimere, illorum ora obstruere, libertatem loquendi coercere, cœtus eorum solvere, pacta respuere, sed occidere vetat. Tu vero illius mansuetudinem perpende, quomodo scilicet non sententiam solum efferat et jubeat, sed etiam rationem exponat. Quid ergo eveniet, si usque in finem zizania mancant? *Tunc dicam messoribus*, inquit, *Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Revocat ipsis in mentem verba Joannis, quibus ipse judex inducebatur, dicitque : donec prope frumentum stant zizania, parcendum ipsis esse; potest enim fieri ut frumentum efficiantur. Cum autem nullo reportato lucro abscesserint, tunc illos inevitabilis ultio excipiet. *Dicam enim messoribus*, inquit, *Colligite primum zizania.* Cur *Primum?* Ne terreantur illi, quasi triticum cum illis auferatur. *Et alligate ea in fasciculos ad comburendum ; triticum autem congregate in horreum.* 31. *Aliam parabolam apposuit eis dicens : Simile est regnum cœlorum grano sinapis* Quia enim dixit, ex semine tres partes perire, unamque servari, et in hac quoque servata parte tot tantaque imminere detrimenta, ne dicerent, Et quinam quantoque numero fideles erunt? hunc quoque metum aufert, illos per parabolam sinapis ad fidem inducens, ostendensque prædicationem ubique pervasuram esse. Ideo oleris imaginem in medium adduxit huic argumento admodum opportunam : 32. *Quod minus est*, inquit, *omnibus seminibus ; cum autem creverit, majus est omnibus oleribus, et fit arbor, ita ut volucres cœli veniant, et in ramis ejus habitent* Magnitudinis enim indicium declarare voluit. Sic, inquit, et in prædicatione erit. Nam omnium infirmissimi erant discipuli, omniumque ininimi : attamen quia magna in ipsis virtus erat, per totum orbem effusa est. Deinde sub hac imagine fermentum posuit, dicens : 33. *Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.* Sicut enim fermentum multæ farinæ vim suam indit, sic et vos totum mundum convertetis. Et vide prudentiam. Naturæ imagines affert, quo ostendat, ut hæc secundum naturalem rerum seriem necessario ita fiunt, sic et ista. Ne mihi dixeris : Quid poterimus duodecim homines in tantam multitudinem incidentes? Nam idipsum maxime virtutem vestram splendidam reddit, quod multitudini admixti non fugiatis. Quemadmodum et fermentum tunc massam fermentat, cum farinæ admovetur; nec modo admovetur, sed ita ut misceatur; non enim simpliciter dixit, *Posuit*, sed, *Abscondit :* sic et vos agglutinati et juncti cum impugnantibus vos, ipsos superabitis. Et sicut illud obruitur in massa, sed non perditur, sed paulatim toti massæ vim suam indit : idipsum in prædicatione continget. Ne itaque quia multas ærumnas prædixi, ideo timeatis : nam sic splendidi eritis et omnia superabitis. Tria porro sata hic multa significant; hunc quippe numerum solet pro multitudine adhibere. Ne mireris autem, si de regno loquens, granum et fermentum memoret, hominibus quippe loquebatur imperitis et ignaris, quos opus erat his erigi. Nam ita simplices erant, ut postea multa opus haberent interpretatione. Ubi sunt gentiles? Christi virtutem ediscant, rerum veritatem conspicientes; et hac utraque de causa illum adorent, et quod rem tantam prædixerit, et quod illam impleverit. Nam ipse est qui vim fermento indit. Ideo multitudini admiscuit eos qui in se credebant, ut intelligentiam nostram mutuo tradamus. Nemo de paucitate causificetur. Multa quippe est prædicationis virtus; et

Digitized by Google

quod semel fermentatum est, fermentum reliquis efficitur. Ac quemadmodum scintilla cum in ligna incidit, combusta in flammam convertit, et sic alia invadit : ita et prædicatio. Non dixit tamen ignem, sed fermentum ; quare ? Quia ibi non totum ab igne oritur, sed simul etiam a lignis incensis ; hic vero fermentum per se totum efficit. Quod si homines duodecim totum orbem fermentarunt, cogita quanta sit nequitia nostra, quod, cum tanto numero simus, non possumus tamen eos qui supersunt emendare, quos oportuisset vel mille mundis ad fermentationem sufficere.

3. *Non miracula, sed virtus Apostolis et aliis sanctis veram magnitudinem contulit.* — At, inquies, illi apostoli erant. Et quid hoc est ? Annon eadem ipsa qua tu conditione erant ? nonne in civitatibus versabantur ? annon eorumdem consortes erant ? annon artes exercebant ? num angeli erant ? num ex cælo descenderant ? Sed, inquies, signa fecerant. Non signa certe ipsos mirabiles effecerunt. Usquequo miraculis illis ad ignaviam nostram tegendam utemur ? Vide sanctorum chorum, qui non miraculis illis fulsit. Multi enim qui dæmones ejecerant, quia iniquitatem operati sunt, mirabiles non fuerunt, sed suppliciis sunt affecti. Ecquid, inquies, illos magnos effecit ? Contemptus pecuniarum, vanæ gloriæ despectus, sequestratio a bonis sæcularibus. Qui si hæc non habuissent, sed animi morbis paruissent, etiamsi sexcentos mortuos suscitassent, non modo ad nihilum utiles fuissent, sed etiam deceptores et fallaces habiti fuissent. Sic certe vita ipsa est quæ ubique fulget, quæ etiam Spiritus gratiam attraxit. Quod signum fecit Joannes, qui tot civitates sibi devinxit ? Quod enim miraculum multum ediderit, audi evangelistam dicentem : *Joannes quidem nullum fecit signum* (*Joan.* 10. 41). Unde admirandus fuit Helias ? Annon a fiducia, qua regem monuit ? annon a zelo suo erga Deum ? annon a paupertate, a melote, a spelunca, a montibus ? Nam signa omnia post hæc fecit. Jobi vero quod signum videns diabolus obstupefactus est ? Signum certe nullum, sed vitam præclaram, patientiam adamante quovis firmiorem. Quod signum David fecit, juvenis cum esset, ut Deus diceret : *Inveni David, filium Jesse, virum secundum cor meum* (*Act.* 13. 22) ? Abraham, Isaac et Jacob quem mortuum suscitarunt ? quem leprosum mundarunt ? An ignoras, signa, nisi vigilemus, plerumque nocere ? Sic multi Corinthiorum alii ab aliis discissi sunt : sic multi Romanorum superbierunt : sic Simon ejectus est. Sic ille qui Christum sequi optaverat, reprobatus est, audiens, *Vulpes foveas habent, et volucres cæli nidos* (*Matth.* 8. 20 ; *Luc.* 9. 58). Horum singuli, sive quod pecunias, sive quod gloriam ex signis quærerent, exciderunt et perierunt. Vitæ autem accurata sanctitas, et virtutum amor non modo non parit talem cupiditatem, sed si adsit aufert. Ipse vero Christus, cum leges daret discipulis, quid dicebat ? an, Signa facite, ut videant homines ? Nequaquam : sed quid ? *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cælis est* (*Matth.* 5. 16). Petro quoque non dixit, Si me amas, signa fac ; sed, *Pasce oves meas* (*Joan.* 21. 15). Et cum semper illum cæteris præponat, una cum Jacobo et Joanne, unde, quæso, præponit ? num a signis ? Atqui omnes discipuli leprosos mundabant, mortuos suscitabant ; omnibusque similiter potestatem concessit. Cur ergo tres illi anteponebantur ? Ex animi nempe virtute. Viden' ubique bona opus esse vita, et rectis operibus ? *Ex fructibus*, enim, inquit, *eorum cognoscetis eos* (*Matth.* 7. 16).

4. Quid autem vitam nostram constituit ? An signa, an vita recte et accurate acta ? Vitam certe esse liquidum est : signa vero inde ducunt occasionem, et in eum finem desinunt. Nam qui vitam exhibet optimam, hanc sibi attrahit gratiam ; qui vero gratiam accipit, ideo accipit, ut aliorum vitam emendet. Quandoquidem Christus miracula illa ideo fecit, ut inde fide dignus ad se homines pertrahens, virtutem in mundum induceret. Ideo maximam hujusce rei curam habet. Neque enim solis signis satis habet, sed et gehennam comminatur, et regnum promittit, sicque inexspectatas illas ponit leges, nihilque non agit ut nos angelis pares efficiat. Et quid dico, Christum omnia hujusce rei causa facere ? Si quis, dic mihi, optionem tibi daret, aut mortuos in nomine ejus suscitare, aut propter nomen ejus mori, quid optares ? Annon palam est te secundum optaturum esse ? Atqui illud signum, hoc autem opus est. Si quis vero tibi optionem cum potestate daret fœnum in aurum vertendi, aut posse omnes divitias ut fœnum conculcare ? Nonne hoc potius eligeres ? Et jure quidem. Nam illud omnes homines maxime pertraheret. Si viderent enim fœnum aurum fieri, hanc potestatem omnes cuperent obtinere, sicut Simon, augereturque divitiarum cupiditas : si autem viderent omnes aurum tamquam fœnum despicere, jam olim a morbo liberati essent.

Vita bona quæ. — Viden' bonam vitam posse magis juvare ? Vitam autem dico, non jejunium, non saccum et cinerem stratum ; sed divitiarum contemptum, ut par est eas contemnere, amorem proximi, eleemosynam et panem esurienti datum, sedatam iram, inanis gloriæ depulsionem, invidiæ eliminationem. Sic et ille nos instituit cum dixit : *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde* (*Matth.* 11. 29). Non dixit, Quia jejunavi, etsi posset quadraginta dies jejunii proferre : at non hoc dicit ; sed, *Quia mitis sum et humilis corde.* Rursusque cum misit eos, non dixit, Jejunate ; sed, *Manducate quod apponitur vobis* (*Luc.* 10. 8). De pecunia vero severam legem posuit dicens : *Nolite possidere aurum vel argentum, neque æs in zonis vestris* (*Matth.* 10. 9). Hæc porro dico, non quod jejunium vituperem ; absit ; multum quippe laudo : sed angor, cum video vos, aliis neglectis, putare illud esse ad salutem satis, cum tamen in choro virtutum ultimum teneat locum. Hæ quippe maximæ sunt, caritas, æquitas, eleemosyna, quæ etiam virginitatem superat. Quare si velis apostolis par esse, nihil obstat. Si illam virtutem amplectaris, sufficit illa tibi ut nihil minus

Digitized by Google

γὰρ τοῦ κηρύγματος ἡ δύναμις· καὶ τὸ ζυμωθὲν ἅπαξ, ζύμη γίνεται τῷ λοιπῷ πάλιν. Καὶ καθάπερ ὁ σπινθὴρ ὅταν ἐπιλάβηται ξύλων, τὰ ἤδη κατακαυθέντα ποιήσας τῆς φλογὸς προσθήκην, οὕτω τοῖς ἄλλοις ἔπεισιν· οὕτω δὴ καὶ τὸ κήρυγμα. Ἀλλ' οὐκ εἶπε πῦρ, ἀλλὰ ζύμην· τί δήποτε, Ὅτι οὐ τοῦ πυρός ἐστιν ἐκεῖ τὸ ὅλον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀναπτομένων ξύλων· ἐνταῦθα δὲ τὸ ὅλον ἡ ζύμη ἐργάζεται δι' ἑαυτῆς.[94] Εἰ δὲ ἄνθρωποι δώδεκα τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐζύμωσαν, ἐννόησον ὅση ἡμῶν ἡ κακία, ὅταν τοσοῦτοι ὄντες τοὺς ὑπολειπομένους μὴ δυνηθῶμεν διορθοῦν, οὓς μυρίοις κόσμοις ἀρκεῖν ἐχρῆν καὶ γενέσθαι ζύμην.

γ'. Ἀλλ' ἐκεῖνοι, φησίν, ἀπόστολοι ἦσαν. Καὶ τί τοῦτο; Οὐχὶ τῶν αὐτῶν σοι μετέσχον; οὐκ ἐν πόλεσιν ἐτράφησαν[95]; οὐ τῶν αὐτῶν ἀπέλαυσαν; οὐχὶ τέχνας μετεχειρίσαντο; μὴ γὰρ ἄγγελοι ἦσαν; μὴ γὰρ ἐξ οὐρανοῦ κατέβησαν; Ἀλλὰ τὰ σημεῖα, φησίν, εἶχον. Οὐ τὰ σημεῖα θαυμαστοὺς αὐτοὺς ἐποίησε. Μέχρι πότε προκαλύμμασι κεχρήμεθα τῆς ἡμετέρας ῥᾳθυμίας τοῖς θαύμασιν ἐκείνοις; [Ἴδε τὸν χορὸν τῶν ἁγίων οὐ τοῖς θαύμασιν ἐκείνοις λάμψαντα[96].] Πολλοὶ γὰρ καὶ δαίμονας ἐκβαλόντες[97], ἐπειδὴ τὴν ἀνομίαν εἰργάσαντο, οὐκ ἐγένοντο θαυμαστοί, ἀλλὰ καὶ ἐκολάσθησαν. Καὶ τί ποτ' οὖν ἐστι, φησίν, ὃ μεγάλους αὐτοὺς ἔδειξε; Τὸ χρημάτων καταφρονεῖν, τὸ δόξης ὑπερορᾷν, τὸ πραγμάτων ἀπηλλάχθαι βιωτικῶν. Ὡς εἴγε μὴ ταῦτα εἶχον, ἀλλὰ δοῦλοι τῶν[98] παθῶν ἦσαν, εἰ καὶ μυρίους νεκροὺς ἤγειραν, οὐ μόνον οὐδὲν ἂν ὠφέλησαν, ἀλλὰ καὶ ἀπατεῶνες ἂν ἐνομίσθησαν εἶναι. Οὕτως ὁ βίος ἐστὶν ὁ πανταχοῦ λάμπων, ὁ καὶ τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν ἐπισπώμενος. Ποῖον σημεῖον Ἰωάννης ἐποίησεν, ὅτι πόλεις τοσαύτας ἀνηρτήσατο; Ὅτι γὰρ οὐδὲν ἐθαυματούργησεν, ἄκουσον τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· *Ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐποίησε σημεῖον οὐδέν.* Πόθεν δὲ θαυμαστὸς Ἠλίας ἐγένετο; Οὐκ ἀπὸ τῆς παῤῥησίας τῆς πρὸς τὸν βασιλέα; οὐκ ἀπὸ τοῦ ζήλου τοῦ πρὸς τὸν Θεόν; οὐκ ἀπὸ τῆς ἀκτημοσύνης; οὐκ ἀπὸ τῆς μηλωτῆς καὶ τοῦ σπηλαίου καὶ τῶν ὀρῶν; Τὰ γὰρ σημεῖα μετὰ ταῦτα ἅπαντα ἐποίησε. Τὸν δὲ Ἰὼβ ποῖον σημεῖον ὁρῶν ποιοῦντα ἐξεπλάγη ὁ διάβολος; Σημεῖον μὲν οὐδὲν, βίον δὲ λάμποντα καὶ ὑπομονὴν ἀδάμαντος στερροτέραν ἐπιδεικνύμενον. Ποῖον σημεῖον ὁ Δαυὶδ ἐποίησεν, ὅτι νέος ὢν, ὡς εἶπεν *τὸν Θεόν· Εὗρον Δαυὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου;* Ὁ δὲ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ποῖον νεκρὸν ἤγειραν; ποῖον δὲ λεπρὸν ἐκάθηραν; Οὐκ οἶσθα ὅτι τὰ σημεῖα, ἐὰν μὴ νήφωμεν, καὶ βλάπτει πολλάκις; Οὕτω[99] πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀπεσχίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων· οὕτω πολλοὶ τῶν Ῥωμαίων ἀπενοήθησαν· οὕτω Σίμων ἐξεβλήθη· οὕτως ὁ τῷ Χριστῷ τότε ἐπιθυμήσας ἀκολουθῆσαι ἀπεδοκιμάζετο, ἀκούσας ὅτι *Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ* [485] *τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις*[1]. Τούτων γὰρ ἕκαστος, ὁ μὲν χρημάτων, ὁ δὲ δόξης ἐφιέμενος τῆς ἀπὸ τῶν σημείων, ἐξέπιπτον καὶ ἀπώλλυντο[2]. Βίου δὲ ἐπιμέλεια καὶ ἀρετῆς ἔρως οὐ μόνον οὐ τίκτει τοιαύτην ἐπιθυμίαν, ἀλλὰ καὶ οὖσαν ἀναιρεῖ. Καὶ αὐτὸς δὲ ὅτε ἐνομοθέτει τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, τί ἔλεγε; Ποιήσατε σημεῖα, ἵνα ἴδωσιν οἱ ἄνθρωποι; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ τί; *Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Καὶ τῷ Πέτρῳ δὲ οὐκ εἶπεν, Εἰ[3] φιλεῖς με, ποίει σημεῖα· ἀλλὰ, *Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.* Καὶ πανταχοῦ δὲ αὐτὸν προτιμῶν τῶν ἄλλων μετὰ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου, πόθεν, εἰπέ μοι, προετίμα; ἀπὸ τῶν σημείων; Καὶ μὴν πάντες ὁμοίως ἐκάθαιρον τοὺς λεπροὺς, καὶ τοὺς νεκροὺς ἤγειρον· καὶ πᾶσιν ὁμοίως τὴν ἐξουσίαν ἔδωκε. Πόθεν οὖν εἶχον τὸ πλέον οὗτοι; Ἀπὸ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς. Ὁρᾷς ὅτι παντοῦ βίου χρεία καὶ τῆς διὰ τῶν ἔργων ἐπιδείξεως; *Ἀπὸ τῶν καρπῶν γὰρ αὐτῶν*, φησὶν, *ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.*

δ'. Τί δὲ τὴν ζωὴν συνίστησι τὴν ἡμετέραν; Ἆρα[4] σημείων ἐπίδειξις, ἢ πολιτείας ἀρίστης ἀκρίβεια; Εὔδηλον ὅτι τὸ δεύτερον· τὰ δὲ σημεῖα καὶ τὰς ἀφορμὰς ἐντεῦθεν ἔχει, καὶ εἰς τοῦτο καταλήγει[5]. Ὅ τε γὰρ βίον ἄριστον ἐπιδεικνύμενος, ἐπισπᾶται ταύτην τὴν χάριν· ὅ τε λαμβάνων τὴν χάριν, διὰ τοῦτο λαμβάνει, ἵνα τὸν[6] ἑτέρων διορθώσηται βίον. Ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς διὰ τοῦτο τὰ θαύματα ἐκεῖνα ἐποίησεν, ἵνα ἀξιόπιστος φανεὶς ἐντεῦθεν καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἑλκύσας, ἀρετὴν εἰς τὸν βίον εἰσαγάγῃ. Διὸ καὶ τὴν πλείονα ὑπὲρ τούτου ποιεῖται σπουδήν. Οὐδὲ γὰρ τοῖς σημείοις ἀρκεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ γέενναν ἀπειλεῖ, καὶ βασιλείαν ἐπαγγέλλεται, καὶ τοὺς παραδόξους ἐκείνους τίθησι νόμους, καὶ πάντα ὑπὲρ τούτου πραγματεύεται, ἵνα ἰσαγγέλους ἐργάσηται. Καὶ τί λέγω, ὅτι ὁ Χριστὸς πάντα τούτου ἕνεκεν ποιεῖ; Σοὶ γὰρ εἴ τις ἔδωκεν, εἰπέ μοι, αἱρεσιν, νεκροὺς[7] ἀναστῆσαι ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ἢ διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀποθανεῖν, τί ἂν ἐδέξω[8] μᾶλλον; Οὐκ εὔδηλον ὅτι τὸ δεύτερον; Καὶ μὴν τὸ μὲν σημεῖόν ἐστι, τὸ δὲ ἔργον. Τί δὲ, εἴ τίς σοι προῦθηκε ποιῆσαι χόρτον χρυσὸν, ἢ δυνηθῆναι πάντων τῶν χρημάτων ὡς χόρτου καταφρονῆσαι, οὐκ ἂν[9] τοῦτο ἐδέξω μᾶλλον; Καὶ μάλα εἰκότως. Καὶ γὰρ τοὺς ἀνθρώπους τοῦτο ἂν μάλιστα ἐπεσπάσατο. Εἰ μὲν γὰρ εἶδον τὸν χόρτον[10] χρυσὸν γινόμενον, κἂν ἐπεθύμησαν καὶ αὐτοὶ λαβεῖν τὴν δύναμιν, ὥσπερ ὁ Σίμων, καὶ ηὐξήθη ἂν αὐτοῖς ὁ τῶν χρημάτων ἔρως· εἰ δὲ εἶδον ὡς χόρτου τοῦ χρυσοῦ πάντας καταφρονοῦντας καὶ ὑπερορῶντας, πάλαι ἂν τῆς νόσου ταύτης ἀπηλλάγησαν.

Ὁρᾷς ὅτι ὁ βίος μᾶλλον ὠφελεῖν δύναται; Βίον δὲ λέγω [486] νῦν, οὐχὶ ἂν νηστεύσῃς, οὐδὲ ἂν σάκκον καὶ σποδὸν ὑποστρώσῃς· ἀλλ' ἐὰν χρημάτων ὑπερίδῃς ὡς ὑπεριδεῖν χρὴ, ἐὰν φιλοστοργήσῃς[11], ἐὰν δῷς πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, ἐὰν θυμοῦ κρατήσῃς, ἂν κενοδοξίαν ἐκβάλῃς, ἂν βασκανίαν ἀνέλῃς. Οὕτω[12] καὶ αὐτὸς ἐπαίδευε· *Μάθετε γάρ*, φησὶν, *ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Οὐκ[13] εἶπεν, Ὅτι ἐνήστευσα· καίτοιγε εἶχεν εἰπεῖν τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἀλλ' οὐ λέγει τοῦτο· ἀλλ', *Ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Καὶ πάλιν πέμπων αὐτοὺς, οὐκ εἶπεν, ὅτι Νηστεύετε ἀλλὰ, *Πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε.* Χρημάτων μέντοι ἕνεκεν πολλὴν ἀκρίβειαν ἀπῄτησε λέγων· *Μὴ κτήσησθε χρυσὸν ἢ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν.* Ταῦτα δὲ λέγω, οὐχὶ νηστείαν κακίζων· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἐπαινῶν· ἀλλὰ δὲ, ὅταν τῶν ἄλλων ἡμελημένων ταύτην νομίζητε ἀρκεῖν εἰς σωτηρίαν ὑμῖν, τὸ ἔσχατον τοῦ χοροῦ τῆς ἀρετῆς ἔχου-

[94] ΘΗΙΚΟΝ. Περὶ τῶν ἀποστόλων καὶ πάντων τῶν ἁγίων· καὶ ὅτι ἀπὸ βίου καὶ ἀρετῆς μᾶλλον ἔλαμψαν, καὶ οὐκ ἀπὸ χαρισμάτων· τὸ γὰρ μέγιστον ἀγάπη καὶ ἐλεημοσύνη, ἣ καὶ παρθενίαν ὑπερηκόντισε. G. [95] Sic codd. et Arm. ἐστράφησαν Edd. [96] Hanc periodum, quia in meis non exstat, cum Sav. et Mor. inclusi. Vid. adnot. [97] ἐκβάλλοντες G. H. [98] τῶν om. Ge. [99] Οὕτω] add. γοῦν K. add. γὰρ Edd. [1] Clausulam καὶ τὰ π. τ. ο. κ. no agnoscunt K. Arm. [2] ἀπώλοντο G. Mox ἀρετῶν Edd. [3] εἰ om. G. [4] Ἆρα] add. μὴ G. [5] καταλήγει] add. τὸ τέλος Sav. Ben. consentiente Reg. 688. Lectionem Morellianam ἐντεῦθεν ἔχει τὸ τέλος, καὶ εἰς τοῦτο καταλήγει exhibent K. et pr. H. Verba ob incertam sedem suspecta cum altero codice delevi. [6] τὸν] τῶν pr. G. τὸν τῶν K. p. p. διορθώσῃ G. K. [7] νεκρὸν H. Ge. νεκροὺς ἐγεῖραι K. [8] ἐξελέξω H. [9] ἂν] αὐτὸ Mor. Ben. Mox ἐπεσπᾶτο Edd. [10] τὸν χόρτον] χόρτον τὸν G. τὸν om. H. [11] φιλόστοργος ᾖς H. K. [12] Οὕτω] add. γὰρ H. [13] Καὶ οὐκ Edd.

Digitized by Google

σαν μέρος. Τὸ γὰρ μέγιστον, ἀγάπη καὶ ἐπιείκεια καὶ ἐλεημοσύνη, ἡ καὶ παρθενίαν ὑπερηκόντισεν. Ὥστε εἰ βούλει ἀποστόλων γενέσθαι ἴσος, οὐδὲν τὸ κωλύον. Ἀρκεῖ γὰρ ταύτην τὴν ἀρετὴν ἐπελθόντα μόνον μηδὲν ἔλαττον ἐκείνων ἔχειν. Μηδεὶς τοίνυν εἰς σημεῖα ἀναβαλλέσθω. Ἀλγεῖ μὲν γάρ, ὅταν ἐξελαθῇ σώματος δαίμων· πολλῷ δὲ μᾶλλον, ὅταν ἁμαρτίας ἀπαλλαττομένην ἴδῃ ψυχήν. Καὶ γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ δύναμις ἐκείνου ἡ μεγάλη. Διὰ ταύτην ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, ἵνα ταύτην καταλύσῃ. Καὶ γὰρ αὕτη τὸν θάνατον εἰσήγαγε· διὰ ταύτην τὰ ἄνω κάτω γέγονεν. Ἂν τοίνυν ταύτην ἀνέλῃς, ἐξέκοψας τοῦ διαβόλου τὰ νεῦρα, συνέτριψας αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, κατέλυσας αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν ἅπασαν, διέσπασας τὸ στρατόπεδον, ἁπάντων σημείων ἐπιδείξω σημεῖον μεῖζον. Οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου Παύλου. Εἰπὼν γάρ, *Ζηλοῦτε τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα, καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι*, οὐκ ἐπήγαγε σημεῖον, ἀλλὰ ἀγάπην τὴν πάντων ῥίζαν τῶν ἀγαθῶν. Ἂν τοίνυν ταύτην ἀσκῶμεν, καὶ τὴν ἐκ ταύτης φιλοσοφίαν ἅπασαν, οὐδὲν δεηθησόμεθα σημείων· ὥσπερ οὖν ἐὰν μὴ ἀσκῶμεν, οὐδὲν κερδανοῦμεν ἀπὸ τῶν σημείων. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, ἀφ' ὧν ἐγένοντο οἱ ἀπόστολοι μεγάλοι, ταῦτα ζηλώσωμεν. Πόθεν οὖν ἐγένοντο ἐκεῖνοι μεγάλοι; Ἄκουσον λέγοντος Πέτρου· *Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν;* Ἄκουσον καὶ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος αὐτοῖς, ὅτι *Ἐπὶ δώδεκα θρόνους καθίσεσθε*· καὶ ὅτι *Πᾶς ὅστις ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἑκατονταπλασίονα λήψεται ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει.* Ἁπάντων τοίνυν ἑαυτοὺς ἀποστήσαντες τῶν βιωτικῶν, ἀναθώμεθα ἑαυτοὺς τῷ Χριστῷ, ἵνα καὶ τῶν ἀποστόλων γενώμεθα ἴσοι κατὰ τὴν ἀπόφασιν τὴν αὐτοῦ, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀπολαύσωμεν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[487] ΟΜΙΛΙΑ ΜΖ'.

Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις, καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐδὲν ἐλάλει αὐτοῖς· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, ἐρεύξομαι [16.17] *κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.*

α'. Ὁ δὲ Μάρκος φησὶν, ὅτι *Καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν, ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον ἐν παραβολαῖς.* Εἶτα δεικνὺς οὐδὲν αὐτὸν [15] καινοτομοῦντα, εἰσάγει τὸν προφήτην καὶ τοῦτον προαναφωνοῦντα τῆς διδασκαλίας τὸν τρόπον. Καὶ διδάσκων ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ τὴν γνώμην, ὅτι οὐχ ἵνα ἀγνοῶσιν, ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς εἰς ἐρώτησιν ἄγῃ [19], οὕτω διελέγετο, ἐπήγαγε· *Καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐδὲν ἐλάλει αὐτοῖς* καίτοιγε πολλὰ χωρὶς παραβολῆς εἶπεν· ἀλλὰ τότε οὐδέν. Καὶ ὅμως οὐδεὶς αὐτὸν ἠρώτησε· καίτοιγε τοὺς προφήτας πολλάκις ἠρώτων, ὡς τὸν Ἰεζεκιὴλ, ὡς ἑτέρους πολλούς· οὗτοι δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίουν. Καίτοιγε ἱκανὰ τὰ εἰρημένα ἦν εἰς ἀγωνίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν, καὶ διεγείρειν πρὸς τὴν ἐρώτησιν· καὶ γὰρ κόλασιν μεγίστην ἠπείλουν αἱ παραβολαί· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἐκινήθησαν. Διὸ καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἀπῆλθε. *Τότε γὰρ, φησὶν, ἀφεὶς τοὺς ὄχλους, ἀπῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς*· καὶ οὐδεὶς ἔπεται τῶν γραμματέων· ὅθεν δῆλον, ὅτι δι' οὐδὲν ἕτερον εἶποντο, ἢ ὥστε ἐπιλαβέσθαι. Ἐπειδὴ δὲ οὐ συνῆκαν τὰ λεγόμενα, εἶασεν αὐτοὺς λοιπόν. *Καὶ προσέρχονται οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐρωτῶντες περὶ τῆς παραβολῆς τῶν ζιζανίων*· καίτοιγε ἔστιν ὅπου βουλόμενοι μαθεῖν καὶ δεδοικότες [20] ἐρωτῆσαι. Πόθεν οὖν ἐνταῦθα γέγονεν αὐτοῖς ἡ παῤῥησία; Ἤκουσαν, ὅτι *Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν*, καὶ ἐθάῤῥησαν. Διὸ καὶ ἰδίᾳ ἐρωτῶσιν, οὐ τῷ πλήθει βασκαίνοντες, ἀλλὰ τὸν τοῦ Δεσπότου τηροῦντες νόμον. *Τούτοις γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐδόθη.* Καὶ τί δήποτε τὴν τῆς ζύμης καὶ τοῦ [21] σινάπεως ἀφέντες παραβολὴν, περὶ ταύτης πυνθάνονται; Ὡς σαφεστέρας ἐκείνας ἀφῆκαν· ταύτην δὲ, ὡς ἔχουσαν συγγένειαν πρὸς τὴν προειρημένην, καὶ πλέον τι ἐνδεικνυμένην ἐκείνης, μαθεῖν ἠβουλήθησαν. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκ δευτέρου τὴν αὐτὴν εἶπεν ἐπιθυμοῦσι [22] μαθεῖν· καὶ γὰρ ἑώρων πολλὴν ἐξ αὐτῆς ἐμφαινομένην τὴν ἀπειλήν. Διὸ οὐδὲ ἐγκαλεῖ αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ ἀναπληροῖ [23] τὰ εἰρημένα. Καὶ ὅπερ ἔλεγον ἀεὶ, ὅτι τὰς παραβολὰς οὐ κατὰ τὴν ῥῆσιν ἐπεξιέναι δεῖ, ἐπεὶ πολλὰ τὰ ἄτοπα ἕψεται· τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐνταῦθα παιδεύων ἡμᾶς, οὕτως ἐξηγεῖται τὴν παραβολήν. Οὐδὲ γὰρ λέγει, τίνες εἰσὶν οἱ δοῦλοι οἱ προσελθόντες· ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι ἀκολουθίας τινὸς ἕνεκεν αὐτοὺς παρείληφε, καὶ τοῦ διαπλάσαι τὴν εἰκόνα, ἐκεῖνο ἀφεὶς τὸ [488] μέρος, τὰ κατεπείγοντα ἑρμηνεύει καὶ συνέχοντα μάλιστα, καὶ δι' ἃ ἡ παραβολὴ εἴρηται, δεικνὺς ἑαυτὸν [24] ὄντα κριτὴν καὶ κύριον τοῦ παντός. *Καὶ ἀποκριθεὶς, φησὶν, εἶπεν αὐτοῖς· Ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· ὁ δὲ ἀγρός ἐστιν ὁ κόσμος· τὸ δὲ καλὸν σπέρμα, οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας· τὰ δὲ ζιζάνια, οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ· ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρων αὐτὰ, ἐστὶν ὁ διάβολος· ὁ δὲ θερισμὸς, ἐστὶν ἡ συντέλεια τοῦ αἰῶνος· οἱ δὲ θερισταὶ, ἄγγελοί εἰσιν. Ὥσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ καίεται· οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἀποστελεῖ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν.* Ὅταν γὰρ αὐτὸς ᾖ ὁ σπείρων, καὶ τὸν ἀγρὸν τὸν ἑαυτοῦ, καὶ ἐκ τῆς βασιλείας τῆς ἑαυτοῦ συνάγῃ [25], εὔδηλον ὅτι καὶ ὁ παρὼν κόσμος αὐτοῦ ἐστι. Σκόπει δὲ αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ἄφατον, καὶ τὸ πρὸς εὐεργεσίαν ἐπιῤῥεπὲς, καὶ τὸ πρὸς κόλασιν ἠλλοτρωμένον. Ὅταν μὲν γὰρ σπείρῃ, δι' ἑαυτοῦ σπείρει, ὅταν δὲ κολάζῃ, δι' ἑτέρων, τουτέστι, τῶν ἀγγέλων [26]. *Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν.* Οὐκ ἐπειδὴ οὕτω μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ τούτου τοῦ ἄστρου φανότερον [27] οὐκ ἴσμεν ἕτερον, τοῖς γνωρίμοις ἡμῖν κέχρηται παραδείγμασι. Καίτοιγε ἀλλαχοῦ φησι τὸν θερισμὸν ἤδη παρεῖναι, ὡς ὅταν λέγῃ περὶ τῶν Σαμαρειτῶν· *Ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερι-*

[16.17] ἐξερεύξομαι Edd. et Mosq. unus. [15] ἑαυτὸν G. [19] ἀγάγῃ H. In cod. K. perierunt omnia quæ litteris C D E hujus paginæ et A B sequentis continentur. [20] καὶ δεδοικότες] δεδοίκασιν H. [et Reg. 688.] [21] τοῦ] τὴν τοῦ H. [22] μὴ ἐπιθυμοῦσι (sed μὴ super rasuram) H. Vid. adnot. [23] ἀναπληροῖ] ἐξαπλοῖ H. ἀναπλῇ (sic) pr. Ep. *explanavit apertius* Ge. [24] ἑαυτὸν] Sic Ep. et corr. vet. H. vulgo αὐτὸν. κριτὴν] κτιστὴν G. [25] αὐτοῦ συναγάγῃ G. [26] ἀγγέλων] add. καί φησιν H. Pro verbis τουτέστι τῶν ἀγγέλων, unus apud Ben. habet ἀποστέλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, *consentientibus* Interpp. [27] φανώτερον Ep. et corr. H. φανερώτερον G. et pr. H. λαμπρότερον Euth.

Digitized by Google

quam apostoli habeas. Nullum igitur signorum exspectatio moretur. Angitur dæmon cum de corpore ejicitur; multo magis autem cum viderit animam a peccato liberatam. Hæc quippe est illius maxima virtus. Propter peccatum mortuus est Christus, ut illud solveret : illud enim mortem induxit : propter illud omnia sus deque versa sunt. Si peccatum sustuleris, diaboli nervos succidisti, ejus caput contrivisti, ejus vim omnem solvisti, exercitum illum dissipasti, signum omnium signorum maximum exhibuisti. Non meus est hic sermo, sed beati Pauli : cum dixisset enim, *Æmulamini charismata meliora, et adhuc vobis excellentiorem viam demonstravi* (1. *Cor.* 12. 31), non subjunxit signum, sed caritatem omnium radicem bonorum. Si ergo hanc exerceamus, et philosophiam omnem inde sequentem; non opus habebimus signis : sicut si non exerceamus, nihil nobis signa proderunt. Hæc itaque omnia cogitantes, ex quibus apostoli magni evaserunt, hæc æmulemur. Undenam illi magni effecti sunt? Audi Petrum dicentem : *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis* (*Matth.* 19. 27)? Audi et Christum ipsis dicentem : *Sedebitis super sedes duodecim;* et, *Quicunque reliquerit domum vel fratres, vel patrem, vel matrem, centuplum recipiet in hoc sæculo, et vitam æternam possidebit* (*Ibid. v.* 28. 29). Nos itaque a sæcularibus omnibus abducentes, Christo nos consecremus, ut et apostolis pares simus secundum ejus sententiam, et æterna vita fruamur : quam utinam omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XLVII. al. XLVIII.

Cap. 13. v. 34. *Hæc omnia loquutus est Jesus in parabolis ad turbas, et sine parabola non loquebatur eis :* 35. *ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem : Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi* (*Psal.* 77. 2).

1. Marcus vero dicit ipsum loquutum fuisse eis in parabolis, *Prout poterant audire* (*Marc.* 4. 33). Deinde ostendens se nihil novi inducere, affert prophetam hunc doctrinæ modum prænuntiantem; utque significaret nobis Christum, non ut in ignorantia permanerent, sed ut ad interrogandum cogerentur, sic illis loquutum fuisse, subjunxit : *Et sine parabola nihil loquebatur eis* (*Ibid. v.* 34) : etsi multa sine parabola dixerit; sed tunc temporis nihil. Et tamen nemo ipsum interrogavit, quamquam prophetas olim sæpe interrogarent, ut Ezechielem aliosque multos : hi vero secus, licet ea quæ dicta fuerant possent illos in dubium conjicere, et ad interrogandum excitare : etenim supplicium maximum parabolæ minabantur; neque tamen inde commoti sunt. Quapropter dimissis illis, abiit. 36. *Tunc* enim, ait, *dimissis turbis, Jesus venit in domum suam;* nullusque scribarum ipsum sequitur; unde liquidum est eos, nonnisi ut carpendi ansam arriperent, sequutos fuisse. Quia vero ea quæ dicta fuerant, non intelligebant, reliquit eos. *Et accesserunt discipuli ejus interrogantes de parabola zizaniorum* [1]. Atqui interdum discendi cupidi interrogare non audent : undenam illis nunc fiducia? Audierant illud, *Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum* (*Matth.* 13. 11), et hinc fiduciam assumpserant. Ideoque seorsim interrogant, non quod multitudini invideant, sed ut Domini legem servent. *His* enim, inquit, *datum non est.* Cur autem missa fermenti et sinapis parabola, de hac interrogant? Illas utpote clariores reliquerunt; hanc vero, utpote quæ affinitatem haberet cum præmissa parabola, et quid amplius efferret, ediscere cupiebant. Neque enim scire volunt, utrum eamdem repetierit : nam videbant in hac magnam efferri comminationem. Quapropter non incusat eos, sed explanavit ea quæ dicta fuerant. Et, ut semper dixi, parabolæ non sunt ad literam accipiendæ : inde enim absurda multa sequerentur; quod ut nos doceat, sic parabolam explicat. Non dicit, qui essent servi illi qui accesserunt; sed ut ostendat se, seriei concinnandæ causa, et ad complementum imaginis, ipsos induxisse, hac missa parte, quæ ad rem maxime pertinebant, ob quam hæc parabola dicta fuerat, explicat, se universi judicem [1] et Dominum declarans. 37. *Et respondens*, inquit, *dixit eis : Qui seminat bonum semen, est Filius hominis.* 38. *Ager autem est mundus. Bonum vero semen, hi sunt filii regni. Zizania, filii maligni illius.* 39. *Inimicus vero qui ea seminat, est diabolus. Messis, est consummatio sæculi. Messores autem, angeli sunt.* 40. *Sicut ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur : ita erit in consummatione sæculi hujus.* 41. *Mittet Filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala, et facientes iniquitatem,* 42. *et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium.* 43. *Tunc fulgebunt justi sicut sol in regno Patris eorum.* Cum enim qui seminat ipse sit, et agrum suum seminet, atque ex regno suo colligat, palam est hunc mundum ipsius esse. Perpende autem ejus inenarrabilem misericordiam, et pronum ad beneficia præstanda animum, et quam a supplicio inferendo sit alienus. Cum enim seminat, per seipsum seminat; supplicia vero per alios infert, id est, per angelos [2]. *Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum.* Non quod sic tantum fulgeant, sed quia hoc astro nullum fulgentius videmus, notis exemplis est usus. Certe alibi quoque dixit jam adesse messem, ut cum de Samaritanis ait : *Levate oculos vestros, et aspicite regiones, quia albæ jam sunt ad messem* (*Joan.* 4. 35); et rursus, *Messis quidem multa, operarii autem pauci* (*Luc.* 10. 2) Quomodo ergo illic quidem jam messem adesse ait, hic vero futuram messem dicit? Secundum aliud nempe significatum.

[1] Unus : *Et accesserunt discipuli ejus dicentes,* « *Dic nobis parabolam zizaniorum agri.* »

[1] Alii, *creatorem*, pro, *judicem.*

[2] Unus, *supplicia vero per alios infert : mittit enim Filius hominis angelos suos.*

Digitized by Google

Quare etiam cum alibi (*Joan.* 4. 37) dixisset, alium esse qui seminat, alium qui metit, hic dicit se eum qui seminat esse? Quia ibi sic loquebatur, ut non sibi, sed ut prophetis apostolos compararet, sivè cum Judæos, sive cum Samaritanos alloquebatur. Nam etiam per prophetas ipse seminabat. Est autem ubi messem et semen idipsum dicat, secundum diversam rationem sic appellans.

2. Nam quando obsequentes obtemperantesque auditores dicit, messem vocat, ut rem consummatam declaret : quando autem fructum prædicationis quærit, semen et messem ipsam consummationem appellat. Et quomodo etiam alibi dicit, Primi justi rapiuntur? Rapiuntur quidem primi adveniente Christo; traduntur autem isti supplicio, et tunc illi ad regnum cælorum proficiscuntur. Quia enim justos in cælo esse oportet, in terram autem ipse venturus est, de omnibus hominibus judicaturus, sententiamque laturus : quasi rex surgens cum amicis suis, eos ad beatam illam sortem ducturus est. Viden' duplex fore supplicium, tum quod comburantur, tum quod a gloria illa excidant? Sed cur demum, illis recedentibus, ipsis etiam apostolis in parabolis loquitur? Sapientiores ex supra dictis effecti, tunc intelligebant. Hinc cum dixisset illis postea : *Intellexistis hæc omnia? dicunt ei, Etiam, Domine* (*Matth.* 13. 51). Sic et hoc cum aliis effecit parabola, ut perspicaciores deinde essent. Quid igitur post hæc dicit? 44. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro : quem cum invenit homo abscondit, et præ gaudio illius vendit universa quæ habet, et emit agrum illum.* 45. *Iterum simile est regnum cælorum negotiatori quærenti bonas margaritas.* 46. *Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, et vendidit universa quæ habuit, et emit eam.* Quemadmodum illic granum frumenti et fermentum parum inter se differunt : sic et hoc loco duæ parabolæ thesauri et margaritæ. Nam per utrumque hoc significatur, oportere prædicationem omnibus anteponere. Et illæ quidem fermenti et sinapis parabolæ ad vim prædicationis pertinent, ipsamque totum orbem esse superaturam indicant : hæ autem duæ parabolæ ejus pretium et dignitatem declarant. Extenditur quippe illa ut sinapi, superat ut fermentum, pretiosa est ut margarita, innumera præbet commoda et ornatum, ut thesaurus.

Renuntiare omnibus est negotiatio, non jactura. — Neque id solum hic discimus, omnibus se exuere par esse, ac prædicationi hærere ; sed etiam id cum gaudio esse faciendum. Certe is, qui omnibus renuntiat, sciat oportet, rem illam esse negotiationem, non jacturam. Viden' quomodo prædicatio in mundo sit occulta, et in prædicatione quot sint bona? Ac nisi omnia vendideris, non emis illam : nisi sollicito animo quæsieris, non invenis. Duo igitur necessaria sunt, sæcularium rerum abdicatio, et summa vigilantia. Nam ait : *Quærenti bonas margaritas : inventa una pretiosa, vendidit omnia, et emit eam.* Una quippe est veritas, nec in partes divisa. Ac sicut is qui margaritam habet, novit ipse se divitem esse ; sæpe autem, licet illam manu teneat, id aliis est ignotum ; neque enim mole corporis insignis est : sic et in prædicatione, qui illam tenent, se divites esse norunt, increduli autem thesaurum hujusmodi ignorantes, nostras item divitias nesciunt. Deinde ne prædicationi tantum fidamus, neve putemus solam fidem ad salutem nobis sufficere, aliam terribilem effert parabolam. Quænam illa est? 47. Sagenæ parabola. *Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, et ex omni genere piscium congreganti :* 48. *quam educentes ad litus maris, sedentes, et colligentes bonos in vas jecerunt, malos autem foras miserunt.* In quo differt hæc a parabola zizaniorum? Nam et illic alii servantur, alii pereunt ; sed illic ob pravorum dogmatum hæresim : et qui ante memorantur, quia dictis prædicantium non attendunt ; hi vero ob sceleratam vitam, qui omnium miserrimi sunt, utpote qui in notitiam veritatis pervenerint, et in rete piscantium inciderint, ac neque sic salutem consequi potuerint. Quamquam alibi dicat ipsum pastorem segregasse oves, hic dicit angelos id facere, ut et in zizaniorum parabola (*Matth.* 25. 32). Quid ergo dicendum? Aliquando demissius, aliquando sublimius ipsis loquitur. Hanc porro nec rogatus parabolam sponte interpretatur : ex parte solum explicavit illam, et timorem auxit. Ne enim postquam audisti, malos ejectos fuisse foras, sine periculo rem esse putares, interpretatione sua supplicium extulit dicens, *Mittent eos in caminum ignis ;* stridorem dentium memorans ineffabilemque dolorem. Viden' quot ad perniciem viæ? Per petram, per spinas, per viam, per zizania, per sagenam. Non ergo immerito dixit : *Lata est via quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui ingrediuntur per eam* (*Matth.* 7. 13). Hæc ergo cum dixisset, ac terribili modo finem dicendi fecisset, hæcque plura adjecisset (diutius enim in illis moratus est), ait : 51. *Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei : Etiam, Domine.* Post hæc, quia intellexerunt, ipsos laudat his verbis. 52. *Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.* Ideo alibi quoque ait : *Mittam ad vos sapientes et scribas* (*Matth.* 23. 34).

3. *Scripturarum lectio commendatur. Humilitas caput virtutis.* — Vides quomodo non excludat Vetus Testamentum, sed potius laudet et celebret, thesaurum vocans? Itaque quotquot divinarum Scripturarum imperiti sunt, non patres familias fuerint, qui neque habent ipsi, nec ab aliis accipiunt, sed se fame pereuntes negligunt. Nec modo ipsi, sed etiam hæretici expertes sunt hujus beatitudinis. Non enim proferunt nova et vetera. Nam cum vetera non habeant, nec nova habere possunt : quemadmodum etiam ii qui nova non habent, veteribus quoque carent, sed utrisque privantur : hæc enim mutuo colligantur et connectuntur. Audiamus itaque quotquot Scripturarum lectionem negligimus, quantum patiamur damnum, quantam paupertatem. Quandonam vitam cum operibus jungemus, qui ne leges quidem novimus, quas observemus? Sed divites, qui divitiarum cupiditate insaniunt, sæpe vestes suas ne a tineis corrodantur

Digitized by Google

σμὸν ἤδη· καὶ πάλιν, *Ὁ μὲν θερισμὸς πολύς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι.* Πῶς οὖν ἐκεῖ μὲν ἤδη τὸν θερισμὸν παρεῖναί φησιν, ἐνταῦθα δὲ μέλλειν τὸν θερισμὸν εἶπε; Κατ' ἄλλο σημαινόμενον. Καὶ πῶς ἀλλαχοῦ εἰπὼν [28], *Ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων*, ἐνταῦθα ἑαυτὸν φησιν εἶναι τὸν σπείροντα [29]; Ὅτι κἀκεῖ οὐχ ἑαυτῷ, ἀλλὰ προφήταις ἀποστόλους ἀντιδιαστέλλων ἔλεγε, καὶ [30] ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ Σαμαρειτῶν. Καὶ γὰρ καὶ διὰ τῶν προφητῶν αὐτὸς ἔσπειρεν. Ἔστι δὲ ὅπου καὶ θερισμὸν καὶ σπόρον αὐτὸ τοῦτο [31] καλεῖ, πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο αὐτὸ ὀνομάζων.

ex his panibus signum edere, ut ipsos ad fidem deduceret : adhuc enim infirmiores erant. Quapropter in cælum respicit. Aliorum quippe signorum multa exempla habebant; hujus autem nullum. Acceptos igitur panes fregit, et per discipulos dedit, hoc collato ipsis honore; nec honoris tantum causa fecit, sed ut, cum miraculum cernerent, neque fidem negarent, vel postea ipsius obliviscerentur, cum ipsæ manus eorum testes essent. Quapropter prius permisit ut turbæ famis sensu laborarent, exspectavitque ut illi accederent et interrogarent. Per ipsos item jussit plebem recumbere, per ipsos quoque distribuit, singulos propria confessione et operibus volens præoccupare. Idcirco ab illis panes accipit, ut multa rei testimonia essent, ac miraculi monumenta haberent. Nam si his ita gestis rei obliti sunt, quid fecissent, si rem non ita adornasset? Jubet etiam illos in fœno discumbere, turbas ad philosophandum (*a*) instituens. Non enim tantum volebat ali corpora, sed animam quoque institui.

3. Ex loco igitur, ex eo quod nonnisi panes et pisces daret, quodque eadem et in communi dari jusserit, nec alius plus quam alius habuerit, humilitatem, temperantiam, caritatemque docuit, voluitque ut pari essent omnes erga alios affectu, et omnia omnibus communia esse putarent. Et fractis panibus, dedit eos discipulis, discipuli vero plebi. Quinque panes fractos dedit, et illi quinque in manibus discipulorum in fontis morem scaturiebant. Neque hic stetit miraculum : sed id fecit ut etiam superabundarent, non modo panes, sed et fragmenta; ut ostenderet illorum panum has esse reliquias, utque absentes quoque [1] possent id quod gestum erat ediscere. Idcirco turbas esurire permisit, ne quis putaret, id quod gestum erat esse phantasiam. Ideoque duodecim cophinos redundare permisit, ut et Judas suum portaret. Potuit etiam ipsam sedare famem, sed ejus potentiam apostoli non novissent : nam et sub Elia hoc factum fuerat. De hac ita stupefacti sunt Judæi, ut illum regem constituere vellent; qui tamen in aliis signis id numquam tentaverant. Quis ergo verbis expresserit, quo pacto panes fontis more scaturirent? quo pacto in solitudine fluerent? quomodo tot hominibus fuerint satis? Nam quinquies mille erant, non numeratis mulieribus et parvulis, quæ maxima populi laus, quod et mulieres et viri Christo hærerent. Quomodo reliquiæ fuere? Etenim hoc priore non minus est. Et tot fuere fragmenta, ut cophini discipulis pares numero, nec plures, nec pauciores essent. Accepta igitur fragmenta, non turbis, sed discipulis dedit : etenim turbæ imperfectiores erant discipulis

Christi in miraculo multiplicationis panum sinceritas et modestia. Ostentatio fugienda. Ad sacram mensam quo pacto accedendum. — Signo autem facto, 22. *Statim coegit discipulos intrare in navigium, et præcedere eum ad ulteriorem ripam, donec ipse dimitteret turbas.* Nam si præsens videretur id per phantasiam fecisse, non secundum rei veritatem, absens certe non item. Ideoque accurato examini factum permittens, eos, qui monumenta et probationem signorum acceperant, jussit ab se separari. Alioquin vero, cum magna operatus fuerat, turbas et discipulos ab se removebat, ut nobis suaderet nusquam humanam gloriam et auram esse persequendam, neque multitudinem attrahendam. Cum autem dicit, *Coegit*, declarat discipulos ejus præsentiæ multum hæsisse. Et misit eos, turbæ ut videtur vitandæ causa, ipse autem in montem volebat ascendere, ut nos doceret, turbam nec assidue frequentandam, neque semper fugiendam esse, sed utrumque ad utilitatem faciendum, et alternatim, prout decet, agendum. Discamus et nos quoque Jesu Christo hærere, non pro impetrandis sensibilium rerum donis, ne id nobis probro detur sicut Judæis. *Quæritis me*, inquit, *non quia signa vidistis, sed quia ex panibus comedistis et saturati estis* (*Joan.* 6. 26). Ideo non frequenter hoc signum facit, sed bis tantum, ut discerent non ventri esse serviendum, sed spiritualibus assidue hærendum. His nos quoque hæreamus, et quæramus panem cælestem, quo accepto omnem sæcularem curam ejiciamus. Nam si illi et domos et civitates et cognatos et omnia dimiserunt, atque in solitudine versabantur, instanteque fame non recedebant : multo magis nos cum ad talem mensam accedimus, majorem exhibere oportet philosophiam et spiritualium amorem, sensibiliaque postea quærere. Nam et illi accusabantur, non quod quærerent ipsum propter panem; sed quod propterea solum quærerent, et propter hoc præcipue. Nam si quis magna dona despiciat, parvis autem hæreat, quæ despici vult is qui dat, ab illis etiam excidit : ut contra, si illa desideremus, hæc etiam adjicit : nam hæc in accessionem dantur; ita nempe vilia sunt, si cum illis comparentur, etiamsi magna videantur. Non ergo his studeamus, atque eorum sive possessionem, sive privationem indifferentem arbitremur : quemadmodum et Job, qui nec præsentibus hærebat, nec ablata quærebat. Nam χρήματα non sic vocantur, ut ea defodiamus, sed ut iis quantum decet utamur. Ac sicut artifex quisque suam habet artem, sic dives, qui nescit æreariam artem, nec navim fabricari, nec texere, nec ædificare, nec aliud simile quidpiam, discat divitiis ut decet uti, et egenis largiri, melioremque illis omnibus artem callebit.

4. *Misericordia in pauperes ars pretiosissima est. Contra voluptatem ciborum et luxum.* — Nam hæc est illis omnibus artibus sublimior. Hujus officina in cælo structa est. Hæc non ex ferro vel ære adornata organa habet, sed ex benignitate et voluntate [1]. Hujus artis Christus doctor est, necnon ejus Pater. Nam ait, *Estote misericordes sicut et Pater vester qui est in cœlis* (*Luc.* 6. 36). Quodque mirabile est, cum ita cæteras antecellat, non labore vel tempore opus habet ut exerceatur : sufficit enim velle, et totum perfectum

[1] Alii ferunt, *omnes*, pro, *absentes quoque;* minus recte.

(*a*) Asperum vivendi genus, quale est in fœno discumbere, cibi sumendi causa, philosophiam hic, ut sæpe alias, vocat Chrysostomus.

[1] Duo Mss., *sed ex bona voluntate.*

Digitized by Google

καὶ αὐτοὺς αἰτηθέντες ἔδωκαν. Ὅθεν παιδεύεσθαι χρὴ, ὅτι κἂν ὀλίγα ἔχωμεν, καὶ αὐτὰ προΐεσθαι δεῖ τοῖς δεομένοις. Κελευσθέντες οὖν ἐνεγκεῖν τοὺς πέντε ἄρτους, οὐ λέγουσι· Καὶ πόθεν ἡμῖν ἔσται ἡ διατροφή; πόθεν δὲ ἡμεῖς παραμυθησόμεθα τὴν πεῖναν τὴν [507] ἡμετέραν; ἀλλ' ὑπακούουσιν εὐθέως. Πρὸς δὲ τοὺς εἰρημένους, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, διὰ τοῦτο ἐκ τῶν ὑποκειμένων ποιεῖ, ἵνα αὐτοὺς εἰς πίστιν ἀγάγῃ· ἔτι γὰρ ἀσθενέστερον διέκειντο. Διὸ καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπει. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων σημείων εἶχον πολλὰ ὑποδείγματα· τούτου δὲ οὐδέν. Λαβὼν τοίνυν διέκλασε, καὶ ἐδίδου[6-7] διὰ τῶν μαθητῶν, τούτῳ[8] αὐτοὺς τιμῶν· οὐ τιμῶν δὲ μόνον, ἀλλ' ἵνα ὅταν γένηται τὸ θαῦμα, μὴ ἀπιστήσωσι, μηδὲ ἐπιλάθωνται παρελθόντος, τῶν χειρῶν αὐτοῖς μαρτυρουσῶν. Διὸ καὶ τοὺς ὄχλους ἀφίησι πρότερον τῆς πείνης αἴσθησιν λαβεῖν, καὶ τούτους ἀναμένει πρότερον προσελθεῖν καὶ ἐρωτῆσαι, καὶ δι' αὐτῶν αὐτοὺς[9] κατακλίνει, καὶ δι' αὐτῶν διανέμει, ταῖς οἰκείαις ὁμολογίαις καὶ[10] τοῖς ἔργοις προκαταλαβεῖν βουλόμενος ἕκαστον. Διὰ τοῦτο καὶ παρ' αὐτῶν λαμβάνει τοὺς ἄρτους, ἵνα πολλὰ τὰ μαρτύρια ᾖ τοῦ γινομένου, καὶ ὑπομνήματα τοῦ θαύματος ἔχωσιν. Εἰ γὰρ καὶ τούτων συμβάντων ἐπελάθοντο, τί οὐκ ἂν ἔπαθον, εἰ μὴ καὶ ταῦτα κατεσκεύασε[11]; Καὶ κελεύει[12] αὐτοὺς ἐπὶ στιβάδος ἀναπεσεῖν, φιλοσοφεῖν τοὺς ὄχλους παιδεύων. Οὐ γὰρ θρέψαι τὰ σώματα μόνον ἐβούλετο, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν παιδεῦσαι.

γ'. Καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου τοίνυν, καὶ ἀπὸ τοῦ μηδὲν πλέον ἄρτων δοῦναι καὶ ἰχθύων, καὶ ἀπὸ τοῦ πᾶσι τὰ αὐτὰ προθεῖναι καὶ ποιῆσαι κοινά, καὶ μηδὲν θατέρῳ θατέρου πλέον παρασχεῖν, καὶ ταπεινοφροσύνην, καὶ ἐγκράτειαν, καὶ ἀγάπην, καὶ τὸ ὁμοίως πρὸς ἀλλήλους διακεῖσθαι, καὶ τὸ κοινὰ πάντα νομίζειν εἶναι ἐπαίδευε. *Καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις.* Τοὺς πέντε ἄρτους κλάσας ἔδωκε, καὶ οἱ πέντε ἐν ταῖς χερσὶ τῶν μαθητῶν ἐπήγαζον. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου τὸ θαῦμα ἵστᾳ, ἀλλὰ καὶ περισσεῦσαι ἐποίησε· καὶ περισσεῦσαι[13] οὐχὶ ἄρτους ὁλοκλήρους, ἀλλὰ κλάσματα· ἵνα δείξῃ ὅτι ἐκείνων τῶν ἄρτων ταῦτα λείψανα ἦν, καὶ ὥστε τοὺς ἀπόντας[14] μαθεῖν τὸ γεγενημένον. Διὰ τοῦτο καὶ πεινᾶσαι ἀφῆκε τοὺς ὄχλους, ἵνα μή τις φαντασίαν εἶναι νομίσῃ τὸ γεγενημένον. Διὰ τοῦτο καὶ δώδεκα κοφίνους περισσεῦσαι ἐποίησεν, ἵνα καὶ Ἰούδας βαστάσῃ. Ἠδύνατο μὲν γὰρ καὶ σβέσαι τὴν πεῖναν, ἀλλ' οὐκ ἂν ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ τὴν δύναμιν, ἐπεὶ καὶ ἐπὶ Ἠλίου τοῦτο γέγονεν. Οὕτω γοῦν αὐτὸν ἐξεπλάγησαν ἐντεῦθεν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι καὶ βασιλέα ἠθέλησαν ποιῆσαι, καίτοιγε ἐπὶ τῶν ἄλλων σημείων οὐδαμοῦ τοῦτο ποιήσαντες. Τίς τοίνυν παραστήσειε[15] λόγος, πῶς ἐπήγαζον οἱ ἄρτοι; πῶς ἐπέρρεον ἐν τῇ ἐρήμῳ; πῶς τοσούτοις ἤρκεσαν[16]; (καὶ γὰρ πεντακισχίλιοι ἦσαν, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων· ὃ μέγιστον ἦν τοῦ δήμου ἐγκώμιον, ὅτι καὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες[17] προσῄδρευον·) πῶς τὰ λείψανα γέγονε; (καὶ [508] γὰρ καὶ τοῦτο τοῦ προτέρου οὐκ ἔλαττον·) καὶ τοσαῦτα γέγονεν, ὥστε ἰσαρίθμους γενέσθαι τοῖς μαθηταῖς κοφίνους, καὶ μήτε πλείω μήτε ἐλάττω; Λαβὼν τοίνυν τὰ κλάσματα, οὐχὶ τοῖς ὄχλοις ἔδωκεν, ἀλλὰ τοῖς μαθηταῖς· καὶ γὰρ τῶν μαθητῶν οἱ ὄχλοι ἀτελέστερον διέκειντο.

Ποιήσας δὲ τὸ σημεῖον, *Εὐθέως*[18] *ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν, ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους.* Εἰ γὰρ καὶ παρὼν ἐδόκει φαντάζειν, ἀλλ' οὐκ ἀλήθειαν[19] πεποιηκέναι, οὐ δήπου καὶ ἀπών. Διὰ λῆ τοῦτο ἀκριβεῖ βασάνῳ ἐπιτρέπων τὰ γεγενημένα, τοὺς τὰ ὑπομνήματα λαβόντας καὶ τὸν ἔλεγχον τῶν σημείων ἐκέλευσεν αὐτοῦ[20] χωρίζεσθαι. Καὶ ἄλλως δὲ, ὅταν μεγάλα ἐργάζηται, ἀποσκευάζεται τοὺς ὄχλους καὶ τοὺς μαθητὰς, παιδεύων[21] ἡμᾶς μηδαμοῦ τὴν παρὰ τῶν πολλῶν δόξαν διώκειν, καὶ μὴ ἐπισύρεσθαι πλῆθος. Ὅταν δὲ εἴπῃ, *Ἠνάγκασε*, τὴν πολλὴν τῶν μαθητῶν προσεδρείαν δείκνυσι. Καὶ ἔπεμπεν[22] αὐτοὺς, ἐπὶ προφάσει μὲν τῶν ὄχλων, αὐτὸς δὲ εἰς τὸ ὄρος βουλόμενος ἀναδῆναι· ἐποίει δὲ τοῦτο πάλιν παιδεύων ἡμᾶς, μήτε ὄχλοις ἀναμίγνυσθαι διηνεκῶς, μήτε φεύγειν ἀεὶ τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἑκάτερα χρησίμως, καὶ ἕκαστον ἐναλλάττοντας πρὸς τὸ δέον.[23] Μάθωμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς προσεδρεύειν τῷ Ἰησοῦ, ἀλλὰ μὴ διὰ τὴν τῶν αἰσθητῶν δόσιν, ἵνα μὴ ὀνειδισθῶμεν κατὰ τοὺς Ἰουδαίους. Καὶ γάρ, *Ζητεῖτέ με*, φησὶν, *οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων καὶ ἐχορτάσθητε.* Διὰ τοῦτο οὐδὲ συνεχῶς ποιεῖ τοῦτο τὸ σημεῖον, ἀλλὰ δεύτερον μόνον, ὥστε παιδεύεσθαι αὐτοὺς μὴ τῇ γαστρὶ δουλεύειν, ἀλλὰ τῶν πνευματικῶν ἔχεσθαι διηνεκῶς. Τούτων οὖν ἐχώμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ζητῶμεν τὸν ἄρτον τὸν ἐπουράνιον, καὶ λαβόντες πᾶσαν ἐκβάλωμεν[24] φροντίδα βιωτικήν. Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι καὶ οἰκίας καὶ πόλεις καὶ συγγενεῖς[25] καὶ πάντα ἀφῆκαν, καὶ ἐν ἐρήμῳ διέτριβον, καὶ τοῦ λιμοῦ καταναγκάζοντος οὐκ ἀνεχώρουν· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς, τοιαύτῃ προσιόντας τραπέζῃ, πλείονα ἐπιδείκνυσθαι χρὴ φιλοσοφίαν, καὶ τῶν πνευματικῶν ἐρᾶν, καὶ τὰ αἰσθητὰ μετὰ ταῦτα ζητεῖν. Ἐπεὶ κἀκεῖνοι ἐνεκαλοῦντο, οὐχ ὅτι ἐζήτησαν αὐτὸν διὰ τὸν ἄρτον, ἀλλ' ὅτι διὰ τοῦτο μόνον αὐτὸν ἐζήτησαν, καὶ διὰ τοῦτο προηγουμένως. Ἂν γάρ τις τῶν μεγάλων μὲν δώρων[26] καταφρονῇ, τῶν δὲ μικρῶν ἔχηται, καὶ ὧν βούλεται καταφρονεῖν αὐτὸν ὁ διδοὺς, καὶ ἐκείνων ἐκπίπτει· ὥσπερ οὖν, ἂν ἐκείνων ἐρῶμεν, καὶ ταῦτα προστίθησι. Καὶ γὰρ προσθήκη ταῦτα ἐκείνων· οὕτως εὐτελῆ ταῦτα καὶ μικρὰ πρὸς ἐκεῖνα ἐξεταζόμενα, κἂν μεγάλα ᾖ. Μὴ τοίνυν περὶ ταῦτα σπουδάζωμεν, ἀλλ' ἀδιάφορον αὐτῶν εἶναι νομίζωμεν καὶ τὴν κτῆσιν καὶ τὴν ἀφαίρεσιν· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Ἰὼβ οὔτε παρόντων ἀντείχετο, οὔτε ἀπόντα[27] ἐζήτει. Καὶ γὰρ χρήματα διὰ τοῦτο λέγεται, οὐχ ἵνα κατορύξωμεν, ἀλλ' ἵνα εἰς δέον αὐτοῖς χρησώμεθα. Καὶ καθάπερ τῶν τεχνιτῶν [509] ἕκαστος ἰδίαν ἐπιστήμην ἔχει, οὕτω καὶ ὁ πλουτῶν οὐκ[28] οἶδε χαλκεύειν, οὐδὲ ναυπηγεῖν, οὐδὲ ὑφαίνειν, οὐδὲ οἰκοδομεῖν, οὐδὲ ἄλλο[29] τῶν τοιούτων οὐδέν· μανθανέτω τοίνυν τῷ πλούτῳ κεχρῆσθαι εἰς δέον, καὶ ἐλεεῖν τοὺς δεομένους, καὶ πάντων ἐκείνων βελτίονα εἴσεται τέχνην.

δ'. Καὶ γὰρ[30] αὕτη τῶν τεχνῶν ἐκείνων ἀνωτέρα πασῶν. Ταύτης τὸ ἐργαστήριον ἐν οὐρανοῖς ᾠκοδόμηται. Αὕτη οὐκ ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκοῦ τὰ ὄργανα ἔχει, ἀλλ' ἐξ ἀγαθότητος καὶ ἀπὸ[31] γνώμης. Ταύτης τῆς τέχνης ὁ Χριστός ἐστι διδάσκαλος, καὶ ὁ τούτου Πατήρ. *Γίνεσθε* γὰρ, φησὶν, *οἰκτίρμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὕτω τῶν ἄλλων οὖσα βελτίων, οὐ πόνου, οὐ χρόνου δεῖται πρὸς τὸ κατορθωθῆναι· ἀρκεῖ θελῆσαι[32], καὶ τὸ πᾶν ἥνυσται. Ἴδωμεν

[6-7] καὶ διὰ τῶν μ. διεδίδου L. M. καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ αὐτοὶ τῷ ὄχλῳ G. H. Ge. [8] τοῦτο G. M. [9] αὐτοὺς om. G. M. [10] ὁμολογίαις καὶ] χερσὶ G. M. qui hæc ταῖς οἰκείαις χερσὶ superioribus jungunt. χερσὶ pro ὁμολογίαις in mar. habet K. [11] κατεσκευάσθη M. [12] κελεύει] add. δὲ Edd. Οὐ κελεύει δὲ G. H. Vid. admot. [13] καὶ περισσεῦσαι om. G. faventibus Interpp. Deinde vulgo legitur οὐχὶ ἄρτους μόνον, ἀλλὰ καὶ κλάσματα, refragantibus codd. et Verss. [14] ἀπόντας] Sic L. et corr. K. cum Ep. et Arm. cæteri cum Ge. ἅπαντας. [15] παραστήσει M. [16] ἐπήρκεσαν G. H. [17] καὶ ἄνδρες om. G. [18] εὐθέως om. L. p. p. εἰς πλοῖον G. H. 2 Mosqq. [19] ἀληθείᾳ H. L. [20] αὐτοὺς G. M. Mox ἐργάσηται Edd. [21] πείθων Ep. Edd. [22] ἔπεμπε μὲν ἔπεμπε μὲν H. K. L. ἔπεμψε μὲν G. Deinde ἐπὶ πρ. μὲν τῇ τῶν G. K. προφάσει τῇ τῶν (om. ἐπὶ) H. [23] ΗΘΙΚΟΝ. Ὅτι ἔχουσι καὶ τὰ χρήματα τέχνην, πολλῷ χρησιμωτέραν τῶν ἄλλων τεχνῶν, ἧς ὁ Χριστὸς διδάσκαλος· τὰς γὰρ ἄλλας τέχνας τὰς περιττὰς οὐδὲ τέχνας εἶποιμι· καὶ κατηγορία τῶν ἐν ὑποδήμασι καλλωπιζομένων νέων. Ge. [24] ἐκβάλωμεν K. [25] συγγενείας G. H. [26] ὡρεῶν G. K. [27] ἀπόντων G. M. [28] οὐκ] ἐπεὶ οὐκ K. L. Mox τοίνυν om. iidem. [29] ἄλλο] add. τι K. οὐδὲ] ἢ quater. M. [30] γὰρ] add. καὶ G. H. M. p. p. ἐν οὐρανῷ Edd. [31] ἀπὸ om. M. ἔχει, ἀλλ' ἐξ ἀγαθῆς γνώμης H. L. [32] ἀρκεῖ γὰρ θ. G. H. ἀλλ' ὀρκεῖ θ. μόνον M.

Digitized by Google

δὲ καὶ τὸ τέλος αὐτῆς οἷόν ἐστι. Τί οὖν ἐστιν αὐτῆς τὸ τέλος; Ὁ οὐρανός, τὰ [33] ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθά, ἡ δόξα ἡ ἀπόῤῥητος ἐκείνη, αἱ πνευματικαὶ παστάδες, αἱ φαιδραὶ λαμπάδες, ἡ μετὰ τοῦ Νυμφίου διαγωγή, τὰ ἄλλα, ἃ μηδεὶς λόγος, μηδὲ νοῦς παραστῆσαι δύναται. Ὥστε καὶ ἐντεῦθεν πολλὴ πρὸς τὰς ἄλλας αὐτῇ [34] ἡ διαφορά. Τῶν γὰρ τεχνῶν αἱ πλείους πρὸς [35] τὸν παρόντα βίον εἰσὶ χρήσιμοι ἡμῖν, αὕτη δὲ καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωήν. Εἰ δὲ τῶν εἰς τὸ παρὸν [36] ἡμῖν ἀναγκαίων τεχνῶν τοσοῦτον διενήνοχεν, οἷον ἰατρικῆς λέγω, καὶ οἰκοδομικῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, πολλῷ μᾶλλον τῶν ἄλλων, ἃς εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειεν, οὐδὲ τέχνας ἂν εἶναι φαίη. Ὅθεν ἐγωγε τὰς ἄλλας τὰς περιττὰς οὐδὲ τέχνας εἴποιμι ἂν εἶναι. Ποῦ γὰρ ἡ ὀψαρτυτικὴ καὶ ἡ [37] καρυκευτικὴ χρήσιμοι ἡμῖν; Οὐδαμοῦ· ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἄχρηστοι καὶ βλαβεραὶ, σώματι καὶ ψυχῇ λυμαινόμεναι, τῷ τὴν μητέρα τῶν νοσημάτων ἁπάντων καὶ τῶν [38] παθημάτων τὴν τρυφὴν μετὰ πολλῆς ἐπεισάγειν τῇ φιλοτιμίᾳ. Οὐ μόνον δὲ ταύτας, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ζωγραφικὴν, οὐδὲ τὴν ποικιλτικὴν εἴποιμ' ἂν ἔγωγε τέχνην εἶναι· εἰς γὰρ δαπάνην μόνην ἐμβάλλουσι περιττήν. Τὰς δὲ τέχνας τῶν ἀναγκαίων καὶ συνεχόντων ἡμῶν τὴν ζωὴν παρεκτικὰς εἶναι δεῖ καὶ κατασκευαστικάς. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σοφίαν ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, ἵνα εὑρωμεν μεθόδους, δι' ὧν δυνησόμεθα τὸν βίον συγκροτεῖν τὸν ἡμέτερον. Τὸ δὲ ζώδια γίνεσθαι, ἢ ἐν τοίχοις, ἢ ἐν ἱματίοις, ποῦ χρήσιμον; εἰπέ μοι. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τῶν ὑποδηματορράφων καὶ τῶν ὑφαντῶν πολλὰ περικόπτειν δεῖ τῆς τέχνης. Καὶ γὰρ ἐπὶ τὸ βάναυσον τὰ πλείονα αὐτῆς ἐξήγαγον, τὸ ἀναγκαῖον αὐτῆς διαφθείραντες [39], τέχνῃ κακοτεχνίαν μίξαντες· ὃ καὶ ἡ οἰκοδομικὴ ἔπαθεν. Ἀλλ' ὥσπερ ταύτην, ἕως ἂν οἰκίας [40] οἰκοδομῇ καὶ οὐ θέατρα, τά τε ἀναγκαῖα καὶ οὐ περιττὰ ἐργάζηται, τέχνην καλῶ· οὕτω καὶ τὴν ὑφαντικὴν, ἕως ἂν ἱμάτια ποιῇ καὶ ἐπιβλήματα, ἀλλὰ μὴ τὰς ἀράχνας μιμῆται, καὶ πολὺν καταχέῃ τὸν γέλωτα καὶ τὴν βλακείαν ἄφατον, τέχνην ὀνομάζω. Καὶ τὴν [510] τῶν ὑποδηματοποιῶν [41], ἕως ἂν ὑποδήματα ποιῇ, οὐκ ἀποστερήσω τὸ τῆς τέχνης ὄνομα [42]· ὅταν δὲ τοὺς ἄνδρας εἰς τὰ τῶν γυναικῶν ἐξάγῃ σχήματα, καὶ μαλακίζεσθαι ποιῇ διὰ τῶν ὑποδημάτων καὶ θρύπτεσθαι, μετὰ τῶν βλαβερῶν καὶ περιττῶν αὐτὴν τάξομεν, καὶ οὐδὲ τέχνην ἐροῦμεν. Καὶ οἶδα μὲν, ὅτι πολλοῖς μικρολόγος εἶναι δοκῶ ταῦτα περιεργαζόμενος· οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἀποστήσομαι. Τὸ γὰρ ἁπάντων αἴτιον τῶν κακῶν τοῦτο, τὸ καὶ μικρὰ ταῦτα δοκεῖν εἶναι τὰ ἁμαρτήματα, καὶ διὰ τοῦτο ἀμελεῖσθαι. Καὶ τί τούτου, φησὶν, εὐτελέστερον ἁμάρτημα γένοιτ' ἂν, κεκαλλωπισμένον ἔχειν ὑπόδημα καὶ ἀποστίλβον, καὶ τῷ ποδὶ προσηρτημένον [43], εἶγε καὶ ἁμάρτημα τοῦτο καλεῖν δοκεῖ; Βούλεσθε οὖν ἐπαφήσω τὴν γλῶτταν αὐτῷ, καὶ δείξω τὴν ἀσχημοσύνην ὅση [44], καὶ οὐκ ὀργιεῖσθε; Μᾶλλον δὲ, κἂν ὀργίζησθε, οὐ πολύς μοι λόγος. Καὶ γὰρ ὑμεῖς αἴτιοι τῆς ἀνοίας [45] ταύτης, οἱ μηδὲ ἁμάρτημα εἶναι νομίζοντες, καὶ ἐντεῦθεν ἡμᾶς ἀναγκάζοντες εἰς τὴν κατηγορίαν τῆς ἀσωτίας ἐμβῆναι ταύτης.

ε'. Φέρε οὖν αὐτὸ ἐξετάσωμεν, καὶ ἴδωμεν ὁποῖόν [46] ἐστι κακόν. Ὅταν γὰρ τὰ νήματα τὰ σηρικὰ, ἃ μηδὲ ἐν ἱματίοις ὑφαίνεσθαι καλὸν, ταῦτα ἐν ὑποδήμασι διαῤῥάπτητε, πόσης ὕβρεως, πόσου γέλωτος ταῦτα ἄξια; Εἰ δὲ τῆς ἡμετέρας ψήφου καταφρονεῖς, ἄκουσον τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς, μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ταῦτα ἀπαγορεύοντος [47], καὶ τότε αἰσθήσῃ τοῦ γέλωτος. Τί οὖν ἐκεῖνός φησι; *Μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ.* Τίνος οὖν ἂν εἴης συγγνώμης ἄξιος, ὅταν τῇ γεγαμημένῃ μὴ ἐπιτρέποντος Παύλου πολυτελῆ ἱμάτια ἔχειν, σὺ καὶ ἐπὶ τὰ ὑποδήματα τὴν βλακείαν ταύτην ἐξάγῃς, καὶ μυρία κατασκευάζῃς ὑπὲρ τῆς καταγελάστου ὕβρεως; Καὶ γὰρ καὶ ναῦς πήγνυται, καὶ ἐρέται [48] καταλέγονται, καὶ πρωρεὺς καὶ κυβερνήτης, καὶ ἱστίον ἀναπετάννυται, καὶ πέλαγος πλεῖται, καὶ γυναῖκα καὶ παιδία καὶ πατρίδα ἀφεὶς, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ ἔμπορος ἐκδίδωσι κύμασι, καὶ εἰς τὴν τῶν [49] βαρβάρων ἔρχεται χώραν, καὶ μυρίους ὑπομένει κινδύνους διὰ ταῦτα τὰ νήματα, ἵνα σὺ μετὰ πάντα ἐκεῖνα λαβὼν ἐπὶ τῶν ὑποδημάτων διαῤῥάψῃς, καὶ τὸ δέρμα καλλωπίσῃς. Καὶ τί ταύτης τῆς ἀλογίας χεῖρον γένοιτ' ἄν; Ἀλλ' οὐ τὰ παλαιὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ἀνδράσι πρέποντα. Ὅθεν ἐγωγε προσδοκῶ, χρόνου προϊόντος τοὺς νέους τοὺς παρ' ἡμῖν [50] καὶ γυναικῶν ὑποδήματα σχήσειν, καὶ οὐκ αἰσχυνεῖσθαι. Καὶ τὸ χαλεπώτερον, ὅτι οἱ πατέρες ταῦτα ὁρῶντες οὐκ ἀγανακτοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἀδιάφορον τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίζουσι. Βούλεσθε εἴπω καὶ τὸ ἔτι χαλεπώτερον, ὅτι καὶ πενήτων ὄντων πολλῶν ταῦτα γίνεται; Βούλεσθε εἰς μέσον ἀγάγω τὸν Χριστὸν τὸν [51] λιμώττοντα, τὸν γυμνὸν, τὸν ἁλώμενον πανταχοῦ, τὸν δεδεμένον; Καὶ πόσων οὐκ ἂν εἴητε σκηπτῶν ἄξιοι, ἐκεῖνον μὲν τροφῆς ἀναγκαίας ἀποροῦντα περιορῶντες, τὰ δέρματα δὲ μετὰ τοσαύτης καλλωπίζοντες τῆς σπουδῆς; Καὶ αὐτὸς μὲν [511] ἡνίκα τοῖς μαθηταῖς ἐνομοθέτει, οὐδὲ ἁπλῶς ὑποδήματα ἔχειν ἐπέτρεπεν· ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον γυμνοῖς ποσὶν οὐκ ἀνεχόμεθα βαδίζειν, ἀλλ' οὐδὲ ὑποδεδεμένοις [52] ὡς ὑποδεδέσθαι δεῖ. Τί τοίνυν τῆς ἀκοσμίας ταύτης χεῖρον γένοιτ' ἄν; τί τοῦ γέλωτος; Καὶ γὰρ ψυχῆς ἐστι μαλακώδους τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀπηνοῦς καὶ ὠμῆς, καὶ περιέργου καὶ ματαιοπόνου. Πότε γὰρ δυνήσεται ἀναγκαίῳ τινὶ προσέχειν ὁ περὶ ταῦτα [53] τὰ περιττὰ ἠσχολημένος; πότε ἀνέξεται ὁ τοιοῦτος νέος ψυχῆς ἐπιμελήσασθαι, ἢ ἐννοῆσαι ὅτι κἂν ψυχὴν ἔχει [54]; Καὶ γὰρ μικρολόγος ἔσται ὁ τὰ τοιαῦτα θαυμάζειν ἀναγκαζόμενος, καὶ ὠμὸς ὁ διὰ ταῦτα τῶν πτωχῶν ἀμελῶν, καὶ ἀρετῆς ἔρημος ὁ πᾶσαν εἰς ταῦτα καταναλίσκων τὴν σπουδήν. Ὁ γὰρ νημάτων ἀρετὴν, καὶ χρωμάτων ἄνθος, καὶ τοὺς κισσοὺς τοὺς ἀπὸ τῶν τοιούτων ὑφασμάτων περιεργαζόμενος, πότε εἰς τὸν οὐρανὸν δυνήσεται ἰδεῖν; πότε τὸ ἐκεῖ θαυμάσεται [55] κάλλος ὁ πρὸς κάλλος ἐπτοημένος δερμάτων, καὶ χαμαὶ κύπτων; Καὶ ὁ μὲν Θεὸς ἔτεινεν οὐρανὸν, καὶ ἥλιον ἀνῆψεν, ἄνω σου τὰς ὄψεις ἕλκων· σὺ δὲ κάτω σαυτὸν καὶ πρὸς τὴν γῆν κατὰ τοὺς χοίρους νεύειν ἀναγκάζεις, καὶ τῷ διαβόλῳ πείθῃ. Καὶ γὰρ ὁ πονηρὸς δαίμων οὗτος ταύτην ἐπενόησε τὴν ἀσχημοσύνην, ἐκείνου [56] σε τοῦ κάλλους ἀπάγων. Διὰ τοῦτό σε ἐνταῦθα εἵλκυσε, καὶ παρευδοκιμεῖται Θεὸς οὐρανὸν δεικνὺς ὑπὸ διαβόλου δέρματα δεικνύοντος· μᾶλλον δὲ οὐδὲ δέρματα· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἔργα Θεοῦ· ἀλλὰ βλακείαν καὶ κακοτεχνίαν. Καὶ κάτω εἰς τὴν γῆν νεύων ὁ νέος περίεισιν, ὁ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς φιλοσοφεῖν κελευσθεὶς, μᾶλλον ἐγκαλλωπιζόμενος τούτοις, ἢ εἰ τῶν μεγάλων τι κατωρθωκὼς ἦν, καὶ ἀκροβατῶν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ λύπας καὶ ἀθυμίας ἐντεῦθεν τίκτων ἑαυτῷ περιττὰς, μὴ μολύνῃ τῷ πηλῷ χειμῶνος ὄντος, μὴ καλύψῃ τῷ κονιορτῷ θέρους ἐπιστάντος. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; τὴν ψυχὴν ἅπασαν εἰς πηλὸν ἔῤῥιψας διὰ ταύτης τῆς ἀσωτίας, καὶ χαμαὶ συρο-

[33] τὰ] καὶ τὰ M. [34] αὐτῆς] Sic dedi pro vulgato αὐτῇ. quod tuentur G. L. αὐτῇ K. M. αὐτῇ (sic) H. ταύτης conjecit Sav. [35] πρὸς] add. μόνον H. χρήσιμοι] add. μόνον K. πρὸς τὸν π. μόνον ἡμῖν εἰσι χρ. βίον L. Sequens καὶ om. G. M. [36] πρὸς τὰ παρόντα H. I. [37] ἡ om. G. K. p. p. χρήσιμα G. χρήσιμος L. χρησίμη K. M. [38] τῶν om. I. καὶ τῶν παθημάτων om. M. [39] διαφθείροντες G. K. [40] οἰκίαν Edd. μὴ pro οὐ bis habent K. L. ἀλλὰ τὰ ἀν. καὶ μὴ τὰ π. L. [41] ὑποδηματορράφων K. L. M. [42] τοῦ τ. τ. ὀνόματος H. Mox ἐξαγάγῃ G. K. Infra στήσομεν pro τάξομεν dant K. L. [43] Sic L. Mor. cæteri προσηρμοσμένον. [44] ὅσην K. [45] ἀνοίας] ἀπεχθείας H. L. et mar. K. Vid. adnot. [46] ὅσον K. L. [47] ἀπαγορευούσης L. M. ἢ χρῦσῷ] χρυσίου G. χρυσίῳ K. ἢ χρυσίῳ H. [48] ἐργάται G. M. [49] τῶν om. G. K. M. ἀπέρχεται Edd. [50] ὑμῖν G. H. K. [51] τὸν om. G. M. [52] ὑποδεδέσθαι L. M. [53] ταῦτα om. K. L. M. [54] ἔχει] Sic L. cæteri ἔχῃ. p. p. ἐστὶν G. L. M. [55] θαυμάσαι K. L. M. [56] ὡς ἐκείνου G.

Digitized by Google

est. Videamus quoque, quis finis illius sit. Quis tandem finis illius est? Cælum, et cælestia bona : gloria illa ineffabilis, spirituales thalami, fulgentes lampades, habitatio cum sponso; alia quæ nullus sermo, nulla mens declarare potest; ita ut hac in parte longe ab aliis differat. Nam artium pleræque ad præsens solum tempus utiles sunt nobis, hæc vero etiam ad futuram vitam. Si autem ita differt ab iis artibus quæ nobis in præsenti vita sunt necessariæ, ut a medicina, architectonica et similibus, multo magis ab aliis, quas si quis accurate exploret, neque artes esse dixerit. Quare ego alias superfluas non pro artibus habeo. Ad quid enim coquinaria et salsamentaria nobis utiles? Ad nihil certe : imo valde inutiles et noxiæ sunt, quæ et corpus et animam labefactant, quod morborum ægritudinumque omnium matrem voluptatem cum pompa magna inducant. Imo nec picturam, nec phrygionicam artes proprie dixerim. Nam in superfluos sumptus nos conjiciunt. Artes vero necessarias, quæ vitam nostram sustentant, nobis necessaria præbeant et apparent oportet. Ideo namque sapientiam indidit nobis Deus, ut inveniamus methodos, queis possimus vitam conservare nostram : animalcula vero aut in parietibus aut in vestibus repræsentare ad quid, quæso, utile est? Ideo ex calceariorum et ex textorum artibus multa resecanda essent : nam ad luxum multa deduxerunt, et quod necessarium erat labefactarunt, arti malum artificium admiscentes; quod etiam architectonicæ accidit. Sed ut hanc, donec ædes, non autem theatra ædificaverit, ac necessaria, non autem superflua struxerit, artem vocabo : sic et textoriam, donec vestimenta fecerit et assumenta, nec araneas imitata, multum risum excitaverit ac mollitiem ingentem, artem voco. Necnon calceariam artem, donec calceos fecerit, artis nomine non privabo; cum autem viros in mulierum formam traduxerit, molles et effeminatos ex calceorum forma fecerit, cum noxiis et superfluis illam locabimus. Scio me multis videri in minimis nimium immorari : neque tamen absistam. Omnium quippe malorum causa hæc est, eo quod parvi illa peccata momenti esse videantur, et ideo negligantur. Et quid hoc levius, inquies, peccatum unquam fuerit, cum quis calceos habet ornatos ac fulgentes, pedibus aptatos, si tamen hoc peccatum vocandum est? Vultis igitur illum aggrediar, qui sic loquitur, et quanta rei insit turpitudo ostendam? annon irascemini? Imo etiamsi irascamini, non multum curabo. Nam vos tantæ insipientiæ causa estis, qui rem ne peccatum quidem esse putatis, nosque ideo cogitis in hujusmodi luxum invehi.

5. *Contra luxum in calceis.* — Age igitur id exploremus, videamusque quantum sit malum. Cum enim serica fila, quæ ne in vestimentis quidem inserere honestum est, in calceis inseratis, quanta contumelia, quanto risu hæc digna sunt? Si vero sententiam meam despicis, audi Paulum cum magna vehementia id prohibentem, et tunc ridiculam rem esse comperies. Quid ergo ait ille? *Non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa* (1. *Tim.* 2. 9). Qua igitur venia dignus fueris, quando Paulus uxori tuæ non permittit veste pretiosa uti, si tu luxum hujusmodi in calceos inducas, milleque modis appares rem ita contumeliosam et ridiculam? Nam illam ob causam navis construitur, remiges conducuntur, proræ ductor et gubernator instituuntur, velum expanditur, pelagus trajicitur, relictis uxore, liberis et patria, mercator vitam fluctibus committit, inque barbarorum regionem proficiscitur, mille periculis expositus ad hæc fila comparanda, ut post hæc omnia tu in calceis illa assuas et corium ornes. Ecquid tanta insania deterius? At veterum calcei non tales erant, sed quales decebat viros. Quamobrem vereor, ne procedente tempore, adolescentes apud vos mulierum calceis utantur, idque sine pudore. Quodque gravius est, hæc videntes patres non indignantur, sed rem ut indifferentem habent. Vultisne ut quid etiam gravius afferam? Hæc ita fiunt dum multi egestate premuntur. Vultis in medium adducam Christum esurientem, nudum, undique captum, vinctum? Et quot fulminibus digni non eritis, dum illum negligitis necessario egentem cibo, et pelles cum tanto studio exornatis? Ille quidem cum discipulis legem daret, ne calceamenta quidem habere permisit : nos vero non modo nudis pedibus incedere non sustinemus, sed neque calceatis illo quo oporteret modo. Quid hac absurditate pejus? quid magis ridiculum? Illud certe animi effeminati est, inhumani, nimis curiosi, vanissimi. Quandonam poterit necessariæ rei incumbere, qui his supervacaneis deditus est? quando juvenis hujusmodi animæ curam habebit, vel cogitabit etiam se animam habere? Nam vanissimus omnino erit qui hæc mirari compelletur, et immanissimus, qui his intentus pauperes negliget; virtute vacuus, qui totam vitam in hoc studio impendit. Nam qui filorum præstantiam, colorum florem, hederæque speciem a tali textura emissam curiose perquirit, quandonam poterit cælum respicere? quando supernam illam pulchritudinem mirabitur is, qui pronus in terram pellium pulchritudinem miratur? Deus quidem extendit cælum, solem accendit, oculosque tuos sursum trahit, tu vero te ipsum cogis versus terram porcorum instar respicere, diaboloque morem geris. Nam ipse malignus dæmon hanc turpitudinem excogitavit, ut te ab illa pulchritudine averteret; ideo te istuc attraxit, postponiturque Deus, cælum ostendens, diabolo pelles monstranti; imo non pelles, hæ quippe sunt Dei opus; sed mollitiem quamdam et pessimum artificium. Sic adolescens pronus versus terram circumit, qui cælestia philosophari jussus est, magisque de his gloriatur, quam si quid magnum operatus esset, sicque molliter et delicate per forum incedit, mœrorem sibi doloremque concilians, ne hieme calceos luto commaculet, ne æstate pulvere operiat. Quid dicis, o homo? animamne totam in lutum conjecisti per hujusmodi luxum, num illam humi devolutam negligis, et de calceis tam anxie cogitas? Disce usum eorum, et erubesce quod tanti illa facias. Nam calcei ideo inventi sunt, ut lutum et cœnum calcent, nec non maculas omnes

Digitized by Google

quæ in pavimento visuntur. Si autem id ferre non potes, solve illos et a collo suspende, vel capiti circumpone.

6. Vos quidem ridetis hæc audientes; ego vero in lacrymas erumpo videns illorum insaniam, et hujusmodi curam. Nam libentius illi corpus luto commacularent, quam hujusmodi calceos. Hinc illi levissimis dediti fiunt, atque alia ratione pecuniæ avidi. Nam qui in hæc insano studio ferri assueti sunt, in vestibus in aliisque omnibus multa insumant et impendant oportet. Qui si ambitiosum patrem habeat, augetur ejus absurda cupiditas; si avarum, cogitur alia turpiter aggredi, ut aurum ad hunc sumptum corradat. Hinc multi juvenes, et formam suam vendiderunt, et parasiti divitum effecti sunt, aliaque servilia subiere ministeria, ut his facultatem explendæ cupiditatis emerent. Quod igitur hic pecuniæ amans futurus sit et levissimus atque ad necessaria omnino socors; hincque futurum sit ut alia admittere peccata cogatur, ex dictis manifestum est: quod item inhumanus sit futurus et vanæ gloriæ cupidus, nemo inficias eat. Inhumanus cum, viso paupere, amore ornatus sui ductus, ne respicere quidem dignabitur, sed dum calceos auro exornat, illum fame pereuntem despiciet. Vanæ gloriæ cupidus, dum in minimis videntium existimationem venari doctus deprehendetur. Neque enim puto ducem de exercitibus et tropæis suis ita gloriari, ut juvenem illum perditum de calceorum ornatu, de vestimentis defluentibus, de coma capitis: quamquam hæc omnia artificum aliorum opera sunt. Quod si de alienis non desinunt vane gloriari, quando de suis desinent? Alia quoque dicerem his graviora: at hæc vobis satis sunt. Hic ergo finem orandi facere oportet: hæc quippe dixi contra contentiosos, qui rem nihil absurdi habere dicebant. Et scio quidem multos ex juvenibus ne dictis quidem attendere, ita sunt ebrii, et huic morbo addicti; neque tamen silendum erat. Nam patres mente sani, ipsos ad modestiam inducere poterunt. Ne dicas igitur, Nihil hinc, nihil inde (*a*): hoc quippe, hoc omnia pessumdedit. Oportebat enim illos instituere, et in iis, quæ minima videbantur esse, honestos reddere, magnanimos, ornamentorum contemptores; sic enim illos in magnis etiam præclaros inveniremus. Quid enim elementorum disciplina vilius? Attamen ex ea rhetores, sophistæ, et philosophi evadunt. Si hæc ignorent, illa numquam scient. Hæc autem diximus non pueris tantum, sed etiam mulieribus et puellis. Illæ quippe sunt iisdem obnoxiæ peccatis; imo tanto magis, quanto modestiorem decet esse virginem. Quæ igitur illis dicta sunt, vobis etiam dicta putate, ne eadem repetamus. Nam tempus est ut sermonem precibus claudamus. Vos ergo nobiscum simul orate, ut juvenes qui ad Ecclesiam pertinent, modeste vivere maxime possint, et ad senectutem condecentem pervenire. Nam eis qui non temperanter vivunt, non optandum ut senectutem assequantur, illos vero qui in juventute senes imitantur, precor extremam attingere canitiem, et præclaros filios gignere, qui patribus gaudio sint, in primisque Deo omnium conditori, precor item ut morbum animi omnem abigat, non modo eum qui in calceis et vestimentis deprehenditur, sed et alium quemcumque. Nam adolescentia neglecta similis est incultæ terræ, quæ multas undique spinas gignit. Immittamus ergo sancti Spiritus ignem, et malas hasce cupiditates uramus; inculta arva excolamus, ut semen possint suscipere; et juniores nostros alienis senibus sapientiores exhibeamus. Nam mirabile plane illud est, cum in juventute splendet temperantia, cum contra is, qui in senectute temperans est, non ita magnam referat mercedem, qui ætatis subsidium habeat. Illud autem mirum est, in fluctibus tranquillitate frui, et in fornace non comburi, atque in juventute non lascivire. Hæc itaque animo recolentes, imitemur beatum illum Josephum, qui in his omnibus conspicuus fuit, ut easdem quas ille coronas assequamur: quibus utinam omnes potiamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria et simul Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) Dictum ab adolescentibus illis, quos carpit Chrysostomus, qui luxum magnum in calceis ipsis exhibebant.

HOMILIA L. al. LI.

CAP. 14. v. 23. *Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi.* 24. *Navicula autem jam in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.*

1. *Solitudo tranquillitatis mater.* — Cur in montem ascendit? Ut nos doceat, commodum esse desertum, commodam solitudinem, cum Deo supplicandum est. Ideo sæpe deserta petit, ibique pernoctat orans, ut nos moneat, et tempus et locum ad tranquille precandum opportunum esse quærendum. Solitudo enim tranquillitatis mater est, quietisque portus, ab omni nos tumultu liberans. Ille quidem his de causis illuc ascendit: discipuli vero rursum fluctibus agitantur, et tempestate ut ante jactantur. Sed tunc illum in navicula habentes hæc patiebantur; nunc autem soli sunt et seorsim positi. Etenim illos paulatim et per gradus ad majora inducit, ut omnia fortiter ferant. Idcirco, cum periclitaturi primum erant, aderat quidem, sed dormiebat, ut præsto esset ad auxilium præstandum: nunc vero ut majori illos patientia exerceat, non id facit, sed abest, et in medio mari permittit tempestatem excitari, ut nulla fere spes salutis superesset, et tota nocte sinit eos fluctibus agitari, ut eorum, puto, excæcatum cor incitaret. Talis quippe res est timor, quem et tempestas et nox inferebant. Cum compunctione autem illa sui desiderio

Digitized by Google

μένην περιορᾷς, καὶ περὶ ὑποδημάτων τοσοῦτον ἔχεις ἀγῶνα; Μάθε τὴν χρῆσιν [66] αὐτῶν, καὶ αἰδέσθητι τὴν ψῆφον ἣν περὶ αὐτῶν φέρεις. Ὥστε γὰρ πηλὸν πατεῖν καὶ βόρβορον, καὶ πᾶσαν τὴν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κηλῖδα, γέγονε τὰ ὑποδήματα. Εἰ δὲ οὐκ ἀνέχῃ, λαβὼν ἐξάρτησον τοῦ τραχήλου, ἢ τῇ κεφαλῇ περίθες.

ς'. Καὶ ὑμεῖς μὲν γελᾶτε ταῦτα ἀκούοντες· ἐμοὶ δὲ δακρύειν [61] ἔπεισι τὴν τούτων μανίαν, καὶ τὴν περὶ ταῦτα σπουδήν. Καὶ γὰρ ἥδιον [62] ἂν οὗτοι τὸ σῶμα μολύναιεν πηλῷ, ἢ τὰ δέρματα ἐκεῖνα. Μικρολόγοι μὲν οὖν [63] οὕτω γίνονται, φιλοχρήματοι δὲ πάλιν ἑτέρως. Ὁ γὰρ περὶ τὰ τοιαῦτα μαίνεσθαι καὶ σπουδάζειν ἐθισθείς, καὶ ἐν [64] ἱματίοις καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι πολλῆς δεῖται δαπάνης καὶ πολλῆς τῆς προσόδου. Κἂν μὲν [65] φιλότιμον ἔχῃ πατέρα, μᾶλλον αἰχμάλωτος γίνεται, τὴν ἄτοπον ταύτην ἐπιτείνων[512] ἐπιθυμίαν· ἂν δὲ μικρολόγον, ἀναγκάζεται ἑτέρα ἀσχημονεῖν, ὥστε χρυσίον συνάγειν [66] εἰς τὰς τοιαύτας δαπάνας. Ἐντεῦθεν πολλοὶ τῶν νέων καὶ τὴν ὥραν ἀπέδοντο, καὶ παράσιτοι τοῖς εὐπόροις ἐγένοντο, καὶ ἑτέρας δουλοπρεπεῖς ὑπέμειναν διακονίας, ἀντὶ τούτων ὠνούμενοι τὸ τὰς τοιαύτας ἐπιθυμίας πληροῦν [67]. Ὅτι μὲν οὖν καὶ φιλοχρήματος οὗτος ἔσται καὶ μικρολόγος, καὶ περὶ [68] τὰ ἀναγκαῖα πάντων ἀργότερος, καὶ πολλὰ ἀναγκασθήσεται ἁμαρτάνειν, δῆλον ἐκ τούτων· ὅτι [69] δὲ ὡμὸς καὶ κενόδοξος, οὐδὲ τοῦτό τις ἀντερεῖ· ὡμὸς μὲν, ὅταν πένητα ἰδὼν, τῷ πόθῳ τοῦ καλλωπισμοῦ μηδὲ ἐωρακέναι δοκῇ, ἀλλὰ ταῦτα μὲν χρυσῷ καλλωπίζῃ [70], ἐκεῖνον δὲ ὑπὸ λιμοῦ διαφθειρόμενον περιορᾷ· κενόδοξος δὲ, ὅταν καὶ ἐν τοῖς μικροῖς παιδεύηται τὴν παρὰ τῶν ὁρώντων δόξαν θηρᾶν. Οὐ γὰρ οὕτως οἶμαι στρατηγὸν ἐπὶ τοῖς [71] στρατοπέδοις καὶ τροπαίοις μέγα φρονεῖν, ὡς τοὺς [72] ἀκολάστους νέους ἐπὶ τῷ καλλωπισμῷ τῶν ὑποδημάτων, ἐπὶ τοῖς συρομένοις ἱματίοις, ἐπὶ τῇ κουρᾷ τῆς κεφαλῆς· καίτοιγε ταῦτα πάντα τεχνιτῶν ἔργα ἐστὶν ἑτέρων. Εἰ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις οὐκ ἀφίστανται κενοδοξοῦντες, πότε ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀποστήσονται; Εἶπω καὶ ἕτερα τούτων χαλεπώτερα, ἢ καὶ ταῦτα ὑμῖν ἀπόχρη; Οὐκοῦν ἀνάγκη καταλῦσαι τὸν λόγον ἐνταῦθα· ἐπεὶ καὶ ταῦτά μοι εἰρῆσθαι διὰ τοὺς φιλονείκους καὶ οὐδὲν ἄτοπον τὸ πρᾶγμα εἶναι λέγοντας. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι πολλοὶ τῶν νέων οὐδὲ προσέξουσι τοῖς λεγομένοις, μεθύοντες ἅπαξ τῷ πάθει· οὐ μὴν διὰ τοῦτο σιγῆσαι ἔδει. Οἱ γὰρ νοῦν ἔχοντες πατέρες καὶ ὑγιαίνοντες τέως, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς εἰς τὴν προσήκουσαν εὐσχημοσύνην ἐμβιβάσαι δυνήσονται. Μὴ τοίνυν λέγε, Οὐδὲν παρὰ τοῦτο, καὶ [73] οὐδὲν *παρ'* ἐκεῖνο· τοῦτο γὰρ, τοῦτο πάντα ἀπώλεσεν. Ἔδει γὰρ [74] καὶ ἐντεῦθεν αὐτοὺς παιδεύειν, καὶ ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναι μικρῶν σεμνοὺς ποιεῖν, μεγαλοψύχους, κρείττους σχημάτων [75]· οὕτως αὐτοὺς καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις εὑρήσομεν δοκίμους. Τί γὰρ τῆς τῶν στοιχείων μαθήσεως εὐτελέστερον; Ἀλλ' ὅμως ἀπὸ τούτων καὶ ῥήτορες, καὶ σοφισταὶ, καὶ φιλόσοφοι γίνονται· κἂν ταῦτα ἀγνοήσωσιν, οὐδὲ ἐκεῖνά ποτε εἴσονται. Ταῦτα δὲ ἡμῖν οὐ πρὸς νέους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς γυναῖκας καὶ κόρας εἴρηται. Καὶ γὰρ καὶ αὗται τοῖς τοιούτοις ἐγκλήμασιν ὑπόκεινται, καὶ πολλῷ μᾶλλον, ὅσῳ παρθένῳ κοσμιότης ἐπιτήδειον. Τὰ τοίνυν πρὸς ἐκείνους εἰρημένα καὶ πρὸς ὑμᾶς εἰρῆσθαι νομίζετε, ἵνα μὴ πάλιν τὰ αὐτὰ ἀναλάβωμεν. Καὶ γὰρ ὥρα λοιπὸν εὐχῆ κατακλεῖσαι τὸν λόγον. Ἅπαντες τοίνυν ἡμῖν συνεύξασθε, ὥστε τοὺς νέους τοὺς [76] τῆς Ἐκκλησίας μάλιστα δυνηθῆναι κοσμίως ζῆν, καὶ εἰς γῆρας ἐλθεῖν αὐτοῖς πρέπον. Ὡς τούς γε οὐχ οὕτω ζῶντας, οὐδὲ εἰς γῆρας ἐλθεῖν καλόν· τοὺς δὲ καὶ ἐν νεότητι γεγηρακότας εὔχομαι καὶ εἰς πολιὰν βαθυτάτην ἐλθεῖν, καὶ πατέρας γενέσθαι παίδων δοκίμων, καὶ τοὺς γεγεννηκότας εὐφρᾶναι, καὶ πρό γε πάντων τὸν πεποιηκότα αὐτοὺς Θεὸν, καὶ πᾶσαν ἐξελάσαι [513] νόσον, οὐ τὴν ἐν τοῖς ὑποδήμασιν, οὐδὲ τὴν ἐν τοῖς ἱματίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν. Καὶ γὰρ οἷον γῆ χερσουμένη, τοιοῦτόν ἐστι καὶ νεότης ἀμελουμένη, πολλὰς πολλαχόθεν [77] ἐκφέρουσα τὰς ἀκάνθας. Ἐπάφωμεν τοίνυν τὸ πῦρ τοῦ Πνεύματος, καὶ κατακαύσωμεν τὰς πονηρὰς ταύτας ἐπιθυμίας, καὶ νεώσωμεν τὰς ἀρούρας, καὶ ἑτοίμους πρὸς τὴν τοῦ σπόρου ποιήσωμεν ὑποδοχὴν, καὶ τοὺς νέους τοὺς παρ' ἡμῖν τῶν ἀλλαχοῦ γερόντων ἀποδείξωμεν σωφρονεστέρους. Καὶ γὰρ τὸ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστιν, ὅταν ἐν νεότητι σωφροσύνη λάμπῃ, ὡς ὄγε ἐν γήρᾳ σωφρονῶν οὐδὲ μισθὸν ἂν ἔχοι [78] πολὺν, ἀκριβῆ τὴν ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἀσφάλειαν ἔχων. Τὸ δὲ παράδοξον, ἐν κύμασι γαλήνης ἀπολαύειν, καὶ ἐν καμίνῳ μὴ κατακαίεσθαι, καὶ ἐν νεότητι μὴ ἀσελγαίνειν. Ταῦτ' οὖν ἐννοοῦντες, ζηλώσωμεν τὸν μακάριον ἐκεῖνον Ἰωσὴφ, τὸν διὰ πάντων [79] λάμψαντα τούτων, ἵνα καὶ τῶν αὐτῶν ἐπιτύχωμεν στεφάνων αὐτῷ· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[66] χρείαν K. L. [61] δακρῦσαι K. M. [62] ἡδύτερον Edd. [63] οὖν om. G. L. M. [64] ἐν] add. τοῖς Edd. [65] Ἂν μὲν G. K. M. Ἂν μὲν οὖν L. [66] συνάγειν] εἰσαγαγεῖν G. M. [67] ἐκπληροῦν G. K. [68] περὶ] πρὸς K. L. [69] δὲ] add. καὶ H. [70] Sic codd. præter G. pro soloeco καλλωπίζει. [71] τοῖς om. G. στρατοπέδοις καὶ om. H. K. M. τοῖς στρ. καὶ om. L. Curtam lectionem secuti sunt Interpp. [72] τοὺς om. K. ὡς ἀκολάστου νέον G. ὡς ἀκόλαστον νέον Edd. [73] καὶ om. G. [74] γὰρ] add. ἔδει L. M. p. p. ἐνταῦθα G. [75] σχημάτων] χρημάτων H. K. L. M. Arm. *ornamentorum* Ge. Sequitur οὕτω γὰρ K. καὶ οὕτως L. M. [76] τοὺς om. L. M. [77] πανταχόθεν L. M. [78] ἔχοι] Sic codd. præter G. vulgo ἔχῃ. Deinde ἀκριβῆ om. G. K. L. M. [79] πασῶν G. M.

ΟΜΙΛΙΑ Ν'.

Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν προσεύξασθαι. Ὀψίας δὲ γενομένης, μόνος ἦν ἐκεῖ. Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν [80], βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων· ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος.

α'. Τίνος ἕνεκεν εἰς τὸ ὄρος ἀναβαίνει; Παιδεύων ἡμᾶς, ὅτι καλὸν ἡ ἐρημία καὶ ἡ μόνωσις, ὅταν ἐντυγχάνειν δέῃ Θεῷ [81]. Διά τοι τοῦτο συνεχῶς εἰς τὰς ἐρήμους ἅπεισι, κἀκεῖ διανυκτερεύει πολλάκις εὐχόμενος, παιδεύων ἡμᾶς καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ καιροῦ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου θηρᾶσθαι ἐν ταῖς εὐχαῖς ἀταραξίαν. Ἡσυχίας γὰρ μήτηρ ἡ ἔρημος, καὶ γαλήνη, καὶ λιμὴν, ἁπάντων ἀπαλλάττουσα θορύβων ἡμᾶς. Αὐτὸς μὲν οὖν [82] διὰ τοῦτο ἀνέβαινεν ἐκεῖσε· οἱ δὲ μαθηταὶ κλυδωνίζονται πάλιν, καὶ χειμῶνα ὑπομένουσιν οἷον καὶ πρότερον. Ἀλλὰ τότε μὲν ἔχοντες αὐτὸν ἐν τῷ πλοίῳ τοῦτο ἔπασχον· νυνὶ δὲ καθ' ἑαυτοὺς ὄντες μόνοι. Καὶ γὰρ ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἐπὶ τὰ μείζονα αὐτοὺς ἐνάγει καὶ ἐμβιβάζει, καὶ εἰς τὸ φέρειν πάντα γενναίως. Διὰ δὴ τοῦτο, ὅτε μὲν

[80] Καὶ τὸ πλοῖον ὡς σταδίους τριάκοντα ἦν μέσον τῆς θ. G. K. Locum S. S. ad v. προσεύξασθαι claudit M. ad v. κυμάτων H. et 5 Mosqn. [81] τῷ Θεῷ G. H. p. p. τοι om. iidem. [82] οὖν] γὰρ G. οὖν om. M.

Digitized by Google

πρῶτον κινδυνεύειν ἔμελλον, παρῆν μὲν, ἐκάθευδε δὲ, ὥστε ἐξ ἑτοίμου δοῦναι τὴν παραμυθίαν αὐτοῖς· νυνὶ δὲ ἐπὶ μείζονα ἄγων αὐτοὺς ὑπομονὴν, οὐδὲ τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἄπεισι, καὶ ἐν μέσῃ θαλάσσῃ συγχωρεῖ τὸν χειμῶνα διεγερθῆναι, ὡς μηδὲ προσδοκῆσαί ποθεν ἐλπίδα σωτηρίας, καὶ ὅλην τὴν νύκτα ἀφίησιν αὐτοὺς κλυδωνίζεσθαι, διεγείρων [514] αὐτῶν, ὡς οἶμαι, πεπωρωμένην τὴν καρδίαν. Καὶ γὰρ τοιοῦτον ὁ φόβος, ὃν μετὰ τοῦ χειμῶνος καὶ ὁ καιρὸς ποιεῖ. Μετὰ δὲ τῆς κατανύξεως καὶ εἰς ἐπιθυμίαν μείζονα αὐτοὺς ἐνέβαλε τὴν αὐτοῦ, καὶ εἰς μνήμην διηνεκῆ. Διὰ δὴ τοῦτο οὐκ εὐθέως αὐτοῖς ἐπίστη· *Τετάρτῃ γὰρ φυλακῇ*, φησὶ, *τῆς νυκτὸς ἦλθε πρὸς αὐτοὺς περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης*· παιδεύων αὐτοὺς μὴ ταχέως λύσιν ἐπιζητεῖν τῶν συνεχόντων δεινῶν, ἀλλὰ φέρειν τὰ συμπίπτοντα γενναίως. Ὅτε γοῦν προσεδόκησαν ἀπαλλαγήσεσθαι, τότε ἐπιτάθη πάλιν ὁ φόβος. *Ἰδόντες γὰρ αὐτὸν*, φησὶν, *οἱ μαθηταὶ περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἐταράχθησαν, λέγοντες φάντασμα εἶναι, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν*. Καὶ γὰρ ἀεὶ τοῦτο ποιεῖ· ὅταν μέλλῃ λύειν τὰ δεινὰ, ἕτερα χαλεπώτερα ἐπάγει καὶ φοβερώτερα· ὃ δὴ καὶ τότε συνέβη. Μετὰ γὰρ τοῦ χειμῶνος καὶ ἡ ὄψις αὐτοὺς ἐθορύβησε τοῦ χειμῶνος οὐχ ἧττον. Διὰ τοῦτο οὐδὲ τὸ σκότος ἔλυσεν, οὐδὲ φανερὸν ἑαυτὸν εὐθέως ἐποίησεν, ἀλείφων αὐτούς, ὅπερ εἶπον, ἐν τῇ συνεχείᾳ τῶν φόβων τούτων, καὶ παιδεύων εἶναι καρτερικούς. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ ἐποίησεν· ὅτε γὰρ ἔμελλε λύειν [τὸν φόβον καὶ [88]] τὸν πειρασμὸν, τότε τὸ τέλος χαλεπώτερον εἶασε γενέσθαι· οὐ διὰ τὸν τῶν παίδων θάνατον λέγω, καὶ τὰ ῥήματα τῆς γυναικὸς, ἀλλὰ διὰ τὰ ὀνείδη τὰ τῶν οἰκετῶν, τὰ τῶν φίλων. Καὶ ὅτε τὸν Ἰακὼβ ἐξαρπάζειν ἔμελλε τῆς ἐν τῇ ξένῃ ταλαιπωρίας, ἀφῆκε διεγερθῆναι καὶ μείζονα γενέσθαι τὸν θόρυβον. Καὶ γὰρ ὁ κηδεστὴς καταλαβὼν θάνατον ἠπείλει, καὶ μετ' ἐκεῖνον [89] ὁ ἀδελφὸς διαδέχεσθαι μέλλων, τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων ἐπεκρέμασε κίνδυνον. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἦνι καὶ ἐν μακρῷ χρόνῳ καὶ σφοδρῶς πειράζεσθαι, ὅταν μέλλωσιν ἐκβαίνειν τοὺς ἀγῶνας οἱ δίκαιοι, βουλόμενος αὐτοὺς πλέον κερδαίνειν, ἐπιτείνει τὰ γυμνάσια. Ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἐποίησε, τὸν [89] ἔσχατον ἆθλον τὸν τοῦ παιδὸς θείς. Οὕτω γὰρ καὶ φορητὰ ἔσται τὰ ἀφόρητα, ὅταν ἐπὶ θύραις ἐπάγηται ἐγγὺς ἔχοντα τὴν ἀπαλλαγήν. Τοῦτο δὴ καὶ τότε ἐποίησε, καὶ οὐ πρότερον ἀπεκάλυψεν ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς, ἕως ὅτε ἔκραξαν. Ὅσῳ γὰρ ἐπετείνετο τὰ τῆς ἀγωνίας, τοσούτῳ μᾶλλον ἡσμένιζον [90-91] αὐτοῦ τὴν παρουσίαν. Εἶτα, ἐπειδὴ ἐβόησαν, φησὶν, *Εὐθέως ἐλάλησεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς λέγων· Θαρσεῖτε, ἐγώ εἰμι· μὴ φοβεῖσθε*. Τοῦτο τὸ ῥῆμα τὸν φόβον ἔλυσε, καὶ θαῤῥῆσαι παρεσκεύασεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τῆς ὄψεως αὐτὸν οὐκ ἐγίνωσκον, καὶ διὰ τὸ παράδοξον τῆς βαδίσεως καὶ διὰ τὸν καιρὸν, ἀπὸ τῆς φωνῆς ὅλον ἑαυτὸν ποιεῖ. Τί οὖν ὁ Πέτρος, ὁ πανταχοῦ θερμὸς καὶ ἀεὶ τῶν ἄλλων προπηδῶν; *Κύριε, εἰ σὺ εἶ*, φησὶ, *κέλευσόν με πρὸς σὲ ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα*. Οὐκ εἶπεν, Εὔξαι καὶ παρακάλεσον, ἀλλὰ, *Κέλευσον*. Εἶδες πόση ἡ θερμότης; πόση ἡ πίστις; Καίτοιγε ἐκ τούτου πολλαχοῦ κινδυνεύει, ἐκ τοῦ πέρα τοῦ μέτρου ζητεῖν. Καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα πολὺ μέγα ἐζήτησε, δι' ἀγάπην μόνον, οὐ δι' ἐπίδειξιν. Οὐδὲ γὰρ εἶπε, Κέλευσόν με βαδίσαι ἐπὶ τὰ ὕδατα· ἀλλὰ [515] τί; *Κέλευσόν με ἐλθεῖν πρός σέ*. Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἐφίλει τὸν Ἰησοῦν. Τοῦτο καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐποίησεν· οὐκ ἠνέσχετο μετὰ τῶν ἄλλων ἐλθεῖν, ἀλλὰ προεπῆδησεν. Οὐ τὴν ἀγάπην δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν πίστιν ἐπιδείκνυται. Οὐ γὰρ μόνον ἐπίστευσεν, ὅτι αὐτὸς δύναται περιπατεῖν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἀλλ' ὅτι καὶ ἑτέρους ἐνάγειν· καὶ ἐπιθυμεῖ ταχέως ἐγγὺς αὐτοῦ γενέσθαι. *Ὁ δὲ εἶπεν, Ἐλθέ. Καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου ὁ Πέτρος, περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, καὶ ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν, ἐφοβήθη, καὶ ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι, ἔκραξε λέγων· Κύριε, σῶσόν με. Εὐθέως δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας;* Τοῦτο τοῦ προτέρου παραδοξότερον. Διὰ τοῦτο μετ' ἐκεῖνο τοῦτο γίνεται. Ὅτε γὰρ ἔδειξεν, ὅτι κρατεῖ τῆς θαλάσσης, τότε καὶ ἐπὶ τὸ θαυμαστότερον ἐξάγει τὸ σημεῖον. Τότε μὲν γὰρ τοῖς ἀνέμοις ἐπετίμησε μόνον· νυνὶ δὲ καὶ αὐτὸς βαδίζει, καὶ ἑτέρῳ παραχωρεῖ τοῦτο ποιεῖν· ὅπερ εἰ παρὰ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι ἐκέλευσε, οὐκ ἂν ὁμοίως κατεδέξατο ὁ Πέτρος, διὰ τὸ μηδέπω τοσαύτην κεκτῆσθαι πίστιν.

β'. Τίνος οὖν ἕνεκεν [92] ὁ Χριστὸς ἐπέτρεψε; Καὶ γὰρ εἰ εἶπεν, Οὐ δύνασαι, πάλιν θερμὸς ὢν ἀντεῖπεν ἄν. Διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτὸν πείθει, ἵνα εἰς τὸ μέλλον σωφρονισθῇ. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἀνέχεται. Καταβὰς τοίνυν κλυδωνίζεται· ἐφοβήθη γάρ. Καὶ τοῦτο τὸ κλυδώνιον ἐποίησε· τὸν δὲ φόβον ὁ ἄνεμος εἰργάσατο. Ὁ δὲ Ἰωάννης φησὶν, ὅτι *Ἤθελον λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον, καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο εἰς τὴν γῆν, εἰς ἣν ὑπῆγον*· τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο δηλῶν. Ὥστε μελλόντων αὐτῶν πρὸς τῇ γῇ γίνεσθαι, ἐπέβη τοῦ πλοίου. Καταβὰς τοίνυν ἀπὸ τοῦ πλοίου, πρὸς αὐτὸν ἦει [93], οὐχ οὕτω τῷ περιπατεῖν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὡς τῷ πρὸς αὐτὸν ἔρχεσθαι χαίρων. Καὶ τοῦ μείζονος περιγενόμενος, ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος ἔμελλε πάσχειν κακῶς, τῆς τοῦ ἀνέμου λέγω ῥύμης, οὐ τῆς θαλάττης. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις· πολλάκις τὰ μεγάλα κατορθοῦσα, ἐν τοῖς ἐλάττοσιν ἐλέγχεται.

Οἷον ὁ Ἠλίας ἐπὶ τῆς Ἰεζάβελ ἔπαθεν· οἷον ὁ Μωϋσῆς ἐπὶ τοῦ Αἰγυπτίου· οἷον ὁ Δαυὶδ ἐπὶ τῆς Βηρσαβεέ. Οὕτω δὴ καὶ οὗτος· ἵνα τοῦ φόβου ἐναγκάζοντος ἐπιβῆναι τῶν ὑδάτων ἐθάῤῥησε, πρὸς δὲ τὴν τοῦ ἀνέμου ἐμβολὴν οὐκέτι ἠδυνήθη στῆναι, καὶ ταῦτα ἐγγὺς ὢν τοῦ Χριστοῦ. Οὕτως οὐδὲν ὠφελεῖ ἐγγὺς εἶναι τοῦ Χριστοῦ, μὴ πίστει ὄντα ἐγγύς. Τοῦτο δὲ καὶ τὸ μέσον ἐδείκνυ [94] τοῦ Διδασκάλου καὶ τοῦ μαθητοῦ, καὶ τοῦ ἄλλους παρεμυθεῖτο. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν δύο ἀδελφῶν ἠγανάκτησαν, πολλῷ μᾶλλον ἐνταῦθα· οὕπω γὰρ ἦσαν Πνεύματος ἠξιωμένοι. Μετὰ δὲ ταῦτα οὐ τοιοῦτοι. Πανταχοῦ γοῦν τῶν πρωτείων παραχωροῦσι τῷ Πέτρῳ, καὶ ἐν ταῖς δημηγορίαις αὐτὸν προβάλλονται, [516] καίτοιγε ἀγροικότερον τῶν ἄλλων διακείμενον. Καὶ διατί οὐκ ἐπέταξε τοῖς ἀνέμοις παύσασθαι, ἀλλ' αὐτὸς ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἐπελάβετο αὐτοῦ; Ὅτι τῆς ἐκείνου πίστεως ἔδει. Ὅταν γὰρ τὰ παρ' ἡμῶν ἐλλιμπάνῃ, καὶ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἵσταται. Δεικνὺς τοίνυν ὅτι οὐχ ἡ τοῦ ἀνέμου ἐμβολὴ, ἀλλ' ἡ ἐκείνου ὀλιγοπιστία τὴν περιτροπὴν εἰργάσατο, φησὶν· *Εἰς τί ἐδίστασας, ὀλιγόπιστε;* Ὥστε εἰ μὴ ἡ πίστις ἠσθένησε, καὶ πρὸς τὸν ἄνεμον ἂν ἦν ῥᾴδιος. Διά τοι τοῦτο καὶ ἐπιλαβόμενος αὐτοῦ, τὸν ἄνεμον ἐᾷ πνεῖν, δηλῶν [95] ὅτι οὐδὲν ἐκεῖνος παραβλάπτει, ὅταν ἡ πίστις ᾖ πεπηγυῖα. Καὶ καθάπερ νεοττὸν πρὸ καιροῦ τι; καλιᾶς ἐξελθόντα [96] καὶ μέλλοντα κατα-

[88] Quæ inclusimus, non exstant in K. L. M. nec in suis legerunt Interpretes. [90-91] Sic H. L. Ep. vulgo ἡσμενίζοντο. [92] ἐπέτρεψε] add. διὰ τὴν πολλὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην G. [93] εἴη H. M. Correxit *Montef* [94] ἐνδείκνυται G. K. M. p. p. παραμυθεῖται G. [95] δηλῶν] δεικνὺς Edd. Hic duo folia desunt in cod. M. [96] ...sus incipit media p. 518. [96] προελθόντα Edd.

Digitized by Google

magis illos inflammavit, ut sui perpetuam memoriam retinerent. Ideo non statim illis adfuit : nam ait : 25. *Quarta custodia noctis venit ad eos ambulans supra mare* ; ut doceret illos ne malorum finem cito quærerent, sed quæ accidebant fortiter ferrent. Quando igitur exspectabant se liberandos esse, tum auctum est periculum et timor major : nam inquit : 26. *Cum viderent eum discipuli ambulantem supra mare, turbati sunt, dicentes phantasma esse, et præ timore clamaverunt.* Semper enim hoc facit : cum ærumnas soluturus est, alias graviores infert et terribiliores : quod etiam tunc contigit. Nam et tempestas, nec minus visum illud, ipsos turbavit, ideo neque tenebras solvit, neque seipsum statim ostendit, exercens illos, ut dixi, per terrorum assiduitatem, et docens ut patientes essent. Hoc et in Jobo fecit ; cum enim metum et tentationem soluturus erat, tunc finem permisit esse graviorem ; non ex morte filiorum, neque ex uxoris dictis, sed ex opprobriis servorum et amicorum. Et cum Jacobum in peregrina terra a miseria erepturus erat, exagitari illum et majorem perpeti sivit perturbationem. Nam socer ejus apprehensum occidere minabatur, et post illum frater excipiens, in extremum periculum conjecit. Quia enim non possunt justi diuturno tempore vehementer tentari, cum ex certamine evasuri sunt, ut majus lucrum reportent, exercitationes auget. Id etiam in Abrahamo fecit, cujus postremum certamen immolandus filius erat (*Gen.* 22. 1). Tunc enim intolerabilia tolerari poterunt, cum in januis, ut ita dicam, inferuntur, et jam proxima est liberatio. Hoc et tunc fecit, nec prius Christus se ipsis cognoscendum præbuit, donec clamaverunt. Quanto enim major erat trepidatio, tanto gratior ejus præsentia videbatur ipsis. Cum enim clamassent, ait : 27. *Statim loquutus est illis Jesus dicens : Confidite, ego sum, nolite timere.* Hoc dictum timorem excussit, et fiduciam indidit. Quia enim ipsum tunc de facie non noverant, et ob inauditum ambulandi genus, et ob noctis tempus, a voce se noscendum præbet. Quid igitur Petrus, semper fervidus, semper ante alios præsiliens ? 28. *Domine, si tu es*, inquit, *jube me venire ad te super aquas.* Non dixit : Ora et precare, sed *Jube*. Viden' quantus fervor ? quanta fides ? Quamquam hinc sæpe periclitaretur, quod ultra virium mensuram quæreret. Nam hic rem maximam postulabat, ob caritatem solum, non ad ostentationem. Non enim dixit, Jube me ambulare super aquas ; sed quid ? *Jube me venire ad te.* Nemo quippe ita Jesum amabat. Illud etiam post resurrectionem fecit. Neque enim sustinuit cum aliis venire, sed præcucurrit. Nec modo amoris, sed etiam fidei suæ argumenta præbet. Neque solum credidit posse ipsum ambulare supra mare, sed etiam aliis parem facultatem dare : desideratque cito ad ipsum pervenire. 29. *Ipse autem dixit : Veni. Et cum descendisset de navicula Petrus, ambulabat super aquas, et venit ad Jesum.* 30. *Ubi vidit autem ventum validum, timuit : et cum cœpisset mergi, clamavit dicens, Domine, salvum me fac.* 31. *Statim vero Jesus extendens manum apprehendit eum, et dicit ei : Modicæ fidei, quare dubitasti ?* Hoc priore mirabilius est. Ideo post illud accidit. Cum enim ostendisset se mari imperare, tunc signum mirabilius effecit. Tunc enim ventis imperavit tantum ; nunc autem et ipse ambulat, et alium permittit ambulare : quod si initio jussisset, non sic eam rem suscepisset Petrus, quia nondum tanta præditus erat fide.

2. Cur ergo Christus id permisit ? Quia si dixisset, Non potes, ille, qui fervens erat, contradixisset. Ideoque ex ipsa re illum id persuasum habere voluit, ut in futuro modestior esset. Sed neque sic se potest continere. Cum descendisset igitur, fluctibus exagitabatur : timebat enim. Ut exagitaretur, fluctus effecit ; ut timeret, ventus. Joannes (*Cap.* 6. 21) autem ait, voluisse eos ipsum in naviculam accipere, et confestim naviculam venisse ad terram, ad quam tendebant ; idipsum significans, ita ut cum ad terram appulsuri essent, in navigium ascenderet. Cum descendissent ergo de navi, ad ipsum ibat, non ita gaudens quod supra aquas ambularet, quam quod ad ipsum veniret : et cum id quod majus erat assequeretur, ex minori periclitaturus erat, a venti dico impetu, non a mari. Talis quippe est humana natura : sæpe cum magna superavit, a minoribus vincitur.

Chananææ fides et humilitas. — Tu vero mihi una cum fide humilitatem quoque mulieris perpende. Ipse namque filios vocavit Judæos; hæc vero id non satis habens, dominos appellavit: tantum abfuit, ut de aliena laude doleret: 27. *Etenim catelli*, inquit, *edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Viden' prudentiam mulieris? quomodo nec contradicere audeat, nec aliorum laudi invideat, nec contumeliam ægre ferat? viden' perseverantiam? Ille dicit, *Non est bonum;* illa respondet, *Etiam, Domine:* ipse filios vocat; hæc dominos: ipse canem appellat; illa canum morem addidit. Vidisti illius humilitatem? Audi Judæorum jactantiam. *Semen Abrahæ sumus*, inquiunt, *et nulli umquam servivimus, atque ex Deo nati sumus* (*Joan.* 8. 33). Sed non ita mulier; catellum se vocat, illosque dominos: ideoque filia effecta est. Quid ergo Christus? 28. *O mulier! magna est fides tua.* Ideo namque differebat, ut in hanc vocem erumperet, ut mulierem coronaret. *Fiat tibi sicut vis.* Id est, fides tua his majora potest perficere; cæterum *Fiat tibi sicut vis.* Hæc vox affinis est illi, *Fiat cælum, et factum est cælum. Et sanata est filia ejus ab illa hora.* Viden' non parum illam intulisse ad curationem filiæ? Ideo enim non dicit Christus, Sanetur filia tua [1]; sed, *Magna est fides tua, fiat tibi ut vis:* ut discas, non assentationis verba fuisse, sed eximiam fidei virtutem. Rerumque eventui accuratam rei probationem et demonstrationem Christus reliquit. Sanata est, inquit, statim filia ejus.

3 *Assiduitas precandi quanta res.* — Tu vero animadverte, quomodo, apostolis superatis nihilque operatis, illa totum perfecit. Tanta res est assiduitas precationis. Nam cum de rebus nostris agitur, mavult a nobis potius rogari, quam ab aliis pro nobis precantibus: quamquam illi majore erant fiducia instructi; sed hæc multam perseverantiam exhibuit. Per exitum autem rei discipulis quasi sese purgavit, quod distulisset, et jure se illis rogantibus non annuisse ostendit: 29. *Et cum transisset inde Jesus, venit secus mare Galilææ. Et ascendens in montem, sedebat ibi.* 30. *Et accesserunt ad eum turbæ multæ habentes secum claudos, cæcos, debiles, mutos; et projecerunt eos ante pedes ejus: et curavit eos, ita ut turbæ mirarentur, dum viderent mutos loquentes, debiles sanos, et cæcos videntes, et glorificaverunt Deum Israel.* Aliquando ipse circumit, aliquando sedet ægros exspectans, et claudos ad montem adducit. Neque nunc vestimentum tangunt, sed ad sublimiora adducti, projiciuntur ad pedes ejus, duplicemque fidem suam monstrant, et quod claudi in montem ascendant, et quod nullo alio egeant, nisi tantum ut projiciantur ante pedes ejus. Eratque res mira ac stupenda, illos qui gestabantur ambulantes nullo juvante videre, cæcos videntes, nec duce opus habentes. Nam et multitudo eorum qui curati fuerant, et curationis facilitas in stuporem omnes conjecit. Viden' quomodo cum tanta cunctatione mulieris filiam sanaverit, hos vero statim? Non quod illi meliores essent, sed quod illa in fide ferventior. Ideo circa illam cunctatur, ut perseverantiam ejus declaret; his statim donum præbet, ut incredulorum Judæorum ora obstruat, omnemque illis purgationem adimat. Quanto enim majora quis beneficia acceperit, tanto majori supplicio addictus est ut ingratus, si neque ex collato honore melior sit effectus. Ideoque divites magis quam pauperes puniuntur, si improbi sint, quod ne in rerum copia quidem mansuetiores fuerint.

Eleemosyna vera quæ. — Ne mihi dicas, illos eleemosynam dedisse. Nam nisi secundum facultates dederint, neque ita effugient. Non enim ex doni mensura eleemosyna æstimatur, sed ex animi liberalitate. Si autem hi pœnas dent, multo magis qui superfluis inhiant [1], qui trium quatuorve tabulatorum ædes construunt, famelicosque despiciunt, qui avaritiæ student et eleemosynam negligunt. Sed quia in sermonem de eleemosyna incidimus: age concionem illam de humanitate, quam ante triduum imperfectam reliquimus, hodie resumamus. Meministis me nuper de nimia calceorum curiositate disseruisse, de hujusmodi nempe vanitate, et de juvenum mollitie; tunc ab eleemosyna orsi, in illud incidimus. De quibusnam ergo tunc sermonem habuimus? Diximus eleemosynam esse artem, quæ officinam habeat in cælo, et doctorem non hominem, sed Deum. Deinde quærentes, quid ars dici posset, quid secus, in vanas malasque artes incidimus, in quibus de calceorum arte verba fecimus. Num in mentem revocatis? Age ergo quæ tunc diximus, hodie resumamus, ostendamusque eleemosynam artem esse et omnium artium optimam. Nam si artis est proprium in aliquid utile desinere, eleemosyna vero nihil est utilius, liquet eam et artem esse et omnium artium præstantissimam. Non enim illa nobis calceos parat, non vestimenta texit, non luteas domos construit; sed vitam sempiternam conciliat, atque ex mortis manibus nos eripit, et in utraque vita splendidos reddit, mansiones nobis cælestes exædificat et illa æterna tabernacula. Hæc non sinit lampades nostras exstingui, nec cum sordidis vestibus nuptiis interesse; sed lavat et nive candidiores reddit. *Si enim fuerint peccata vestra quasi puniceum, quasi nivem dealbabo* (*Isai.* 1. 18). Non sini nos illo incidere, quo dives ille, neque audire tremendas voces; sed deducit in sinum Abrahæ (*Luc.* 16). Certe artes sæculares singulæ suum habent finem: agriculturæ est nutrire, textoriæ artis, vestire;

[1] Quidam habent, *tibi*, pro, *tua*.

[1] Alii, *qui superflua retinent*.

Digitized by Google

imo ne quidem hoc facere potest : neque enim sola sufficit ad sua nobis suppeditanda.

4. *Artes singulæ aliis artibus opus habent. Eleemosynæ prærogativæ.* — Si vis autem, agriculturam prius exploremus. Nisi enim illa ferrariam artem sociam habeat, quæ ligonem, vomerem, falcem et securim aliaque multa suppeditet, itemque fabrilem, quæ aratrum, jugum et plaustrum construat ad spicas terendas ; et coriariam, quæ corrigias ; architectonicam, quæ arantibus bobus stabulum, agricolis casam fabricet ; et lignariam, quæ ligna secet ; ac præterea pistoriam, quæ panem subministret : stare nequit omnino. Sic etiam ars textoria, si quid faciat, multas advocat artes, quæ opem ferant ; quæ si non accedant, stat illa inutilis. Sic singulæ artes cæteris egent. Si vero misericordiam exercere velimus, una egemus voluntate. Si dixeris pecuniis esse opus, ædibus, vestibus, calceis, lege illa Christi verba, quæ de vidua dixit (*Luc.* 21. 3), et hanc sollicitudinem depone. Si admodum pauper sis, et mendicis ipsis vilior, si dua minuta injeceris, totum perfecisti ; si des mazam quam solum habes, ad artis finem pervenisti. Hanc itaque disciplinam, hanc artem accipiamus et impleamus. Optabilius quippe est illam habere, quam regem esse, et diademate ornari. Neque enim hanc solum prærogativam habet, quod cæteris non egeat, sed quod etiam multa et varia negotia perficiat. Nam ædes construit in cœlis semper manentes, docetque cultores suos quomodo æternam mortem effugiant, thesaurosque tibi dat, qui numquam insumuntur, et damni expertes sunt, nec furum, nec vermium, nec tinearum, nec temporis labem timentes. Atqui si circa frumenti custodiam talem tibi quis artem doceret, quid non dares ut posses multis annis frumentum illæsum servare ? Ecce hanc tibi non frumenti tantum, sed omnium custodiam suppeditat, docetque quomodo et bona, et anima et corpus illæsa semper maneant. Et cur artis hujusce opera minutatim persequamur ? Illa quippe te docet quo pacto Deo similis esse possis, quod caput est omnium bonorum. Viden' quo pacto non unum ejus opus sit, sed plurima ? Sine ulla alterius artis ope domos construit, vestes contexit, thesauros apparat tutos, mortis victores reddit, diabolo imperat, Deo similes efficit. Quid ergo utilius hac arte ? Aliæ namque artes, præter ea quæ dicta sunt, cum præsenti vita prætereunt, cum artifices ægrotant, illæ cessant, opera quoque eorum non permanent, labore et tempore multo egent, aliisque innumeris : hæc vero post mundi finem maxime fulget, post mortem maxime splendet, et opera sua ostendit, neque tempore vel labore eget[1], neque alia re quapiam ; sed, te quoque ægrotante et senio confecto, operatur, ac tecum in futuram vitam transit, numquam te relinquit ; te sophistis et rhetoribus superiorem reddit. Nam qui in illis artibus florent, multis invidis objecti sunt : qui autem in hac conspicui sunt, multorum precibus juvantur. Illi quidem hominum tribunalibus adstant, injuriaque affectos defendunt, et sæpe injuriam inferentibus patrocinantur : hæc vero ante tribunal Christi se sistit, nec solum patrocinatur, sed ipsi quoque Judici suadet, ut patrocinetur ei, de quo judicium instituitur, et pro illo sententiam ferat ; etiamsi millies peccaverit, coronat et prædicat illum. Nam ait : *Date eleemosynam, et omnia munda erunt* (*Luc.* 11. 41). Ecquid futura dico ? Si enim in præsenti vita homines sciscitaremur quid mallent, an sophistas et rhetores esse multos, an misericordes et benignos : hoc ultimum potius eligerent ; et jure quidem. Nam si facundia tollatur, nihil mali in vitam nostram importabitur ; antequam enim illa exsisteret, multo tempore constitit : si vero misericordiam sustuleris, omnia peribunt. Et quemadmodum per mare navigare non possis, si portus et stationes obstruas : sic non potest hæc vita constare, si misericordiam, veniam et humanitatem sustuleris.

5. Quapropter non humano solum ratiocinio hæc Deus permisit, sed et multas eorum partes naturæ vi insevit. Sic patres et matres erga liberos misericordia moventur ; sic filii erga parentes : neque in hominibus tantum, sed in brutis : eodemque sunt affecti modo fratres, propinqui et affines, et homines alii erga alios. A natura quippe proni ad misericordiam sumus. Idoo circa injuria affectos indignamur, circa interemptos dolemus, si lugentes videamus, lacrymamur. Quia enim vult Deus, ut id observetur, naturam jussit multa hac in re ex se conferre, ostendens id sibi maxime in optatis esse. Hæc itaque animo versantes, et nos et filios et propinquos ad eleemosynæ scholam ducamus ; hoc ante omnia discat homo ; nam illud est hominem esse ; *Magna quippe res est homo, et pretiosa res est vir misericors* (*Prov.* 20. 6) ; si id non habeat, a natura hominis decidit. Hoc sapientes efficit. Ecquid miraris, si hoc est hominem esse ? Hoc est Deus esse ; nam ait : *Estote misericordes, sicut et Pater vester* (*Luc.* 6. 36). Discamus igitur misericordes esse, tum omnium causa, tum maxime quod et ipsi multa misericordia egeamus. Neque nos vivere putemus quo tempore misericordes non sumus ; de eleemosyna loquor, quæ ab avaritia et rapina pura sit. Si enim qui bonis suis contentus, nihil aliis largitur, non est misericors : qui aliena rapit, quomodo misericors sit, etiamsi innumera eroget ? Nam si is qui suis tantum fruitur bonis, et nihil largitur, immisericors est : multo magis is qui aliena abripit. Si ii qui nihil damni intulerunt, plectuntur, quia largiti non sunt : multo magis ii qui aliena rapuerunt. Ne igitur dixeris, Alius injuste læsus est, et alius eleemosynam accipit. In hoc enim malum versatur. Par quippe erat eumdem ipsum qui læsus est, eleemosynam accipere : nunc vero alios vulneribus affecisti, et aliorum vulnera curas, quos non vulnere affecisti, cum oporteret illos ipsos curare ; imo potius non vulnerasse. Benignus enim ille est, non qui cædit et postea curat, sed qui ab aliis vulneratos curat. Tuis ergo malis medearis, non alienis ; imo vero nec percutias, nec dejicias (hoc enim ludentis esset), sed dejectos erige. Neque enim potes eadem eleemosynæ

[1] Unus, *neque labore eget.*

Digitized by Google

ὁ πλούσιος ἐκεῖνος, οὐδὲ ἀκοῦσαι τῶν φοβερῶν ῥημάτων, ἀλλ' εἰς κόλπους χειραγωγεῖ τοῦ Ἀβραάμ. Καίτοι τῶν τεχνῶν τῶν βιωτικῶν ἓν ἑκάστη ἀπολαβοῦσα ἔχει κατόρθωμα· οἷον ἡ γεωργία, τὸ τρέφειν· ἡ ὑφαντική, τὸ ἐνδύειν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦτο· οὐδὲ γὰρ ἀρκεῖ μόνη τὰ παρ' ἑαυτῆς ἡμῖν συνεισενεγκεῖν.

δ'. Καὶ εἰ βούλει, τὴν γεωργικὴν ἐξετάσωμεν πρώτην. Ἂν γὰρ μὴ ἔχῃ τὴν χαλκευτικήν, ἵνα [49] δίκελλαν καὶ ὕνην καὶ δρεπάνην καὶ πέλεκυν, καὶ ἕτερα πλείονα δεῖται παρ' αὐτῆς· καὶ τὴν τεκτονικήν, ὥστε καὶ ἄροτρον πῆξαι, καὶ ζεύγλην κατασκευάσαι, καὶ ἅμαξαν, ὥστε τρίβειν ἀστάχυας· καὶ τὴν σκυτοτομικήν, ὥστε καὶ ἱμάντα ἐργάσασθαι· καὶ τὴν οἰκοδομικήν, ὥστε καὶ τοῖς ἀροτριῶσι ταύροις βοοστάσιον οἰκοδομῆσαι, καὶ τοῖς σπείρουσι γεωργοῖς οἰκίας [51]· καὶ τὴν ὁρυματομικήν, ὥστε ξύλα τέμνειν· καὶ τὴν ἀρτοποιητικὴν μετὰ ταῦτα πάντα, οὐδαμοῦ φαίνεται [52]. Οὕτω καὶ ἡ ὑφαντική, ὅταν τι ποιῇ, πολλὰς μεθ' ἑαυτῆς καλεῖ τέχνας, ὥστε αὐτῇ συνεφάψασθαι τῶν προκειμένων· κἂν μὴ παραγένωνται καὶ χεῖρα ὀρέξωσιν, ἕστηκε καὶ αὕτη κατ' ἐκείνην ἀπορουμένη. Καὶ ἑκάστη δὲ τῶν τεχνῶν τῆς ἑτέρας δεῖται. Ὅταν δὲ ἐλεῆσαι δέῃ, οὐδενὸς ἡμῖν δεῖ ἑτέρου [53], ἀλλὰ γνώμης δεῖται μόνον. Εἰ δὲ λέγοις, ὅτι χρημάτων δεῖται, καὶ οἰκημάτων, καὶ ἱματίων, καὶ ὑποδημάτων, ἀνάγνωθι τὰ ῥήματα τοῦ Χριστοῦ ἐκεῖνα, ἃ περὶ τῆς χήρας εἶπε, καὶ παῦσαι ταύτης τῆς ἀγωνίας. Κἂν γὰρ σφόδρα πένης ᾖς, καὶ τῶν προσαιτούντων [54], δύο λεπτὰ ἂν βάλῃς, τὸ πᾶν ἀπήρτισας· κἂν δῷς μάζαν [55], ταύτην ἔχων μόνον, πρὸς τὸ τέλος ἦλθες τῆς τέχνης. Ταύτην τοίνυν δεξώμεθα τὴν ἐπιστήμην, καὶ κατορθώσωμεν. Καὶ γὰρ βέλτιον ταύτην εἰδέναι, ἢ βασιλέα εἶναι, καὶ διάδημα περικεῖσθαι. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτό ἐστι τὸ πλεονέκτημα αὐτῆς μόνον, ὅτι οὐ δεῖται ἑτέρων, ἀλλὰ [56] καὶ ποικίλων πραγμάτων ἐστὶν ἀνυστική, καὶ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν. Καὶ γὰρ οἰκίας οἰκοδομεῖ τὰς ἄνω μενούσας ἐν οὐρανοῖς, καὶ διδάσκει τοὺς κατωρθωκότας αὐτήν, πῶς ἂν τὸν ἀθάνατον [57] θάνατον διαφύγοιεν· καὶ θησαυροὺς σοι δωρεῖται [555] μηδέποτε δαπανωμένους, ἀλλὰ πᾶσαν διαφεύγοντας βλάβην, καὶ τὴν ἀπὸ ληστῶν, καὶ τὴν ἀπὸ σκωλήκων, καὶ τὴν ἀπὸ σητῶν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χρόνου. Καίτοιγε εἰ ἐπὶ πυρῶν φυλακῇ τοῦτο μόνον σέ τις ἐδίδαξε, τί οὐκ ἂν ἔδωκας, ὥστε τε δυνηθῆναι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν ἀνάλωτον διατηρῆσαι τὸν σῖτον; Ἀλλ' ἰδοὺ σε αὕτη οὐκ ἐπὶ πυροῦ μόνον, ἀλλ' ἐπὶ πάντων παιδεύει, καὶ πῶς ἂν καὶ τὰ ὑπάρχοντα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ἀνάλωτα μένοιεν δείκνυσι. Καὶ τί δεῖ κατὰ μέρος ἅπαντα λέγειν τῆς τέχνης ταύτης τὰ κατορθώματα; Αὕτη γάρ σε διδάσκει, πῶς ἂν γένοιο Θεῷ ὅμοιος, ὃ πάντων ἐστὶ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν. Ὁρᾷς πῶς οὐχ ἓν αὐτῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ πολλά; Οὐ δεομένη τέχνης ἑτέρας, οἰκίας οἰκοδομεῖ, ἱμάτια ὑφαίνει, θησαυροὺς ἀναλώτους κατασκευάζει, θανάτου περιγενέσθαι ποιεῖ, διαβόλου κρατεῖν [58], Θεῷ κατασκευάζει ὁμοίους. Τί τοίνυν τῆς τέχνης ταύτης χρησιμώτερον γένοιτ' ἄν; Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι, μετὰ τῶν εἰρημένων, καὶ τῷ παρόντι συγκαταλύονται βίῳ, καὶ νοσούντων τῶν τεχνιτῶν οὐδαμοῦ φαίνονται, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν διακρατεῖν οὐκ ἰσχύουσι, καὶ πόνου δέονται καὶ χρόνου πολλοῦ, καὶ μυρίων ἑτέρων· αὕτη δέ, ὅταν ὁ κόσμος παρέλθῃ, τότε μάλιστα φαίνεται· ὅταν ἀποθάνωμεν, τότε μάλιστα διαλάμπει, καὶ τὰ ἔργα αὐτῆς τὰ γεγενημένα δείκνυσι· καὶ οὔτε χρόνου, οὔτε πάνου, οὔτε ἄλλης τινὸς δεῖται ἐργωδίας τοιαύτης· ἀλλὰ καὶ νοσοῦντός σου ἐνεργεῖ, καὶ γεγηρακότος, καὶ πρὸς τὴν μέλλουσάν σοι ζωὴν συναποδημεῖ, καὶ οὐδέποτέ σε ἀπολιμπάνει. Αὕτη σε καὶ σοφιστῶν καὶ ῥητόρων δυνατώτερον κατασκευάζει. Οἱ μὲν γὰρ ἐν ἐκείναις εὐδοκιμοῦντες ταῖς τέχναις, πολλοὺς ἔχουσι τοὺς φθονοῦντας· οἱ δὲ ἐν ταύτῃ λάμποντες [59], μυρίους τοὺς εὐχομένους. Κἀκεῖνοι μὲν ἀνθρώπων παρεστήκασι βήματι, συνηγοροῦντες τοῖς ἀδικουμένοις, πολλάκις δὲ καὶ τοῖς ἀδικοῦσιν· αὕτη δὲ βήματι παρίστηκε τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον συνηγοροῦσα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν δικάζοντα πείθουσα συνηγορεῖν τῷ κρινομένῳ, καὶ τὰς ψήφους ὑπὲρ αὐτοῦ φέρειν [60]· κἂν μυρία ἡμαρτηκὼς ᾖ, καὶ στεφανοῖ καὶ ἀνακηρύττει. *Ὥστε γὰρ ἐλεημοσύνην, καὶ πάντα ἔσται καθαρά.* Καὶ τί λέγω τὰ μέλλοντα; Ἐν γὰρ τῷ παρόντι βίῳ εἰ τοὺς ἀνθρώπους ἐροίμεθα, τί βούλονται μᾶλλον, σοφιστὰς εἶναι πολλοὺς καὶ ῥήτορας, ἢ ἐλεήμονας καὶ φιλανθρώπους, ἀκούσῃ τὸ δεύτερον αἱρουμένους· καὶ μάλα εἰκότως. Εὐγλωττίας μὲν γὰρ ἀναιρεθείσης, οὐδὲν ὁ βίος βλαβήσεται· καὶ γὰρ καὶ πρὸ ταύτης συνεστήκει χρόνον πολύν· ἐὰν δὲ τὸ ἐλεεῖν περιέλῃς, πάντα οἴχεται [61] καὶ ἀπόλωλε. Καὶ καθάπερ τὴν θάλατταν οὐκ ἔνι πλεῖσθαι, λιμένων καὶ ὁρμων προσκεχωσμένων, οὕτως οὐδὲ τὸν βίον συνεστηκέναι τοῦτον, ἂν ἔλεον καὶ συγγνώμην καὶ φιλανθρωπίαν ἀνέλῃς.

ε'. Διὰ τοῦτο οὐδὲ λογισμῷ μόνον αὐτὰ ἐπέτρεψεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ πολλὰ μέρη [556] αὐτοῦ καὶ τῇ τῆς φύσεως ἐνέσπειρε τυραννίδι. Οὕτω καὶ πατέρες παῖδας ἐλεοῦσιν, οὕτω [62] μητέρες, οὕτω τέκνα γονεῖς· οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ἁπάντων· οὕτως ἀδελφοὺς ἀδελφοί, καὶ συγγενεῖς, καὶ [63] προσήκοντες· οὕτως ἄνθρωπος ἀνθρωπον. Ἔχομεν γάρ τι καὶ ἀπὸ φύσεως πρὸς ἔλεον ἐπιῤῥεπές. Διὸ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων ἀγανακτοῦμεν, καὶ σφαττομένους ὁρῶντες ἐπικαμπτόμεθα, καὶ πενθοῦντας βλέποντες δακρύομεν. Ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα αὐτὸ κατορθοῦσθαι βούλεται ὁ Θεὸς, ἐκέλευσε τῇ φύσει πολλὰ εἰς τοῦτο συνεισενεγκεῖν, δεικνὺς ὅτι σφόδρα αὐτῷ τοῦτό ἐστι περισπούδαστον. Ταῦτ' οὖν ἐννοοῦντες, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς [64] καὶ τὰ παιδία καὶ τοὺς προσήκοντας εἰς τὸ τῆς ἐλεημοσύνης ἀγάγωμεν διδασκαλεῖον, καὶ τοῦτο πρὸ πάντων ἄνθρωπος μανθανέτω, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἄνθρωπος. *Μέγα γὰρ ἀνθρωπος· καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων·* ὡς ἂν μὴ τοῦτο ἔχῃ, καὶ τοῦ εἶναι ἄνθρωπος ἐξέπεσε. Τοῦτο σοφοὺς ἐργάζεται. Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ τοῦτο ἄνθρωπος; Τοῦτο Θεός. *Γίνεσθε* γὰρ, φησὶν, *οἰκτίρμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν.* Μάθωμεν τοίνυν εἶναι ἐλεήμονες ἁπάντων ἕνεκα· μάλιστα δὲ, ὅτι καὶ ἡμεῖς πολλοῦ δεόμεθα ἐλέους [65]. Καὶ μηδὲ ζῆν ἡγώμεθα τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὅταν μὴ ἐλεῶμεν. Ἐλεημοσύνην δὲ λέγω τὴν πλεονεξίας καθαράν. Εἰ γὰρ ὁ τοῖς αὐτοῦ ἀρκούμενος καὶ μηδενὶ μεταδιδοὺς, οὐκ ἐλεήμων· ὁ τὰ ἑτέρων [66] λαμβάνων πῶς ἐλεήμων, κἂν μυρία δῷ; Εἰ γὰρ τὸ ἀπολαύειν μόνον τῶν ὄντων, ἀπανθρωπίας, πολλῷ μᾶλλον τὸ ἑτέρους ἀφαιρεῖσθαι. Εἰ οἱ μηδὲν ἀδικήσαντες κολάζονται, ὅτι οὐ μετέδωκαν, πολλῷ μᾶλλον οἱ καὶ τὰ ἑτέρων λαμβάνοντες. Μὴ τοίνυν τοῦτο εἴπῃς, ὅτι ἄλλος ἠδίκηται, καὶ ἄλλος ἐλεεῖται. Τὰ γὰρ δεινὸν τοῦτό ἐστιν. Ἴδε γὰρ τὸν ἀδικούμενον αὐτὸν εἶναι καὶ τὸν ἐλεούμενον· νυνὶ δὲ ἑτέρους τραυματίζων, οὓς οὐκ ἐτραυμάτισας θεραπεύεις, δέον ἐκείνους θεραπεύειν· μᾶλλον δὲ μηδὲ τραυματίζειν. Φιλάνθρωπος γὰρ οὐχ ὁ

[49] ἵνα] add. καὶ H. L. ὕνην] ὕνιν K. σμινύην H. L. πέλεκυν] σκαπάνην L. [51] οἰκίαν G. H. Mox δρυοτομικὴν H. K. [52] φανεῖται H. [53] δεῖ ἑτ.] ἑτέρου χρεία L. p. p. δεῖται om. H. L. δεῖ pro δεῖται habet K. [54] Post προσαιτούντων vulgo addunt χείρων, invitis codd. et Verss. [55] μάζαν] add. ἄρτου Edd. nullo accedente codice. [56] ἀλλὰ] ἀλλ' ὅτι L. [57] ἀθάνατον om. K. L. invitis Verss. [58] κρατεῖ H. [59] διαλάμποντες H. [60] ἐκφέρειν H. [61] οἰχήσεται Edd. [62] οὕτω] καὶ L. οὕτω καὶ M. [63] καὶ] οἱ H. καὶ οἱ K. L. καὶ συγγενεῖς προσήκοντας Sav *propinqui etiam ac affines* Ge. *et cognati cognatos* Arm [64] αὐτοὺς] Sic L. cæteri ἑαυτούς p. p. ἄγωμεν H. [65] τοῦ ἐλέους H. L. Mox ἡγούμεθα G. M. [66] τὰ τῶν ἑτ. G. K.

Digitized by Google

πλήττων καὶ θεραπεύων, ἀλλ' ὁ τοὺς παρ' ἑτέρων πληγέντας ἰώμενος. Τὰ σαυτοῦ τοίνυν ἴασαι κακὰ, μὴ[67] τὰ ἑτέρου· μᾶλλον δὲ μηδὲ πλῆττε, μηδὲ καταβάλλε (τοῦτο γὰρ παίζοντός ἐστιν), ἀλλ' ἀνάστησον τοὺς καταβληθέντας. Οὐδὲ γὰρ δυνατὸν τῷ αὐτῷ μέτρῳ τῆς ἐλεημοσύνης θεραπεῦσαι τὸ ἀπὸ τῆς πλεονεξίας κακόν. Ἂν γὰρ πλεονεκτήσῃς ὀβολὸν, οὐκ ὀβολοῦ σοι δεῖ πάλιν εἰς ἐλεημοσύνην, ἵνα ἀνέλῃς τὸ ἀπὸ τῆς πλεονεξίας ἕλκος, ἀλλὰ ταλάντου. Διὰ τοῦτο ὁ κλέπτης ἁλοὺς τετραπλάσιον καταβάλλει· τοῦ δὲ κλέπτοντος ὁ ἁρπάζων χείρων. Εἰ δὲ ἐκεῖνον τετραπλασίονα δοῦναι δεῖ ὧν ἔκλεψε, τὸν ἁρπάζοντα δεκαπλασίονα καὶ πολλῷ πλέον· καὶ ἀγαπητὸν τὸ καὶ οὕτω δυνηθῆναι τὴν ἀδικίαν ἐξιλεώσασθαι· ἐλεημοσύνης γὰρ οὐδὲ [537] τότε λήψεται καρπόν. Διὰ τοῦτο ὁ Ζακχαῖος, *Ἀποτίσω*, φησὶν, *ὧν ἐσυκοφάντησα τετραπλασίονα, καὶ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου δώσω πτωχοῖς*. Εἰ δὲ ἐν τῷ νόμῳ τετραπλασίονα δοῦναι δεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ χάριτι· εἰ τὸν κλέπτοντα, πολλῷ μᾶλλον τὸν ἁρπάζοντα. Μετὰ γὰρ τῆς ζημίας ἐνταῦθα καὶ ἡ ὕβρις πολλή. Ὥστε κἂν ἑκατονταπλασίονα δῷς, οὐδέπω τὸ πᾶν ἔδωκας[70]. Ὁρᾷς ὡς οὐ μάτην ἔλεγον, Κἂν ὀβολὸν ἁρπάσῃς καὶ τάλαντον ἐπιδῷς, μᾶλις καὶ οὕτω θεραπεύεις; Εἰ δὲ τοῦτο ποιῶν, μᾶλις· ὅταν ἀντιστρέψῃς τὴν τάξιν, καὶ ἁρπάσῃς μὲν οὐσίας ὁλοκλήρους, ὀλίγα δὲ παράσχῃς, καὶ μηδὲ ἐκείνοις τοῖς ἀδικηθεῖσιν, ἀλλ' ἑτέροις ἀντ' ἐκείνων, ποίαν ἕξεις ἀπολογίαν; τίνα συγγνώμην; ποίαν σωτηρίας ἐλπίδα; Βούλει μαθεῖν ὅσον ἐργάζῃ κακὸν οὕτως ἐλεῶν; Ἄκουσον τῆς Γραφῆς λεγούσης· *Ὡς ὁ ἀποκτείνων τὸν*[68] *υἱὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, οὕτως ὁ προσάγων θυσίαν ἐκ χρημάτων πενήτων*. Ταύτην τοίνυν τὴν ἀπειλὴν ἐγγράψαντες τῇ διανοίᾳ, ἀπέλθωμεν· ταύτην ἐν τοῖς τοίχοις, ταύτην ἐν ταῖς χερσὶ, ταύτην ἐν τῷ συνειδότι, ταύτην πανταχοῦ· ἵνα κἂν ὁ φόβος οὗτος ἀκμάζων ἡμῶν ἐν τῇ διανοίᾳ κωλύῃ τὰς χεῖρας ἡμῶν καθημερινῶν φόνων. Φόνου γὰρ ἁρπαγὴ χαλεπώτερον, κατὰ μικρὸν τὸν πένητα ἀναλίσκουσα. Ἵν' οὖν καθαρεύωμεν τοῦ μιάσματος[73] τούτου, μελετῶμεν καὶ πρὸς ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους ταῦτα. Οὕτω γὰρ καὶ πρὸς ἔλεον ἐσόμεθα προθυμότεροι, καὶ καθαροὺς τοὺς ἐπὶ ταύτῃ ληψόμεθα μισθοὺς[74], καὶ τῶν αἰωνίων ἀπολαύσομεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[67] μὴ] καὶ μὴ H. L. [68] τὸν om. M. τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς, οὕτως G. H. K.

ΟΜΙΛΙΑ ΝΓ'.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπε· « Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον[69-75]*, ὅτι ἤδη ἡμέραι τρεῖς προσμένουσί μοι*[76]*, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι· καὶ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ θέλω, μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ. »*

α'. Καὶ ἀνωτέρω τὸ σημεῖον τοῦτο μέλλων ποιεῖν, πρῶτον ἐθεράπευσε τοὺς τὸ σῶμα πεπηρωμένους· καὶ ἐνταῦθα τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ· ἀπὸ τῆς τῶν τυφλῶν καὶ χωλῶν ἰάσεως[77] εἰς τοῦτο ἐμβαίνει πάλιν. Τί δήποτε δὲ τότε μὲν εἶπον οἱ μαθηταὶ, *Ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους*· νῦν δὲ οὐκ εἶπον, καὶ ταῦτα παρελθουσῶν τριῶν ἡμερῶν; Ἢ καὶ αὐτοὶ βελτίους γενόμενοι λοιπὸν, ἢ καὶ ἐκείνους ὁρῶντες οὐ σφόδρα αἰσθανομένους τοῦ λιμοῦ· καὶ γὰρ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῖς γινομένοις. Ἀλλ' ὅρα πῶς καὶ νῦν οὐχ ἁπλῶς ἐπὶ τὸ θαῦμα[538]ἔρχεται, ἀλλ' ἐκκαλεῖται[78] αὐτοὺς εἰς τοῦτο. Οἱ μὲν γὰρ ὄχλοι ἐπὶ ἰατρείαν ἐλθόντες οὐκ ἐτόλμων τοὺς ἄρτους αἰτῆσαι· αὐτὸς δὲ ὁ[79] φιλάνθρωπος καὶ κηδεμὼν, καὶ οὐκ αἰτοῦσι δίδωσι, καί φησι πρὸς τοὺς μαθητάς· *Σπλαγχνίζομαι*[80]*, καὶ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ θέλω*. Ἵνα γὰρ μὴ λέγωσιν, ὅτι ἐφόδια ἔχοντες ἦλθον, φησὶ· *Τρεῖς ἡμέρας ἤδη μοι παραμένουσιν*· ὥστε εἰ καὶ ἔχοντες ἦλθον, ἀνάλωται ταῦτα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ αὐτὸς οὐκ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλ' ὅτε αὐτοῖς ἅπαντα ἀνάλωτο, ὥστε πρότερον αὐτοὺς ἐν χρείᾳ καταστάντας; μετὰ πλείονος τῆς προθυμίας δέξασθαι τὸ γινόμενον[81]. Διὰ τοῦτό φησιν, *Ἵνα μὴ ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ*· δεικνὺς ὅτι καὶ πόρρωθεν ἀφεστήκεσαν, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ὑπολελειμμένον ἦν. Καὶ εἰ μὴ θέλεις ἀπολῦσαι νήστεις, τίνος ἕνεκεν οὐ ποιεῖς[82] τὸ σημεῖον; Ἵνα ἐν τῇ ἐρωτήσει ταύτῃ καὶ τῇ ἀποκρίσει προσεκτικωτέρους ποιήσῃ τοὺς μαθητὰς, καὶ τὴν πίστιν αὐτῶν ἐπιδείξωνται, προσιόντες καὶ λέγοντες[83]· Ποίησον ἄρτους. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτω συνῆκαν τῆς ἐρωτήσεως τὴν αἰτίαν· ὅθεν ὕστερον λέγει αὐτοῖς, καθώς φησιν ὁ Μάρκος, ὅτι[84] *Οὕτως εἰσὶ πεπωρωμέναι αἱ καρδίαι ὑμῶν; ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε, καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε;* Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, τίνος ἕνεκεν τοῖς μαθηταῖς λέγει, καὶ δείκνυσιν ἀξίους τοῦ παθεῖν εὐ τοὺς ὄχλους, καὶ προστίθησι καὶ τὸν ἔλεον τὸν παρ' αὐτοῦ; Ὁ δὲ Ματθαῖός φησιν, ὅτι μετὰ ταῦτα καὶ ἐπιτίμησεν αὐτοῖς λέγων· *Ὀλιγόπιστοι, οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε; οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε;* Οὕτως ἀλλήλοις συμφωνοῦσιν[85] οἱ εὐαγγελισταί. Τί οὖν οἱ μαθηταί; Ἔτι χαμαὶ ἕρπουσι· καίτοι μυρία ἐποίησεν, ὥστε μνημονευθῆναι ἐκεῖνο τὸ θαῦμα, καὶ διὰ τῆς ἐρωτήσεως, καὶ διὰ τῆς ἀποκρίσεως, καὶ διὰ τοῦ ποιῆσαι διακόνους αὐτοὺς, καὶ διὰ τοῦ νεῖμαι[86] τοὺς κοφίνους· ἀλλ' ἔτι ἀτελέστερον διέκειντο. Διὸ καὶ λέγουσιν αὐτῷ· *Πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρήμῳ ἄρτοι τοσοῦτοι;* Καὶ πρὸ τούτου καὶ νῦν τῆς ἐρημίας μέμνηνται, αὐτοὶ μὲν ἀσθενεῖ λογισμῷ τοῦτο λέγοντες, τὸ δὲ σημεῖον καὶ ἐντεῦθεν ἀνύποπτον ποιοῦντες. Ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, ὅπερ καὶ ἤδη εἶπον, ὅτι ἀπὸ πλησίον τινὸς κώμης οὔσης ἔλαβον[87], ὁμολογεῖται ὁ τόπος, ἵνα πιστευθῇ τὸ θαῦμα. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ πρότερον σημεῖον καὶ τοῦτο ἐν ἐρημίᾳ ποιεῖ, πολὺ τῶν κωμῶν ἀπεχούσῃ. Ὧν οὐδὲν συνιέντες[88] οἱ μαθηταὶ ἔλεγον· *Πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσοῦτοι;* Καὶ γὰρ ἐνόμιζον ταῦτα αὐτὸν εἰρηκέναι, ὡς αὐτοῖς μέλλοντα ἐπιτάττειν διατρέφειν αὐτοὺς· σφόδρα ἀνοήτως[89-91]. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ πρώην ἔλεγε, *Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν*, ἵνα αὐτοὺς εἰς ἀφορμὴν ἐμβάλῃ τοῦ αὐτὸν παρακαλέσαι. Νῦν δὲ οὐδὲ τοῦτό φησιν, ὅτι *Δότε αὐτοῖς φαγεῖν*, ἀλλὰ τί; *Σπλαγχνίζομαι, καὶ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ* [539] *θέλω*· ἐγγύτερον αὐτοὺ, ἄγων καὶ ἐρεθίζων μᾶλλον, καὶ διδοὺς

[69-75] ὄχλον] add. τοῦτον H. 4 Mosqq. [76] ἡμέρας τρεῖς προσκαρτεροῦσί μοι G. K. M. [77] ἰατρείας L. M. p. p. ἐμβλέπων πάλιν H. M. ἐμβαίνει καὶ πάλιν G. ἐμβαίνων καὶ πάλιν K. [78] ἐκκαλεῖ L. εἰς] ἐπὶ L. M. [79] ὁ] καὶ Edd. [80] σπλαγχνίζομαι] add. ἐπὶ τὸν ὄχλον Edd. [81] γενόμενον G. H. K. [82] θέλει et ποιεῖ G. [83] Edebatur μαθητὰς, τὴν π. ἑαυτῶν ἐπιδεικνύντας, προσιόντας καὶ λέγοντας. Quod dedi, tuentur L. M. Ep. [84] ὅτι] ἔτι Edd. [85] συμβαίνουσιν L. M. [86] Vid. adnot. [87] Sic ep. ἔλαβεν G. K. [88] συνορῶντες L. M. [89-91] « Unus ἀνεπινοήτως, alius ἀπερινοήτως. » *Montef.* ἀπερινοήτως H. L. Verba σφόδρα ἀνοήτως non verterunt Interpp.

Digitized by Google

mensura malum ex avaritia illatum curare. Nam si obolum rapueris, non satis est obolum in eleemosynam dare, ut rapinæ ulcus sanes; sed talento opus est. Ideo fur deprehensus quadruplum restituere cogitur (*Exod.* 22. 1). Raptor autem est fure pejor. Si vero illum quadruplum dare oportet (*a*), raptorem decuplum et multo plus restituere par est; atque optabile est vel sic posse Deum ob injustitiam placare : tunc enim non eleemosynæ fructum recipiet. Ideo Zacchæus dicit : *Si quid aliquem defraudavi, reddam quadruplum, et dimidium bonorum meorum dabo pauperibus* (*Luc.* 19. 8). Quod si in lege quadruplum reddere oportebat, multo magis in gratia. Si furem tantum restituere oportet, multo magis raptorem. Nam præter damnum, contumeliosa certe res est. Itaque etiamsi centuplum reddideris, nondum totum dedisti. Viden' me non frustra dixisse, Si obolum rapuisti, redde talentum? sic etiam vix vulnus tuum curabis. Quod si vel hoc faciens, vix cures : si ordinem invertas, integrasque possessiones rapueris, pauca vero erogaveris, neque illis quos læsisti, sed aliis, quam defensionem habebis? quam veniam? quam spem salutis? Vis scire quantum malum facias, dum sic das eleemosynam? Audi Scripturam dicentem: *Sicut qui filium coram patre suo interficit, sic qui offert sacrificium ex pecuniis pauperum* (*Eccli.* 34. 21). Hanc itaque comminationem in mente inscribentes, discedamus : hanc in muris, in manibus, in conscientia, et ubique scribamus : ut hic saltem metus in mente nostra vigens manus nostras a quotidianis cædibus cohibeat. Cæde quippe deterior est rapina quæ paulatim pauperem consumit. Ut igitur ab hoc inquinamento [1] puri simus, hæc meditemur et cum aliis colloquamur. Ita enim ad misericordiam proniores erimus, puramque adipiscemur mercedem, æternaque bona consequemur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) Fur deprehensus quadruplum restituere cogebatur.

[1] Alii, *ab hoc morbo.*

HOMILIA LIII. al. LIV.

CAP. 15. v. 32. *Jesus autem, convocatis discipulis suis, dixit : Misereor super turbam, quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent quod manducent : et dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via.*

1. Superius cum hujusmodi signum facturus esset, primo curavit eos qui corporis ægritudine laborarent : idipsum hic facit : post cæcorum atque claudorum curationem in idipsum rursus incidit. Cur autem tunc dixerunt discipuli, *Dimitte turbas* (*Matth.* 14. 15) : nunc vero non dixerunt, tribus tamen diebus exactis? Sive quia jam illi perfectiores erant, sive quod illos viderent non tanto famis sensu affici : nam in iis, quæ facta erant, Deo gloriam referebant. Sed vide quomodo etiam nunc non simpliciter ad miraculum patrandum venit, sed illos ad id evocat. Nam turbæ quidem, quæ ad morborum curam venerant, panes petere non audebant : ipse vero, cum benignus sit et providus, non petentibus dedit, aitque discipulis : *Misereor super turbam, et jejunos dimittere illos nolo.* Ne dicerent enim, ipsos cum viatico venisse, ait : *Jam triduo mecum sunt;* ita etiamsi viatica habuissent, jam consumpta essent. Idcirco enim ille non primo vel secundo die hoc fecit, sed cum jam omnia deficerent, ut in necessitate positi cum majori studio factum exciperent. Ideo ait, *Ne deficiant in via;* ostendens ipsos et procul positos esse, et omnia consumpsisse. Sed si non vis jejunos dimittere, cur signum non facis? Ut hac interrogatione et responsione sequente attentiores redderet discipulos, et illi fidem suam ostenderent, dicerentque, Panes facito. Sed illi ne sic quidem interrogationis causam intellexerunt : unde postea dixit illis, ut Marcus ait : *Adhuc ita sunt occæcata corda vestra : oculos habentes non videtis, et aures habentes non auditis* (*Marc.* 8. 17. 18). Nam nisi hoc esset, qua de causa hæc discipulis diceret, ostenderetque dignas esse turbas beneficio, addereteque ipsum misericordia motum fuisse? Matthæus vero dicit ipsum postea increpasse eos his verbis : *Modicæ fidei, nondum intelligitis, nec meministis quinque panum et quinque millium, et quot cophinos sumpseritis? neque septem panum et quatuor millium, et quot sportas sumpseritis* (*Matth.* 16. 8. 9)? Ita evangelistæ concordes inter se sunt. Quid ergo discipuli? Adhuc humi serpunt : et quamvis millia fecerit, ut prioris miraculi memoriam servarent, et per interrogationem ac responsionem, et quod illos ministros fecerit, et quod cophinos eis distribuerit [1]; sed adhuc imperfectiores erant. Ideo dicunt ei : 33. *Unde nobis in solitudine tot panes?* Et antea et nunc solitudinem memorant, et ex animi imbecillitate ita loquentes, signum ab omni suspicione liberabant. Ne quis enim diceret, ut jam antea dixi, ipsum ex vicino quodam vico panes mutuatum esse, locus quis sit declaratur, ut miraculum crederetur. Idcirco et primum et hoc quoque signum in solitudine facit, a vicinis longe distante. Sed horum nihil intelligentes discipuli dicebant : *Unde nobis in solitudine tot panes?* Nam putabant illum ideo hæc dixisse, quasi præcepturus esset ut illos cibarent; sed admodum insipienter. Ideoque illis nuper dixerat, *Date vos eis manducare* (*Matth.* 14. 16), ut illis occasionem daret se hac de causa precandi. Nunc vero non dicit, *Date illis manducare*, sed quid? *Misereor super turbam, et dimittere eos jejunos nolo :* propius movens incitansque illos, ut videant illud ab se petendum esse. Nam ipsa verba declarabant, posse ipsum non dimittere eos jejunos, et potentiam ipsius ostendebant. Illud enim, *Nolo*, id significat. Quia vero et multitudinem et locum et solitudinem memorarunt, (nam dicunt, *Unde nobis in solitudine tot panes, ut satietur tanta*

[1] Cfr. *Adnot.* Field. ad pag. 538.

Digitized by Google

turba?) neque tamen Christi verba intellexerunt, tunc suum ipse opus peragit, et ait illis : 34. *Quot panes habetis? Illi vero dicunt, Septem, et piscicules paucos.* Nec jam dicunt, *Sed hæc quid sunt inter tantos* (*Joan.* 6. 9)? ut antea dicebant. Sic etiamsi non totum comprehenderent, sublimiores tamen paulatim evadebant. Nam et ipse his illorum mentem erigens, eodem quo prius modo interrogabat, ut vel ex modo interrogandi jam gesta in memoriam revocaret. Tu vero ut hic vidisti illorum imperfectionem, sic disce illorum philosophicam mentem, et veracitatem mirare, quomodo nempe scribentes, stupiditatem suam, etsi magnam, non occultent. Neque enim mediocris culpa erat, nuper facti miraculi tam cito oblivisci; ideoque increpantur.

2. Ad hæc aliam quoque philosophiæ rationem cogites velim : quomodo ventrem parum curabant, quomodo instituebantur, ne mensæ multum rationem haberent. Nam in solitudine cum essent, post triduum septem panes habebant. Cætera vero Christus ut prius disponit : recumbere jubet in terra, et in manibus discipulorum panes multiplicat. 35. *Jussit* enim, ait, *ut turbæ discumberent super terram.* 36. *Et accipiens quinque panes et pisces, gratias agens fregit, et dabat discipulis : discipuli vero turbæ.* Finis vero miraculi prioris similis non fuit. 37. *Manducaverunt* enim *omnes*, inquit, *et saturati sunt, et tulerunt quod supererat de fragmentis septem sportas plenas.* 38. *Qui autem comederant erant quatuor mille viri, præter mulieres et parvulos.* Sed cur tunc cum quinquies mille essent, duodecim cophini superfuerunt, hic vero, quatuor mille cum sint, septem sportæ supersunt (*Matth.* 14. 20. 21)? cur ergo minores erant reliquiæ, cum non tot essent qui comederent? Vel dicendum est, sportas cophinis majores fuisse; vel ne paritas numeri in miraculo oblivionem pareret, ex differentia memoriam illorum excitasse, ut ex varietate et hujus et illius recordarentur. Ideoque tunc cophinos fragmentorum discipulis numero pares facit, nunc vero panibus sportas, et in hoc quoque suam ineffabilem potestatem ostendit, et facilitatem imperandi, cum possit et hoc et illo modo miracula edere. Neque enim modicæ potestatis erat numerum posse conservare in utroque, cum tunc quinquies mille, nunc quatuor mille essent, nec plura, nec pauciora fragmenta relinqui, quam tunc cophini, nunc sportæ caperent, etsi numerus convivarum non par esset. Finis hic et in priore similis fuit. Nam tunc, dimissis turbis, navigio recessit, et hic item, ut Joannes (*Cap.* 6. 17) dicit. Quia enim nullum signum adeo turbam inducebat ad illum sequendum, ut panum miraculum, et hoc modo sequi illum, sed etiam regem facere volebant, ut omnem tyrannidis suspicionem devitet, post hujusmodi miraculum recedit : nec pedibus, ne illi sequerentur, sed navigio. 39. *Et dimissa turba*, inquit, *ascendit in naviculam, et venit in fines Magdala.* (*Cap.* XVI) 1. *Et accedentes Pharisæi et Sadducæi rogabant eum, ut signum de cælo ostenderet eis.* 2. *Ille autem dixit eis : Vespere facto dicitis, Serenum erit : rubicundum enim cælum est;* 3. *et mane, Hodie tempestas erit : rutilat enim triste cælum.* 4. *Faciem cæli nostis dijudicare, signa vero temporum non potestis? Generatio prava et adultera signum quærit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ. Et derelinquens eos abiit.* Marcus autem dicit, Cum accessissent et quærerent, ingemuisse spiritu, ac dixisse : *Quid generatio ista signum quærit* (*Marc.* 8. 12)? Etsi talis interrogatio iram et indignationem possit excitare, attamen benignus ille Dominus non irascitur, sed miseratur illos tanquam incurabili morbo laborantes, qui post tantam potentiæ suæ demonstrationem, tentatum veniant. Neque enim accedebant ut crederent, sed ut reprehenderent. Nam si, ut crederent, accessissent, dedisset utique : qui enim mulieri dixit, *Non est bonum* (*Matth.* 15. 26), et postea signum dedit, multo magis his præbuisset. Verum quia non quærebant ut crederent, hypocritas illos alibi vocat, quia aliud dicebant, aliud sentiebant. Si enim credidissent, non petituri erant. Aliunde etiam palam est ipsos non credidisse. Increpati quippe et confutati, non manserunt, neque dixerunt : Ignoramus et ediscere quærimus. Quod vero signum de cælo petebant? Ut solem sisteret, vel lunam frenaret, aut fulmina mitteret, aut aerem mutaret, aut quid simile. Quid igitur ait ipse? *Faciem cæli dijudicare scitis, signa vero temporum non potestis?* Vidistis mansuetudinem et moderationem? Non enim ut prius negavit et dixit, *Non dabitur ei* (*Matth.* 12. 39), sed causam cur non det affert, etiamsi illi non ut discerent interrogarent. Quænam igitur causa erat? Ut in cælo, inquit, aliud signum est tempestatis, aliud tranquillitatis, nec quis conspecto tempestatis signo, tranquillitatem exspectat, neque in tranquillitate serena tempestatem : sic de me quoque existimandum. Aliud enim est tempus hujus adventus, aliud futuri. Nunc opus est signis illis, quæ in terra dantur; quæ in cælo autem, in illud tempus reservantur. Nunc ut medicus veni, tunc ut judex adero; nunc ut quærram eos qui erraverunt, tunc ut rationes repetam. Ideoque latens veni; tunc publice et palam cælos convolvam, solem abscondam, lunam non sinam dare lucem suam. Tunc virtutes cælorum movebuntur, adventusque meus similis erit fulguri confestim omnibus apparenti. Sed non est jam tempus hujusmodi signorum. Nam veni moriturus et turpissima passurus. Non audistis prophetam dicentem : *Non contendet, neque clamabit, neque audietur foris vox ejus* (*Isai.* 42. 2)? et alium rursus : *Descendet sicut pluvia in vellus* (*Psal.* 71. 6)?

3. Quod si ea signa dicant quæ sub Pharaone facta sunt, sane illo tempore ab hoste eripi oportebat, ac jure illa fiebant signa : illi autem, qui ad amicos advenit, non opus est signis illis. Quomodo autem magna illa dabo, cum parva non credantur? Parva scilicet quantum ad ostentationem, nam illis virtute multo majora sunt. Quid enim par fuerit peccatorum remissioni? quid tam mirabile fuerit quam mortuum suscitare, dæmonas pellere, corpus reformare, et omnia restaurare? Tu vero cor eorum occæcatum

Digitized by Google

διαβλέψαι πρὸς τὸ παρ' αὐτοῦ ταῦτα αἰτῆσαι. Καὶ γὰρ δεικνύντος ἦν τὰ ῥήματα, ὅτι δύναται μὴ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις, καὶ ἐμφαίνοντος τὴν ἐξουσίαν. Τὸ γάρ, *Οὐ θέλω*, τοῦτό ἐστιν ἐνδεικνυμένου. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ πλήθους ἐμνημόνευσαν λοιπὸν, καὶ τοῦ τόπου, καὶ τῆς ἐρημίας· (*Πόθεν* γὰρ, φησὶν, *ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσοῦτοι, ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον*;) καὶ οὐδὲ οὕτω συνῆκαν τὸ λεχθὲν, λοιπὸν αὐτὸς τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσφέρει, καί φησιν αὐτοῖς· *Πόσους ἄρτους ἔχετε; Οἱ δὲ λέγουσιν, Ἑπτὰ, καὶ ὀλίγα ἰχθύδια.* Καὶ οὐκέτι λέγουσιν, *Ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους*; ὥσπερ ἔμπροσθεν εἶπον. Οὕτως εἰ καὶ μὴ τοῦ παντὸς ἐπελαμβάνοντο, ἀλλ' ὅμως ὑψηλότεροι κατὰ μικρὸν ἐγίνοντο. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς διὰ τούτων ἐγείρων αὐτῶν τὴν διάνοιαν, ὁμοίως ἐρωτᾷ, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἵνα καὶ τῷ τρόπῳ τῆς ἐρωτήσεως ἀναμνήσῃ αὐτοὺς τῶν ἤδη γεγενημένων. Σὺ δὲ ὥσπερ εἶδες αὐτῶν τὸ ἀτελὲς ἐκ τούτων, οὕτω κατάμαθε καὶ τὸ φιλόσοφον τῆς γνώμης, καὶ θαύμασον τὸ φιλάληθες, πῶς αὐτοὶ γράφοντες, τὰ ἑαυτῶν οὐ κρύπτουσιν ἐλαττώματα, καὶ ταῦτα μεγάλα ὄντα. Οὐδὲ γὰρ τὸ τυχὸν ἦν ἔγκλημα, ἔναγχος τοῦ σημείου τούτου γενομένου οὕτως εὐθέως ἐπιλαθέσθαι· διὰ τοῦτο καὶ ἐπιτιμῶνται.

β'. Μετὰ δὲ τούτων καὶ τὴν ἄλλην φιλοσοφίαν ἐννόησον· πῶς ἦσαν γαστρὸς κρείττους· πῶς ἐπαιδεύοντο μὴ πολὺν ποιεῖσθαι τραπέζης λόγον. Ἐν ἐρημίᾳ γὰρ ὄντες, καὶ τρεῖς ἡμέρας ἐκεῖ διατρίβοντες, ἑπτὰ ἄρτους εἶχον. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὁμοίως τοῖς προτέροις ποιεῖ· καὶ γὰρ κατακλίνει αὐτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐν ταῖς χερσὶ τῶν μαθητῶν ποιεῖ πηγάζειν τοὺς ἄρτους. *Ἐκέλευσε* γὰρ, φησὶ, *τοὺς ὄχλους ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθύας, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς· οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ ὄχλῳ.* Τὸ δὲ τέλος οὐκέτι ὅμοιον. *Ἔφαγον* γὰρ *πάντες*, φησὶ, *καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.* Ἀλλὰ διατί τότε μὲν πεντακισχιλίων ὄντων, δώδεκα κόφινοι ἐπερίσσευσαν, ἐνταῦθα δὲ τετρακισχιλίων, ἑπτὰ σπυρίδες; τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ διατί ἐλάττονα ἦν τὰ λείψανα, καίτοι οὐ τοσούτων ὄντων τῶν ἐστιωμένων; Ἢ τοίνυν τοῦτο ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι αἱ σπυρίδες τῶν κοφίνων μείζους ἦσαν· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ἵνα μὴ πάλιν ἡ ἰσότης τοῦ σημείου εἰς λήθην αὐτοὺς ἐμβάλῃ, τῇ διαφορᾷ τὴν μνήμην αὐτῶν διεγείρει, ἵνα ἐκ τοῦ παρηλλαγμένου ἀναμνησθῶσι κἀκείνου καὶ τούτου. Διὰ δὴ τοῦτο τότε μὲν τοῖς μαθηταῖς ἰσαρίθμους ποιεῖ τοὺς κοφίνους τῶν λειψάνων, νυνὶ δὲ τοῖς ἄρτοις τὰς σπυρίδας, κἀν τούτῳ τὴν ἄφατον δύναμιν ἐνδεικνύμενος, καὶ τὴν εὐκολίαν τῆς ἐξουσίας, ὅτι αὐτῷ δυνατὸν καὶ οὕτω καὶ ἑτέρως τὰ τοιαῦτα θαυματουργεῖν. Οὐδὲ γὰρ μικρᾶς δυνάμεως ἦν, τὸ τὸν ἀριθμὸν [540] διατηρῆσαι καὶ τότε καὶ νῦν, τότε μὲν πεντακισχιλίων ὄντων, νυνὶ δὲ τετρακισχιλίων· καὶ μήτε τότε τῶν κοφίνων, μήτε νῦν τῶν σπυρίδων μήτε ἐλάττονα μήτε πλείονα γενέσθαι ἀφεῖναι τὰ λείψανα, καίτοιγε τοῦ πλήθους τῶν ἐστιωμένων διαφόρου ὄντος. Καὶ τὸ τέλος δὲ ὅμοιον τῷ προτέρῳ. Καὶ γὰρ καὶ τότε τοὺς ὄχλους ἀφεὶς ἀνεχώρησεν ἐν πλοίῳ καὶ νῦν· καὶ ὁ Ἰωάννης δὲ τοῦτό φησιν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν οὕτω σημεῖον ἀκολουθεῖν αὐτῷ παρεσκεύαζεν, ὡς τὸ τῶν ἄρτων θαῦμα, καὶ οὐ μόνον ἀκολουθεῖν, ἀλλὰ καὶ βασιλέα ποιεῖν ἐβούλοντο, τυραννίδος φεύγων ὑποψίαν ἀποπηδᾷ μετὰ τὴν θαυματουργίαν ταύτην· καὶ οὐδὲ πεζῇ ἀπεισιν, ἵνα μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλ' εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάς. *Καὶ ἀπολύσας*, φησὶ, *τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά. Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι ἠρώτων αὐτὸν σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δεῖξαι αὐτοῖς. Ὁ δὲ φησιν· Ὀψίας γενομένης λέγετε, Εὐδία· πυρράζει γὰρ ὁ οὐρανός· καὶ πρωΐ, Σήμερον χειμών· πυρράζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανός. Τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρῖναι, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε; Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς ἀπῆλθεν.* Ὁ δὲ Μάρκος φησὶν, ὅτι προσελθόντων αὐτῶν καὶ συζητούντων, *Ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ, λέγει· Τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ;* Καίτοιγε ὀργῆς ἀξία ἡ ἐρώτησις καὶ ἀγανακτήσεως· ἀλλ' ὅμως ὁ φιλάνθρωπος καὶ κηδεμὼν οὐκ ὀργίζεται, ἀλλ' ἐλεεῖ καὶ ταλανίζει ἅτε ἀνίατα νοσοῦντας, καὶ μετὰ τοσαύτην ἀπόδειξιν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως πειράζοντας αὐτόν. Οὐδὲ γὰρ ὥστε πιστεῦσαι ἐζήτουν, ἀλλ' ὥστε ἐπιλαβέσθαι. Εἰ γὰρ ὡς πιστεύσοντες προσῆλθον, ἔδωκεν ἄν. Ὁ γὰρ τῇ γυναικὶ εἰπὼν, *Οὐκ ἔστι καλὸν*, καὶ μετὰ ταῦτα δοὺς, πολλῷ μᾶλλον ἂν τούτοις παρέσχεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ πιστεῦσαι ἐζήτουν, διὰ τοῦτο καὶ ὑποκριτὰς ἑτέρωθι καλεῖ, ὅτι ἕτερα μὲν ἔλεγον, ἕτερα δὲ ἐφρόνουν. Εἰ γὰρ ἐπίστευον, οὐδ' ἂν ᾔτησαν. Καὶ ἑτέρωθεν δὲ δῆλον, ὅτι οὐκ ἐπίστευον· ὅτι ἐπιτιμηθέντες καὶ ἐλεγχθέντες, οὐ παρέμειναν, οὐδὲ εἶπον, ὅτι Ἀγνοοῦμεν καὶ μαθεῖν ζητοῦμεν. Τί δὲ σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ᾔτουν; Ἢ τὸν ἥλιον στῆσαι, ἢ τὴν σελήνην χαλινῶσαι, ἢ κεραυνοὺς κατενεγκεῖν, ἢ τὸν ἀέρα μεταβαλεῖν, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον. Τί οὖν πρὸς ταῦτα αὐτός; *Τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρῖναι, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε;* Ὁρᾶτε τὴν πραότητα καὶ τὴν ἐπιείκειαν; Οὐδὲ γὰρ ὡς πρότερον ἠρνήσατο μόνον καὶ εἶπεν, *Οὐ δοθήσεται αὐτῇ*, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν λέγει, δι' ἣν οὐ δίδωσι, καίτοιγε οὐχ ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν ἐρωτώντων αὐτῶν. Τίς οὖν ἡ αἰτία; Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ, φησὶν, ἄλλο μὲν σημεῖον τοῦ χειμῶνος, ἄλλο δὲ τῆς εὐδίας, καὶ οὐκ ἄν τις τὸ σημεῖον ἰδὼν τοῦ χειμῶνος γαλήνην ζητήσειεν, οὐδὲ ἐν γαλήνῃ εὐδινῇ χειμῶνα· οὕτω καὶ ἐπ' ἐμοῦ λογίζεσθαι χρή. Ἄλλος γὰρ οὗτος τῆς παρουσίας ὁ καιρὸς, ἄλλος δὲ ὁ μέλλων. [541] Νῦν χρεία τούτων τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ γῇ· τὰ δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκείνῳ τεταμίευται τῷ καιρῷ. Νῦν ὡς ἰατρὸς ἦλθον, τότε ὡς δικαστὴς παρέσομαι· νῦν ὥστε ζητῆσαι τὸ πεπλανημένον, τότε ὥστε ἀπαιτῆσαι εὐθύνας. Διὸ τοῦτο λαθὼν ἦλθον· τότε δὲ μετὰ πολλῆς τῆς δημοσιεύσεως, τὸν οὐρανὸν ἑλίττων, τὸν ἥλιον ἀποκρύπτων, τὴν σελήνην οὐκ ἀφιεὶς δοῦναι τὸ φῶς. Τότε καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, καὶ ἀστραπὴν ἀθρόως πᾶσι φαινομένην μιμήσεται τῆς παρουσίας μου ἡ ἐπιφάνεια. Ἀλλ' οὐχὶ νῦν τούτων ὁ καιρὸς τῶν σημείων· ἦλθον γὰρ ἀποθανεῖν, καὶ τὰ ἔσχατα παθεῖν. Οὐκ ἠκούσατε τοῦ προφήτου λέγοντος· *Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ*; καὶ ἑτέρου πάλιν· *Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον*;

γ'. Εἰ δὲ τὰ ἐπὶ Φαραὼ λέγοιεν σημεῖα, πολεμίου τότε ἀπαλλαγῆναι ἔδει, καὶ εἰκότως ἐκεῖνα ἐγίνετο· τῷ δὲ πρὸς φίλους ἐλθόντι τούτων οὐ χρεία τῶν σημείων. Πῶς δὲ καὶ τὰ μεγάλα δώσω, τῶν μικρῶν μὴ πιστευομένων; Μικρῶν ὡς πρὸς ἐπίδειξιν λέγω· ἐπεὶ τῇ δυνάμει πολλῷ ταῦτα ἐκείνων μείζονα ἦν. Τί γὰρ ἂν ἴσον εἴη τοῦ ἁμαρτήματα λῦσαι, καὶ νεκρὸν ἀναστῆσαι, καὶ δαίμονας ἀπελάσαι, καὶ δημιουργῆσαι σῶμα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα διορθῶσαι; Σὺ δὲ αὐτῶν ὅρα τὴν πεπωρωμένην καρδίαν, πῶς ἀκούσαντες, ὅτι *Οὐ δοθήσεται·*

Digitized by Google

αὐτοῖς σημεῖον, εἰ μὴ τὸ σημεῖον [28] *Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου*, οὐκ ἐρωτῶσι. Καίτοιγε ἐχρῆν καὶ τὸν προφήτην εἰδότας, καὶ τὰ συμβάντα ἅπαντα, καὶ ἐκ δευτέρου τοῦτο ἀκούσαντας, πυθέσθαι καὶ μαθεῖν τί ποτε ἦν τὸ λεγόμενον· ἀλλ' ὅπερ ἔφην, οὐκ ἐπιθυμίᾳ τοῦ μαθεῖν ταῦτα ποιοῦσι [29]. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀφεὶς αὐτοὺς ἀπῆλθε. *Καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ*, φησὶν, *εἰς τὸ πέραν, ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν*. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· *Ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων*. Καὶ διατί μὴ εἶπε, Προσέχετε ἀπὸ τῆς διδασκαλίας, σαφῶς; Βούλεται αὐτοὺς ἀναμνῆσαι τῶν γενομένων· καὶ γὰρ ᾔδει ἐπιλελησμένους. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἁπλῶς ἐγκαλέσαι οὐκ ἐδόκει λόγον ἔχειν· τὸ δὲ ἀφορμὴν ἀπ' [30] αὐτῶν λαβόντα οὕτως; ἐπιτιμῆσαι εὐπαράδεκτον ἐποίει τὸ ἔγκλημα. Καὶ διατί μὴ τότε ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ὅτε εἶπον· *Πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ* [31] *ἄρτοι τοσοῦτοι;* καὶ γὰρ εὔκαιρον [32] ἐδόκει τότε τοῦτο λέγεσθαι. Ἵνα μὴ δόξῃ ἐπιτρέχειν τῷ σημείῳ. Καὶ ἄλλως δὲ οὐκ ἐβούλετο ἐπὶ τῶν ὄχλων αὐτοῖς ἐγκαλέσαι, οὐδὲ ἐπ' ἐκείνων φιλοτιμεῖσθαι. Καὶ νῦν δὲ εὐλογωτέρα ἡ κατηγορία, ὅτι διπλοῦ τοῦ θαύματος γενομένου τοιοῦτοι ἦσαν. Διὸ καὶ ἄλλο θαῦμα ποιήσας, τότε ἐπιτιμᾷ· ἃ γὰρ διελογίζοντο, ταῦτα εἰς μέσον φέρει [33]. Τί δὲ διελογίζοντο; *Ὅτι ἄρτους*, φησὶν [34], *οὐκ ἐλάβομεν*. Ἔτι γὰρ περὶ τὰ καθάρσια ἦσαν τὰ Ἰουδαϊκὰ ἐπτοημένοι, καὶ τὰς τῶν βρωμάτων παρατηρήσεις. Διὸ ἁπάντων ἕνεκεν καὶ σφοδρότερον [542] αὐτοῖς ἐπιτίθεται, λέγων· *Τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε; Οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ συνίετε; Πεπωρωμένη ὑμῶν ἐστιν ἡ καρδία; ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε, ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε; Οὐ μνημονεύετε τῶν πεντακισχιλίων τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε; οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε;*

Εἶδες ἀγανάκτησιν ἐπιτεταμένην; Οὐδὲ γὰρ ἀλλαχοῦ φαίνεται οὕτως αὐτοῖς ἐπιτιμήσας. Τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ; Ὥστε πάλιν τὴν περὶ τῶν βρωμάτων πρόληψιν [35] ἐκβαλεῖν. Διὰ γὰρ [1-36] τοῦτο τότε μέν, *Οὐ νοεῖτε*, μόνον εἶπεν, *οὐδὲ συνίετε*· ἐνταῦθα δὲ, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιπλήξεως, *Ὀλιγόπιστοι*, φησίν. Οὐ γὰρ πανταχοῦ ἡ προσήνεια καλόν. Ὥσπερ γὰρ μετεδίδου παῤῥησίας αὐτοῖς, οὕτω καὶ ἐπιτιμᾷ, τῇ ποικιλίᾳ ταύτῃ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν οἰκονομῶν. Ὅρα δὲ καὶ τὴν ἐπιτίμησιν πολλὴν, καὶ τὴν ἐπιείκειαν. Μόνον οὐχὶ γὰρ ἀπολογούμενος αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν ἐπετίμησεν αὐτοῖς σφοδρῶς, φησίν· *Οὔπω νοεῖτε τοὺς πέντε ἄρτους* [37], *καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε; καὶ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους. καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε*; Διὰ τοῦτο δὲ [38] καὶ τὸν ἀριθμὸν τίθησι καὶ τῶν τραφέντων καὶ τῶν λειψάνων, ὁμοῦ τε εἰς ἀνάμνησιν αὐτοὺς ἄγων τῶν παρελθόντων, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα προσεκτικωτέρους ποιῶν. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅσον ἴσχυεν ἡ ἐπιτίμησις, καὶ πῶς διήγειρε καθεύδουσαν αὐτῶν τὴν διάνοιαν, ἄκουσον τί φησιν ὁ εὐσγγελιστής. Οὐδὲν γὰρ πλέον εἰπόντος τοῦ Ἰησοῦ, ἀλλ' ἐπιτιμήσαντος, καὶ τοῦτο προσθέντος μόνον. *Πῶς οὐ νοεῖτε, ὅτι οὐ περὶ ἄρτων εἶπον ὑμῖν προσέχειν, ἀλλ'* [39] *ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων;* ἐπῆγαγε λέγων· *Τότε συνῆκαν, ὅτι οὐκ εἶπε προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδασκαλίας* [40] *τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων*· καίτοι αὐτοῦ τοῦτο μὴ [41] ἑρμηνεύσαντος. Ὅρα πόσα ἀγαθὰ ἡ ἐπιτίμησις εἰργάσατο. Καὶ γὰρ τῶν Ἰουδαϊκῶν αὐτοὺς ἀπήγαγε παρατηρήσεων. καὶ ῥᾳθύμους ὄντας προσεκτικωτέρους ἐποίησε, καὶ τῆς [φιλοτιμίας καὶ] [42] ὀλιγοπιστίας ἀπήλλαξεν, ὥστε μὴ δεδοικέναι, μηδὲ τρέμειν, εἴ ποτε ἄρτους φαίνοιντο ὀλίγους ἔχοντες, μηδὲ ὑπὲρ λιμοῦ φροντίζειν, ἀλλ' ὑπερορᾷν τούτων πάντων. Μὴ τοίνυν [37] μηδὲ ἡμεῖς πανταχοῦ κολακεύωμεν τοὺς ὑποκειμένους, μηδὲ κολακεύεσθαι παρὰ τῶν ἀρχόντων [38] ζητῶμεν. Καὶ γὰρ ἀμφοτέρων δεῖται ἡ τῶν ἀνθρώπων ψυχὴ τῶν φαρμάκων τούτων. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ὁ Θεὸς οὕτω διοικεῖ, ποτὲ μὲν τοῦτο, ποτὲ δὲ ἐκεῖνο ποιῶν, καὶ οὔτε τὰ χρηστὰ μόνιμα, οὔτε τὰ λυπηρὰ καθ' ἑαυτὰ ἀφίησιν εἶναι. Ὥσπερ γὰρ ποτὲ μὲν νὺξ, ποτὲ δὲ ἡμέρα, καὶ ποτὲ μὲν θέρος, ποτὲ δὲ χειμών· οὕτω καὶ ἐν ἡμῖν, ποτὲ μὲν λύπη, ποτὲ δὲ ἡδονή· ποτὲ μὲν νόσος, ποτὲ δὲ ὑγεία. Μὴ τοίνυν θαυμάζωμεν [39] ὅταν νοσῶμεν [36], ἐπεὶ καὶ ὅταν ὑγιαίνωμεν [543] θαυμάζειν δεῖ. Μηδὲ θορυβώμεθα ὅταν ἀλγῶμεν, ἐπεὶ καὶ ὅταν χαίρωμεν θορυβεῖσθαι εἰκός. Κατὰ φύσιν γὰρ πάντα γίνεται καὶ κατὰ ἀκολουθίαν.

δ'. Καὶ τί θαυμάζεις εἰ ἐπὶ σοῦ ταῦτα; καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων ἐκείνων συμβαίνον τοῦτο ἴδοι τις ἄν. Καὶ ἵνα τοῦτο μάθῃς, ὃν [31] νομίζεις μάλιστα βίον ἡδονῆς γέμειν καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων, τοῦτον εἰς μέσον ἀγάγωμεν. Βούλει τὸν Ἀβραὰμ τὴν ζωὴν ἐξετάσωμεν ἐκ προοιμίων; Τί οὖν οὗτος εὐθέως ἤκουσεν [32]; *Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου*. Εἶδες πρᾶγμα λυπηρὸν ἐπιτασσόμενον; Ἀλλ' ὅρα καὶ τὸ χρηστὸν διαδεχόμενον· *Καὶ* [33] *δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἄν σοι δείξω, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα*. Τί οὖν; ἐπειδὴ ἦλθεν εἰς τὴν γῆν, καὶ τοῦ λιμένος ἐπελάβετο, ἔστη τὰ λυπηρά; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ πάλιν ἕτερα χαλεπώτερα τῶν προτέρων διαδέχεται, λιμὸς καὶ μετάβασις [34] καὶ γυναικὸς ἁρπαγή· καὶ μετὰ ταῦτα χρηστὰ ἕτερα αὐτὸν ἐξεδέχετο [35], ἡ κατὰ τοῦ Φαραὼ πληγὴ, καὶ ἡ ἄφεσις, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ τὰ πολλὰ δῶρα ἐκεῖνα, καὶ ἡ πρὸς τὴν οἰκίαν [36] ἐπάνοδος. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ ἅπαντα τοιαύτην ἔχει τὴν σειρὰν, ἀπὸ χρηστῶν καὶ λυπηρῶν πλεκομένην [37]. Καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων δὲ τοιαῦτα συνέβαινε. Διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐν πάσῃ τῇ θλίψει, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει*. Τί οὖν πρός ἐμὲ, φησὶ, τὸν ἀεὶ ἐν λύπαις ὄντα; Μὴ ἀγνώμων, μηδὲ ἀχάριστος [38]· καὶ γὰρ ἀμηχανόν τινα ἐν λυπηροῖς εἶναι διηνεκῶς· οὐδὲ γὰρ ἀρκεῖ ἡ φύσις· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν χαρᾷ βουλόμεθα εἶναι ἀεὶ, διὰ τοῦτο ἐν λύπαις νομίζομεν εἶναι ἀεί. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν μὲν χρηστῶν καὶ ἀγαθῶν εὐθέως ἐπιλανθανόμεθα, τῶν δὲ λυπηρῶν ἀεὶ μνημονεύομεν, διὰ τοῦτο [39] ἐν λύπαις εἶναί φαμεν. Οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἄνθρωπον ὄντα ἀεὶ ἐν λύπαις [40] εἶναι. Καὶ εἰ βούλεσθε, καὶ τὸν ἐν τρυφῇ βίον ἐξετάσωμεν, τὸν ἄδρὸν καὶ διαῤῥέοντα, καὶ τὸν φορτικὸν, καὶ ἐπαχθῆ καὶ ὀδυνηρόν. Ἐπιδείξομεν γὰρ ὑμῖν καὶ τοῦτον ἔχοντα λύπας, κἀκεῖνον ἀνέσεις. Ἀλλὰ μὴ θορυβήθητε [41]. Προκείσθω δὲ εἰς μέσον δεσμώτης, ἄνθρωπος, καὶ ἄλλος βα-

ε'. Τοῦτον [12] τοίνυν ἐγκόλαψον τῇ διανοίᾳ τῇ σῇ, καὶ τὴν σωτηρίαν περίπτυξαι τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Οὗτος γὰρ ὁ σταυρὸς τὴν οἰκουμένην ἔσωσε [13] καὶ ἐπέστρεψε, τὴν πλάνην ἐξήλασε, τὴν ἀλήθειαν ἐπανήγαγε, τὴν γῆν οὐρανὸν ἐποίησε, τοὺς ἀνθρώπους ἀγγέλους εἰργάσατο. Διὰ τοῦτον οἱ δαίμονες οὐκέτι φοβεροὶ, ἀλλ' εὐκαταφρόνητοι· οὐδὲ ὁ θάνατος θάνατος, ἀλλ' ὕπνος· διὰ τοῦτον πάντα ἐῤῥίπται χαμαὶ καὶ πεπάτηται τὰ πολεμοῦντα ἡμῖν. Ἂν τοίνυν εἴπῃ σοί τις, Τὸν ἐσταυρωμένον προσκυνεῖς; εἰπὲ φαιδρᾷ τῇ φωνῇ, γεγηθότι τῷ προσώπῳ· Καὶ προσκυνῶ, καὶ οὐ παύσομαί ποτε προσκυνῶν. Κἂν γελάσῃ, δάκρυσον αὐτὸν ὅτι μαίνεται. Εὐχαρίστησον τῷ Δεσπότῃ, ὅτι τοιαῦτα ἡμᾶς εὐεργέτησεν, ἃ μηδὲ μαθεῖν δύναταί τις χωρὶς τῆς ἄνωθεν ἀποκαλύψεως. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ οὗτος γελᾷ, ὅτι *Ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος*. Ἔπεὶ καὶ τὰ παιδία τοῦτο πάσχει, ὅταν τι τῶν μεγάλων ἴδῃ καὶ θαυμαστῶν· κἂν εἰς μυστήρια [14] εἰσαγάγῃς παιδίον, γελάσεται. Τοῦτας δὴ καὶ Ἕλληνες ἐοίκασι τοῖς παιδίοις· μᾶλλον δὲ καὶ τούτων εἰσὶν ἀτελέστεροι, διὸ καὶ ἀθλιώτεροι, ὅτι οὐκ ἐν ἀώρῳ ἡλικίᾳ, ἀλλ' ἐν τελείᾳ τὰ τῶν νηπίων πάσχουσιν· ὅθεν οὐδὲ συγνώμης εἰσὶν ἄξιοι. Ἀλλ' ἡμεῖς λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, καὶ μέγα καὶ ὑψηλὸν βοῶντες, κράζωμεν καὶ λέγωμεν, καὶ ὅταν πάντες παρῶσιν Ἕλληνες μετὰ πλείονος τῆς *παῤῥησίας*, ὅτι Τὸ καύχημα ἡμῶν ὁ σταυρὸς, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, καὶ ἡ *παῤῥησία* καὶ ὁ στέφανος ἅπας. Ἐβουλόμην καὶ μετὰ Παύλου δύνασθαι λέγειν, ὅτι *Δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ*· ἀλλ' οὐ δύναμαι, ποικίλοις πάθεσι κατεχόμενος. Διὸ παραινῶ καὶ ὑμῖν, καὶ πρό γε ὑμῶν ἐμαυτῷ [15], σταυρωθῆναι τῷ κόσμῳ, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς τὴν γῆν, ἀλλὰ τῆς ἄνω πατρίδος ἐρᾶν, καὶ τῆς ἐκεῖθεν δόξης καὶ τῶν ἀγαθῶν. Καὶ γὰρ στρατιῶταί ἐσμεν Βασιλέως οὐρανίου, καὶ ὅπλα ἐνδεδύμεθα πνευματικά. Τί τοίνυν καπήλων [16-18] καὶ ἀγυρτῶν, μᾶλλον δὲ σκωλήκων βίον μεταχειριζόμεθα; Ὅπου γὰρ ὁ βασιλεὺς, ἐκεῖ καὶ τὸν στρατιώτην εἶναι δεῖ. Καὶ γὰρ στρατιῶται γεγόναμεν, οὐ τῶν μακρὰν, ἀλλὰ τῶν ἐγγύς. Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεὺς, οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο πάντας εἶναι ἐν τοῖς βασιλείοις, οὐδὲ παρὰ τὰς αὐτοῦ πλευράς· ὁ δὲ τῶν οὐρανῶν ἅπαντας ἐγγὺς εἶναι βούλεται [553] τοῦ θρόνου τοῦ βασιλικοῦ. Καὶ πῶς δυνατὸν ἐνταῦθα ὄντας, φησὶ, παρ' ἐκεῖνον ἑστάναι τὸν θρόνον; Ὅτι καὶ Παῦλος ἐπὶ τῆς γῆς ὢν, ὅπου τὰ Σεραφὶμ ἦν, ὅπου τὰ Χερουβὶμ, καὶ ἐγγυτέρω τοῦ Χριστοῦ, ἡ οὗτοι οἱ ἀσπιδηφόροι τοῦ βασιλέως. Οὗτοι μὲν γὰρ πολλαχοῦ τὰς ὄψεις περιφέρουσιν· ἐκεῖνον δὲ οὐδὲν ἐφάνταζεν, οὐδὲ περιεῖλκεν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν διάνοιαν πρὸς τὸν βασιλέα τεταμένην εἶχεν. Ὥστε ἂν βουληθῶμεν, δυνατὸν καὶ ἡμῖν τοῦτο. Εἰ μὲν γὰρ τόπῳ διειστήκει, καλῶς ἂν ἦν ἠπόρει· εἰ δὲ πανταχοῦ πάρεστι, τῷ σπουδάζοντι καὶ συντεταμένῳ πλησίον ἐστί. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης ἔλεγεν· *Οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ*· καὶ αὐτὸς πάλιν ὁ Θεός· *Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐχὶ Θεὸς πόῤῥωθεν*. Ὥσπερ οὖν αἱ ἁμαρτίαι διιστῶσιν ἡμᾶς ἀπ' αὐτοῦ, οὕτω καὶ αἱ δικαιοσύναι συνάγουσιν ἡμᾶς πρὸς αὐτόν· *Ἔτι γὰρ λαλοῦντός σου*, φησὶν, *ἐρῶ, Ἰδοὺ πάρειμι*. Ποῖος πατὴρ οὕτως ἂν ὑπακούσειέ ποτε τοῖς ἐγγόνοις; ποία μήτηρ οὕτως ἐστὶ παρεσκευασμένη καὶ

[27] αὐτὸν] αὐτοῦ Edd. [28] Sic L M. favente Ge. cæteri αὐτῷ δὲ τούτῳ τῷ Πέτρῳ κωλύοντι.... εἶπεν. [29] ΗΘΙΚΟΝ. Περὶ τοῦ ἐπαισχύνεσθαι ὁμολογεῖν τὸν τίμιον σταυρόν· ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν βραβείων τοῦ ἐπιγείου καὶ ἐπουρανίου βασιλέως, οἱοῖά εἰσι τοῖς ἐλεοῦσι. G. Quæ sequuntur usque ad p. 552 med. excerpsit auctor Florilegii, pp. 542-545. Omnia usque ad finem Homiliæ habentur in Eclogis, Hom. xxxvm Ed. Ben. [1] δι' ὃ καὶ ζ.] Sic. Fl. καὶ δι' ἃ ζ. G. καὶ δι' ὃ ζ. H. καὶ δι' ὃν ζ. K. καὶ δι' ὃ ἐσμεν] Sic Fl. δι' ὃ καὶ ἐσμεν L. καὶ ἐσμεν M. [2] τροφὴν] τράπεζαν G. H. [3] τὸ τῆς] Sic L. Fl. τοῦτο τὸ τῆς K. cæteri τοῦτο τῆς. [4] καὶ ἐν οἰκίαις L. ἐν οἰκίαις Fl. p. p. θυρῶν L. Fl. [5] αὐτό K. L. Mox ὑπὲρ om. Sav. [6] δαιμόνων] πνευμάτων G. H. [7] ἐν ᾧ Fl. Mox πληγὴν quod post ἐδέξατο legebatur, abesse jubent L. Fl. [8] διάβολος] add. καὶ οἱ δαίμονες G. M. Idem πείσονται, ὁρῶντες ἐν αὐτῶν ἔχοντα. Pro altera lectione stant Ge. et Fl. [9] λάμπον] Sic M. Fl. λαμπρὸν. τοῦ ἡλίου om. L. M. [10] ἀνεκαίνισε Fl. et codd. præter K. et sic edidit Sav. [11] εἰ] add. καὶ G. H. τῶν ante θηρίων om. L. M. [12] τοῦτο Edd. [13] ἔσωσε καί om. L. Fl. [14] Sic L. M. Ge. Fl. cæteri μυστήριον. [15] καὶ ἐμαυτῷ G. H. K. σταυροῦσθαι G. H. Nobiscum facit Eclog. [16-18] Vulgo τὰ καπήλων.

Digitized by Google

num. Quid porro illud est, *Non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum?* Ille humano et terreno ratiocinio rem examinans, putabat id Christo turpe esse et indecorum. Ipsum itaque carpens ait : Non indecorum est me pati : sed tu carnali consilio ita judicas : qui si secundum Deum dicta audisses, a carnali animo expeditus, scires id me maxime decere ; tu enim putas, indignam rem esse, si id ego patiar : ego vero dico tibi, diaboli voluntatem esse ut ego non patiar : ex contrariis sollicitudinem ejus reprimebat. Sicut enim Joannem qui indignum Christo putabat esse, si ab se baptizaretur, ad id faciendum induxit dicens : *Sic decet nos* (*Matth.* 3. 15); et ipsi Petro pedes suos lavare prohibenti dixit, *Non habes partem mecum, nisi pedes tuos lavero* (*Joan.* 13. 8) : sic et hoc loco ex contrariis ipsum repressit, et increpationis vehementia timorem passionis exstinxit. Neminem igitur pudeat honorabilium salutis nostræ symbolorum, quæ sunt caput bonorum, per quæ vivimus, per quæ sumus : sed crucem Christi quasi coronam circumferamus ; per eam enim omnia quæ ad nos spectant perficiuntur. Si regenerari oporteat, crux adest ; si mystico illo cibo nutriri, si ordinari, et si quidvis aliud faciendum, ubique nobis adest hoc victoriæ symbolum. Idcirco et domi, et in parietibus, et in fenestris, et in fronte et in mente, illam cum multo studio depingimus. Hoc quippe signum est nostræ salutis, communis libertatis, et mansuetudinis Domini : *Sicut oris* enim *ad occisionem ductus est* (*Act.* 8. 32. *Isai.* 53. 7). Cum igitur te signas, totum crucis argumentum cogita, exstinguendam omnesque pravos affectus. Cum te signas, multa fiducia frontem tuam reple, liberam facito animam. Scitis plane quænam sint quæ libertatem nobis pariant. Ideo Paulus ad id nos cohortans, hoc est ad libertatem nobis congruentem, crucis et sanguinis dominici mentione facta, sic habet : *Pretio*, inquit, *empti estis ; ne sitis servi hominum* (1. *Cor.* 7. 23). Cogita, inquit, pretium pro te numeratum, atque nullius hominis eris servus ; pretium vero crucem vocat. Neque enim simpliciter illam digito efformare oportet, sed prius voluntate et multa fide. Si hoc modo illam in facie tua depinxeris, nullus impurorum dæmonum contra te stare poterit, cum ensem videat quo vulnus accepit, cum gladium videat quo letali plaga perfossus est. Si nos enim loca videntes ubi rei cæduntur, perhorrescimus, cogita quid passuri sint diabolus et dæmones, telum illud videntes, quo Christus totam illorum potentiam solvit, draconisque caput abscidit. Ne itaque te pudeat tanti accepti boni, ne Christum tui pudeat quando veniet cum gloria sua, et hoc signum ante Christum videbitur ipsis solaribus radiis splendidius. Tunc enim crux veniet, conspectu suo vocem emittens, et adversus orbem totum causam Domini defendens, ostendensque nihil ex ejus parte defuisse. Hoc signum et majorum nostrorum tempore et ævo nostro clausas aperuit januas ; hoc signum venenata pharmaca exstinxit ; hoc cicutæ vim solvit ; hoc venenatarum ferarum morsus curavit. Nam si portas inferorum aperuit, si cælorum ostia reseravit, et paradisi renovavit ingressum, si diaboli nervos rescidit : quid mirum si letifera pharmaca, feras, aliaque hujusmodi superaverit?

5. Hoc ergo in mente tua insculpe, et animarum nostrarum salutem amplectere. Hæc quippe crux orbem servavit et convertit, errorem expulit, veritatem induxit, terram cælum effecit, homines angelos reddidit. Vi crucis dæmones non ultra formidandi, sed despiciendi sunt ; neque mors mors est, sed somnus : per crucem quæ nobis adversabantur, omnia humi dejecta conculcantur. Si quis ergo dicat tibi, Crucifixumne adoras? læta voce, hilari vultu respondе, Adoro, nec adorandi finem faciam. Si rideat, de ejus insania lacrymas funde. Gratias age Domino de tantis beneficiis, quæ sine cælesti revelatione ne discere quidem quis possit. Ideo nempe hic ridet, quia *Animalis homo non percipit ea quæ Spiritus sunt* (1. *Cor.* 2. 14). Nam et pueri sic solent affici, cum magna quædam et mirabilia viderint : si infantem ad mysterium introduxeris, ridebit. His puerulis similes sunt gentiles ; imo his quoque sunt imperfectiores. Ideoque miseriores, quod non in immatura, sed in perfecta ætate, eodem quo pueri modo afficiantur ; quapropter venia sunt indigni. Sed nos clara magnaque voce, et clamore adhibito dicamus ; imo majore cum fiducia si gentiles omnes adsint : Gloria nostra crux est, caput bonorum omnium, fiducia et corona. Vellem cum Paulo posse dicere : *Per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* (*Gal.* 6. 14) : sed non possum plurimis detentus affectibus. Quapropter vos hortor, et ante vos meipsum, ut mundo crucifigamur, nihilque commune cum terra habeamus, sed supernam amemus patriam, gloriam illam, bona cælestia. Nam Regis cælestis milites sumus, et armis spiritualibus induimur. Cur ergo cauponum, circulatorum, imo vermium vitam agimus? Ubi enim rex est, ibi militem esse oportet. Nam milites sumus : non eorum qui longe, sed eorum qui prope sunt. Etenim rex terrenus non permittit omnes in regia esse, nec ad ejus latera consistere ; at cælestis ille Rex omnes prope regium solium [a] vult adesse. Et quomodo fieri potest, inquies, ut hic degentes, prope solium illud stemus? Quia et Paulus cum in terra esset, ibi tamen erat, ubi Seraphim et Cherubim, propius Christo, quam satellites Imperatori. Hi namque sæpe circumquaque respiciunt ; ille vero nulla imaginationis vi motus vel abstractus erat, sed intenta mente Regi Christo hærebat. Quare si voluerimus, nos quoque id poterimus. Nam si locorum intervallo semotus esset, non sine causa hæc objiceres ; sed si ubique præsens est, vigili et attento certe proxime adest. Ideo propheta dicebat, *Non timebo mala quoniam tu mecum es* (*Psal.* 22. 4) : et rursus ipse Deus : *Deus appropinquans ego sum, non Deus procul* (*Jer.* 23. 23). Sicut enim peccata nos ab illo disjungunt, sic justitia nos adjungit ipsi. Nam ait : *Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum* (*Isai.* 58. 9). Quis pater sic filios nepo-

[a] Unus habet, *dominicum solium*.

Digitized by Google

tesque audiat? quæ mater ita parata promptaque sit, ne se filioli advocent? Nemo certe, non pater, non mater, sed Deus solus assidue exspectat, num quis se domesticorum advocet, nec umquam ut decet vocatus a nobis, non audivit. Ideo ait : *Adhuc te loquente*, non exspectabo donec finieris, sed statim exaudiam. Advocemus itaque illum ut vult advocari : Quomodo vult ergo? *Solve*, inquit, *omne vinculum injustitiæ, dissolve obligationes violentarum pactionum, omnem scripturam iniquam conscinde. Frange esurienti panem tuum, et pauperes vagosque induc in domum tuam. Si videris nudum, operi eum, et domesticos seminis tui non despexeris. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, et medelæ tuæ mox orientur et præibit ante te justitia tua, et gloria Dei circumamiciet te. Tunc invocabis me, et exaudiam te. Adhuc te loquente dicam. Ecce adsum* (*Isai.* 58. 6-9). Sed inquies, Quis hæc omnia facere poterit? Imo vero, dic quæso, quis non potest? quid enim ex dictis ita difficile? quid operosum? quid non facile? Ita non modo possibilia sunt, sed et facilia, ut multi eorum mensuram excesserint, non solum injusta chirographa lacerantes, sed sese bonis suis exspoliantes; non modo sub tecto et ad mensam pauperes recipientes, sed etiam ad illos alendos magnum corporis laborem et sudorem suscipientes; non cognatis modo, sed etiam inimicis beneficia præstantes.

6. Quid in supradictis difficile est? Non enim dixit, Transcende montes, mare trajice, tot et tot jugera terræ effodias, jejunus diu maneas, sacco te indue; sed, Proximo impertire, panem largire, injusta chirographa rescinde. Quid, quæso, his facilius? Quod si difficilia illa putes, præmia respice, et facilia tibi erunt. Quemadmodum enim reges in hippodromis ante decertantes coronas, bravia et vestimenta ponunt, sic et Christus in medio stadio præmia ponit, ac quasi multorum manibus per prophetæ verba expandit. Ac reges quidem, etsi millies reges sint, utpote homines, fluxas habent opes et liberalitatem quæ evacuatur, quæ pauca vere sunt, multa videri student; ideo singula singulis ministris dant, et sic in medium adducunt; contra vero Rex noster omnia simul accumulans, quia abundat opibus, nihil ad ostentationem facit, sicque in medio proponit ea, quæ exposita immensa erunt, multisque manibus opus erit ad ea exhibenda. Quod ut ediscas, horum singula diligenter aspice. *Tunc erumpet matutinum lumen tuum.* Annon videtur unum esse donum? Sed non unum est : nam multa intus habet bravia, coronas, cæteraque præmia. Quare, si placet, his revolutis singulatim divitias hasce exhibeamus, quantum fas erit; tantum ne deficiatis. Ac primo discamus quid sit illud, *Erumpet.* Neque enim dixit, Apparebit, sed, *Erumpet*, et celeritatem et copiam nobis ostendit, et quantum salutem nostram desideret et quam gestiat bona illa proferri, nihilque esse quod ineffabilem impetum coerceat : quibus omnibus immensa eorum copia ostenditur. Quid autem illud est, *Matutinum?* Id est, non post tentationum certamina, nec post malorum incursum; sed hæc prævenit. Quemadmodum enim in fructibus matutinum dicimus id quod ante tempus apparet, sic et hoc loco, celeritatem rursus ostendens ita dixit, ut supra dicebat : *Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum.* Quod lumen dicit, quale tandem lumen est? Non hoc sensile, sed aliud multo præstantius quo cælum, angelos, archangelos, Cherubim, Seraphim, principatus, potestates, thronos, dominationes, universum exercitum, regias aulas et tabernacula videmus. Nam si lumine illo dignatus fueris, et hæc videbis, et eripieris a gehenna, a verme venenato, a stridore dentium, a vinculis insolubilibus, ab angustia et tribulatione, a tenebris obscurissimis, a cruciatibus, ab igneis fluminibus, a maledictione, a pœnarum locis; et illo perges, ubi nullus dolor, mœror nullus, sed ubi multum gaudium, pax, caritas, lætitia, deliciæ : ubi vita æterna, gloria ineffabilis, pulchritudo inenarrabilis : ubi æterna tabernacula, et gloria Regis inæstimabilis, atque bona illa, *Quæ oculus non vidit, auris non audivit, neque in cor hominis ascenderunt* (1. *Cor.* 2. 9) : ubi sponsus spiritualis, et thalami cælestes, virgines fulgidas habentes lampadas, et omnes qui vestem habent nuptialem. ubi multæ Domini opes, et promptuaria regia. Viden' quanta præmia, et quanta una voce comprehenderit? Ita si singulas exploremus voces, multam inveniemus rerum copiam et pelagus immensum. Num adhuc cunctabimur, quæso, nec prompti erimus ad misericordiam aliis exhibendam? Minime, obsecro. Sed etiamsi omnia projicere et in ignem mittere oporteat : si in gladios incumbere, si ad mucrones insilire, si quidvis aliud tolerandum occurrat, omnia facile feramus, ut regni cælorum amictum, et ineffabilem illam gloriam assequamur : quam utinam nobis omnibus nancisci contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LV. al. LVI.

CAP. 16. v. 24. *Tunc Jesus dixit discipulis suis : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.*

1. *Ad mortem exemplo Christi parati esse debemus. Christus ipsum sequi invitat, non cogit; cur. Abnegare semetipsum quid sit. — Tunc*, quandonam? Postquam Petrus dixerat, *Propitius tibi sis, non erit tibi hoc*, et audivit, *Vade post me, satana.* Neque enim satis habuit illum increpasse, sed ex abundanti ostendere volens et dictorum Petri absurditatem, et utilitatem ex passione futuram, ait, Tu mihi dicis, *Propitius tibi esto, non erit hoc tibi* : ego vero tibi dico, non modo perniciosum esse tibi, si me impedias, et si passionem meam moleste feras, sed etiam non posse te salutem consequi, nisi et ipse semper ad moriendum sis paratus. Ne enim indignum se esse putarent,

Digitized by Google

διηνεκῶς ἐστηκυῖα, μή ποτε καλέσεις αὐτὴν τὰ παιδία; Οὐκ ἔστιν οὐδείς, οὐ πατὴρ, οὐ μήτηρ· ἀλλ' ὁ Θεὸς διηνεκῶς ἵστηκεν ἀναμένων, εἴ τίς ποτε καλέσειεν αὐτὸν τῶν οἰκετῶν, καὶ οὐδέποτε, καλεσάντων ἡμῶν ὡς δεῖ, παρήκουσε. Διὰ τοῦτό φησιν· *Ἔτι λαλοῦντός σου· οὐκ ἀναμένω σε πληρῶσαι*, καὶ εὐθέως ὑπακούω. Καλέσωμεν τοίνυν αὐτὸν ὡς κληθῆναι βούλεται. Πῶς δὲ [24] βούλεται; Λύε, φησὶ, *πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα. Διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου· καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Ἐὰν ἰδῇς γυμνὸν, περίβαλε, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐκ ὑπερόψει. Τότε ῥαγήσεται ὡς ὄψιμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἰάματά σου ταχὺ ἀνατελεῖ, καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη σου, καὶ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ περιστελεῖ σε. Τότε ἐπικαλέσῃ με, καὶ εἰσακούσομαί σου· ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, Ἰδοὺ πάρειμι.* Καὶ τίς ταῦτα πάντα δύναται ποιῆσαι; φησί. Τίς δὲ οὐ δύναται; εἰπέ μοι. Τί γὰρ δυσχερὲς τῶν εἰρημένων; τί δὲ ἐργῶδες; τί δὲ οὐ ῥᾴδιον; Οὕτω γάρ [25] ἐστιν οὐχὶ δυνατὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ εὔκολα, ὅτι πολλοὶ καὶ τὸ μέτρον τῶν εἰρημένων ὑπερηκόντισαν, οὐκ ἄδικα γραμματεῖα διασπῶντες μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄντα ἀποδυσάμενοι πάντα· οὐ στέγῃ καὶ τραπέζῃ τοὺς πτωχοὺς δεχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τῷ τοῦ σώματος ἱδρῶτι, καὶ κάμνοντες ὥστε αὐτοὺς διαθρέψαι· οὐ συγγενεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐχθροὺς εὐεργετοῦντες.

ς'. Τί δὲ ὅλως καὶ δύσκολον τῶν εἰρημένων; Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ὑπέρβηθι τὸ ὄρος, διάβηθι τὸ πέλαγος, διάσχαψον πλέθρα γῆς τόσα καὶ τόσα, ἄσιτος διάμενε, σάκκον περιβαλοῦ· ἀλλὰ, Μετάδος τοῖς οἰκείοις [26], μετάδος τοῦ ἄρτου, τὰ ἀδίκως συγκείμενα γραμματεῖα διάῤῥηξον. Τί τούτων εὐκολώτερον, εἰπέ μοι. Εἰ δὲ καὶ δύσκολα εἶναι νομίζεις, σκόπει μοι καὶ τὰ ἔπαθλα, καὶ ἔσται σοι ῥᾴδια. Καθάπερ γὰρ οἱ βασιλεῖς ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις πρὸ τῶν ἀγωνιζομένων στεφάνους καὶ βραβεῖα καὶ ἱμάτια συντιθέασιν, οὕτω δὴ [554] καὶ ὁ Χριστὸς ἐν μέσῳ τίθησι τῷ σταδίῳ τὰ ἔπαθλα, καθάπερ διὰ πολλῶν χειρῶν τῶν τοῦ Προφήτου ῥημάτων ἐκτείνων αὐτά. Καὶ οἱ μὲν βασιλεῖς, κἂν μυριάκις ὦσι βασιλεῖς, ἅτε ἄνθρωποι ὄντες, καὶ εὐπορίαν δαπανωμένην ἔχοντες, καὶ φιλοτιμίαν ἀναλισκομένην, τὰ ὀλίγα πολλὰ φιλοτιμοῦνται δεῖξαι· διὸ καὶ ἓν ἕκαστον ἑκάστῳ τῶν διακόνων ἐγχειρίζοντες, οὕτως εἰσάγουσιν εἰς μέσον. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ὁ ἡμέτερος τοὐναντίον· ἅπαντα ὁμοῦ συμφορήσας, ἐπειδὴ σφόδρα ἐστὶν εὔπορος, καὶ οὐδὲν πρὸς ἐπίδειξιν ποιεῖ, οὕτως εἰς μέσον προτίθησιν, ἅπερ ἐκταθέντα ἄπειρα ἔσται, καὶ πολλῶν δεήσεται τῶν κατεχουσῶν χειρῶν. Καὶ ἵνα μάθῃς τοῦτο, ἕκαστον αὐτῶν περισκόπει [27] μετὰ ἀκριβείας. *Τότε ῥαγήσεται*, φησὶ, *πρώϊμον τὸ φῶς σου.* Ἆρα οὐ δοκεῖ σοι [28] ἓν τι εἶναι τὸ δῶρον τοῦτο; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἓν· καὶ γὰρ πολλὰ ἔνδον ἔχει, καὶ βραβεῖα καὶ στεφάνους καὶ ἕτερα ἔπαθλα. Καὶ εἰ βούλεσθε, λύσαντες δείξωμεν τὸν πλοῦτον ἅπαντα, καθὼς ἡμῖν οἷόν τέ ἐστι δεῖξαι· μόνον μὴ ἀποκάμητε. Καὶ πρῶτον μάθωμεν ἓν τί ἐστι, *Ῥαγήσεται.* Οὐδὲ γὰρ εἶπε, Φανεῖται, ἀλλὰ, *Ῥαγήσεται*· τὸ ταχὺ καὶ δαψιλὲς [29] ἡμῖν ἐμφαίνων, καὶ πῶς σφόδρα ἐφίεται τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, καὶ πῶς ᾠδίνει τὰ ἀγαθὰ αὐτὰ προελθεῖν, καὶ ἐπείγεται, καὶ οὐδὲν ἔσται τὸ κωλύον τὴν ἄφατον ῥύμην· δι' ὧν ἁπάντων τὴν δαψίλειαν αὐτῶν ἐνδείκνυται, καὶ τὸ ἄπειρον τῆς περιουσίας. Τί δέ ἐστι, *Πρώϊμον*; Τουτέστιν, οὐ μετὰ τὸ ἐν τοῖς πειρασμοῖς γενέσθαι, οὐδὲ μετὰ τὴν τῶν κακῶν ἔφοδον, ἀλλὰ καὶ [30] προφθάνει. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν καρπῶν λέγομεν πρώϊμον τὸ πρὸ τοῦ καιροῦ φανὲν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, τὸ ταχινὸν [31] πάλιν ἐμφαίνων, οὕτως εἶπεν· ὥσπερ ἄνω ἔλεγεν· *Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, Ἰδοὺ πάρειμι.* Ποῖον δὲ λέγει φῶς [32]; καὶ τί ποτέ ἐστι τοῦτο τὸ φῶς; Οὐ τοῦτο τὸ αἰσθητὸν, ἀλλ' ἕτερον πολλῷ βέλτιον, ὃ τὸν οὐρανὸν ἡμῖν δείκνυσι, τοὺς ἀγγέλους, τοὺς ἀρχαγγέλους, τὰ Χερουβὶμ, τὰ Σεραφὶμ, τοὺς θρόνους, τὰς κυριότητας, τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας, τὸ στρατόπεδον ἅπαν, τὰς αὐλὰς [33] τὰς βασιλικὰς, τὰς σκηνάς. Ἂν γὰρ τοῦ φωτὸς ἐκείνου καταξιωθῇς, καὶ ταῦτα ὄψει, καὶ ἀπαλλαγήσῃ γεέννης, καὶ τοῦ σκώληκος τοῦ ἰοβόλου, καὶ τοῦ βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων, καὶ τῶν δεσμῶν τῶν ἀλύτων, καὶ τῆς στενοχωρίας, καὶ τῆς θλίψεως, καὶ τοῦ σκότους τοῦ ἀφεγγοῦς, καὶ τοῦ διχοτομηθῆναι, καὶ τοῦ ποταμοῦ [34] τοῦ πυρὸς, καὶ τῆς κατάρας, καὶ τῶν τῆς ὀδύνης χωρίων· καὶ ἀπελεύσῃ ἔνθα *Ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη*· ἔνθα πολλὴ ἡ χαρὰ, καὶ ἡ εἰρήνη, καὶ ἡ ἀγάπη, καὶ ἡ τρυφὴ, καὶ ἡ εὐφροσύνη· ἔνθα ζωὴ αἰώνιος, καὶ δόξα ἄῤῥητος, καὶ κάλλος ἄφραστον· ἔνθα αἰώνιοι σκηναὶ, καὶ ἡ δόξα τοῦ Βασιλέως ἡ ἀπόῤῥητος, καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα, *Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη*· ἔνθα ὁ νυμφὼν ὁ πνευματικὸς, καὶ αἱ παστάδες τῶν οὐρανῶν, καὶ αἱ παρθένοι αἱ τὰς φαιδρὰς ἔχουσαι λαμπάδας, καὶ οἱ τὸ ἔνδυμα τοῦ γάμου ἔχοντες· ἔνθα πολλὰ τὰ ὑπάρχοντα [35] τοῦ Δεσπότου, καὶ τὰ ταμεῖα τὰ βασιλικά. Εἴδες ἡλίκα τὰ ἔπαθλα, καὶ ὅσα διὰ μιᾶς ῥήσεως [555] ἐπεδείξατο, καὶ πῶς πάντα συνεφόρησεν [36]; Οὕτω καὶ τῶν ἑξῆς ῥήσεων ἑκάστην ἀναπτύξαντες, πολλὴν εὑρήσομεν τὴν περιουσίαν, καὶ πέλαγος ἀχανές. Ἔτι οὖν ἀναβαλούμεθα [37], εἰπέ μοι, καὶ ὀκνήσομεν ἐλεεῖν τοὺς δεομένους; Μὴ, παρακαλῶ, ἀλλὰ κἂν πάντα ῥῦψαι δέῃ, κἂν εἰς πῦρ ἐμβληθῆναι, κἂν ξίφους κατατολμῆσαι, κἂν κατὰ μαχαιρῶν ἄλλεσθαι, κἂν ὁτιοῦν παθεῖν, πάντα φέρωμεν εὐκόλως, ἵνα τοῦ ἐνδύματος ἐπιτύχωμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τῆς ἀπορ�ῥήτου δόξης ἐκείνης· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[24] δὲ] οὖν G. H. [25] γάρ] Sic. L. Ecl. cæteri δέ. [26] τοῖς οἰκείοις] ἐκ τῆς οἰκίας Vien. τῆς οἰκίας, quod Savilio adrisit, diserte legitur in Ecl. [27] περισκόπει] σκόπει G. H. περισκόπησον Vien. Ecl. p. p. φησὶ om. G. [28] σοι deest in Edd. [29] καὶ τὸ δαψιλὲς K. L. M. [30] καὶ om. L. M. Ecl. [31] ταχὺ L. M. Vien. Ecl. [32] φῶς] καὶ φῶς G. καὶ πῶς L. Hæc καὶ τί ποτε ... φῶς non habent K. M. [33] αὐλὰς] πόλεις Ecl. τὰς πόλεις, τὰς βασιλικὰς σκηνάς L. [34] τῶν ποταμῶν G. Ecl. τὸν ποταμὸν M. [35] πολλὰ τὰ ὑπ.] τὰ πολλὰ ὑπ. L. τὰ παλάτια ὑπάρχει Ecl. [36] Sic codd. et Ecl. συνεφρόνησεν Sav. Mor. συνεφόρεσεν, quæ Savilii conjectura erat, tacite recepit Montef. [37] ἀναβαλλόμεθα G. K. οὐ βουλόμεθα (sic) L.

ΟΜΙΛΙΑ ΝΕ'.

Τότε ὁ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

α'. *Τότε*· πότε; Ὅτε ὁ Πέτρος εἶπεν, *Ἱλεώς σοι, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο*· καὶ ἤκουσεν, *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ.* Οὐδὲ γὰρ ἠρκέσθη τῇ ἐπιτιμήσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ περιουσίας βουλόμενος δεῖξαι τήν τε τῶν παρὰ τοῦ Πέτρου εἰρημένων ἀτοπίαν, καὶ τὸ κέρδος τὸ ἀπὸ τοῦ πάθους, φησί· Σύ μοι λέγεις, *Ἱλεώς σοι, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο*· ἐγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι οὐ μόνον τὸ ἐμὲ κωλῦσαι καὶ τῷ ἐμῷ πάθει δυσχεραίνειν, ἐπιβλαβές σοι καὶ ὀλέθριον, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ σωθῆναι δυνήσῃ, ἐὰν μὴ καὶ αὐτὸς εἰς τὸ ἀποθανεῖν ἧς παρεσκευασμένος διαπαντός. Ἵνα γὰρ μὴ ἀνάξιον αὐτοῦ τὸ παθεῖν εἶναι νομίσωσιν, οὐ διὰ τῶν πρατέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἐπαγομένων αὐτοὺς παιδεύει τοῦ πράγματος τὸ κέρδος. Ἐν μὲν οὖν τῷ Ἰωάννῃ φησίν· *Ἐὰν πεσὼν ὁ κόκκος τοῦ σίτου εἰς τὴν γῆν μὴ ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει·*

Digitized by Google

ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει· ἐνταῦθα δὲ ἐκ περιουσίας αὐτὸ γυμνάζων, οὐκ ἐφ' ἑαυτοῦ προάγει τὸν λόγον μόνον τὸν περὶ τοῦ δεῖν ἀποθνήσκειν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐκείνων. Τοσοῦτον γὰρ τοῦ πράγματος τούτου τὸ κέρδος, ὅτι καὶ ἐφ' ὑμῶν τὸ μὲν μὴ θέλειν ἀποθανεῖν, δεινόν· τὸ δὲ ἕτοιμον εἶναι πρὸς τοῦτο, ἀγαθόν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν διὰ τῶν ἔξῆς δηλοῖ, τέως δὲ ἐξ ἑνὸς αὐτὸ γυμνάζει μέρους. Καὶ ὅρα πῶς καὶ ἀκατανάγκαστον ποιεῖ τὸν λόγον. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, ὅτι Κἂν βούλησθε, κἂν μὴ βούλησθε, δεῖ τοῦτο ὑμᾶς παθεῖν· ἀλλὰ πῶς; *Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν.* Οὐ βιάζομαι, οὐκ ἀναγκάζω, ἀλλ' ἕκαστον κύριον τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως ποιῶ· διὸ καὶ λέγω, *Εἴ τις θέλει.* Ἐπὶ γὰρ ἀγαθὰ καλῶ, οὐχὶ ἐπὶ κακὰ καὶ ἐπαχθῆ, οὐκ ἐπὶ κόλασιν καὶ τιμωρίαν, ἵνα καὶ ἀναγκάσω. Καὶ γὰρ αὐτὴ τοῦ πράγματος ἡ φύσις ἱκανὴ ἐφελκύσασθαι. Ταῦτα δὲ λέγων ἐπεσπᾶτο[38] μειζόνως. Ὁ μὲν γὰρ βιαζόμενος ἀποτρέπει [556] πολλάκις· ὁ δὲ ἀφεὶς κύριον τὸν ἀκροατὴν εἶναι, μᾶλλον ἐφέλκεται. Βίας γὰρ δυνατώτερον θεραπεία. Διὸ καὶ αὐτὸς ἔλεγεν· *Εἴ τις θέλει.* Μεγάλα γάρ ἐστι, φησὶν, ἃ δίδωμι ὑμῖν ἀγαθά, καὶ τοιαῦτα, ὡς καὶ ἐπιτρέχειν ἑκόντας. Οὐδὲ γὰρ εἴ τις χρυσίον παρείχε, καὶ θησαυρὸν προετίθει[39], μετὰ βίας ἐκόλεσεν ἄν. Εἰ δὲ εἰς ἐκεῖνα οὐ μετὰ βίας, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθά. Εἰ γὰρ μὴ ἡ τοῦ πράγματος φύσις πείθει σε δραμεῖν, οὐδὲ λαβεῖν ἄξιος εἶ, οὐδ' ἂν λάβῃς, εἴσῃ καλῶς τὸ ληφθέν. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναγκάζει ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ προτρέπει, φειδόμενος ἡμῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐδόκουν πολλὰ διαθρυλλεῖν, ἰδίᾳ[40] θορυβούμενοι πρὸς τὸ εἰρημένον, φησίν· Οὐ χρεία θορύβου καὶ ταραχῆς. Εἰ μὴ νομίζετε μυρίων ἀγαθῶν αἴτιον εἶναι τὸ εἰρημένον, καὶ ἐφ' ὑμῶν συμβαῖνον, οὐ βιάζομαι, οὐδὲ ἀναγκάζω, ἀλλ' εἴ τις θέλει ἀκολουθεῖν, τοῦτον καλῶ. Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο νομίζετε εἶναι τὴν ἀκολούθησιν, ὃ ποιεῖτε νῦν ἑπόμενοί μοι. Πολλῶν ὑμῖν δεῖ πόνων, πολλῶν κινδύνων, εἰ μέλλοιτε ὀπίσω μου ἴέναι. Οὐ γὰρ δὴ, ὦ Πέτρε, ἐπειδὴ Υἱόν με ὡμολόγησας Θεοῦ, διὰ τοῦτο μόνον προσδοκᾷν ὀφείλεις στεφάνους, καὶ νομίζειν ἀρκεῖν εἰς σωτηρίαν σοι τοῦτο, καὶ ἀδείας λοιπὸν ἀπολαύειν, ὡς τὸ πᾶν ἐργασάμενος. Δύναμαι μὲν γὰρ, ἅτε Υἱὸς ὢν Θεοῦ, μηδὲ ἀφεῖναί σε πεῖραν τῶν δεινῶν λαβεῖν· οὐ βούλομαι δὲ διὰ σὲ, ἵνα καὶ αὐτός τι[41] συνεισενέγκῃς, καὶ δοκιμώτερος γένῃ. Οὐδὲ γὰρ εἴ τις ἀγωνοθέτης εἴη, καὶ φίλον ἀθλητὴν ἔχοι, βουληθείη ἂν χάριτι αὐτὸν στεφανῶσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων πόνων· καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα, ἐπειδὴ αὐτὸν φιλεῖ. Οὕτω καὶ ὁ Χριστός· οὓς μάλιστα φιλεῖ, τούτους μάλιστα βούλεται καὶ οἰκοθεν εὐδοκιμεῖν, οὐκ ἀπὸ τῆς αὐτοῦ βοηθείας μόνης. Ὅρα δὲ πῶς καὶ ἀνεπαχθῆ ποιεῖ τὸν λόγον. Οὐδὲ γὰρ εἰς αὐτοὺς περιίστησι μόνους[42] τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ[43] κοινὸν τὸ δόγμα τῇ οἰκουμένῃ προτίθησι λέγων· *Εἴ τις θέλει·* κἂν γυνὴ, κἂν ἀνὴρ, κἂν ἄρχων, κἂν ἀρχόμενος, ταύτην ἐρχέσθω τὴν ὁδόν. Καὶ δοκεῖ μὲν ἓν τι εἰρηκέναι, τρία δέ ἐστι τὰ λεγόμενα· τὸ, *Ἀπαρνησάσθω*[44] *ἑαυτὸν*, καὶ τὸ, *Ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ*, καὶ τὸ, *Ἀκολουθείτω μοι·* καὶ τὰ μὲν δύο συνέζευκται, τὸ δὲ ἓν καθ' ἑαυτὸ τέθειται. Ἀλλ' ἴδωμεν πρότερον τί ποτέ ἐστι τὸ ἀρνήσασθαι ἑαυτόν. Μάθωμεν πρότερον[45] τί ἐστιν ἀρνήσασθαι ἕτερον, καὶ τότε εἰσόμεθα τί ποτέ ἐστιν ἀρνήσασθαι[46] ἑαυτόν. Τί οὖν ἐστιν ἀρνήσασθαι ἕτερον; Ὁ ἀρνούμενος ἕτερον, οἷον ἢ ἀδελφὸν, ἢ οἰκέτην, ἢ ὀντιναοῦν[47], κἂν μαστιζόμενον ἴδῃ, κἂν δεσμούμενον, κἂν ἀπαγόμενον[48], κἂν ὁτιοῦν πάσχοντα, οὐ παρίσταται, οὐ βοηθεῖ, οὐκ ἐπικλᾶται, οὐ πάσχει τι πρὸς αὐτὸν, ἅτε ἅπαξ ἀπαλλοτριωθείς. [557] Οὕτω τοίνυν βούλεται τοῦ σώματος ἀφειδεῖν τοῦ ἡμετέρου, ἵνα κἂν μαστίζωσι, κἂν ἐλαύνωσι, κἂν καίωσι, κἂν ὁτιοῦν ποιῶσι, μὴ φεισώμεθα[49]. Τοῦτο γάρ ἐστι φείσασθαι. Ἐπεὶ καὶ οἱ πατέρες τότε φείδονται τῶν ἐγγόνων, ὅταν διδασκάλοις αὐτὰ παραδιδόντες, κελεύωσιν αὐτῶν μὴ φείδεσθαι. Οὕτω καὶ ὁ Χριστός· οὐκ εἶπε, Μὴ φεισάσθω[50] ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐπιτεταμένως, *Ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν*· τουτέστι, Μηδὲν ἐχέτω κοινὸν πρὸς ἑαυτὸν, ἀλλ' ἐκδιδότω τοῖς κινδύνοις, τοῖς ἀγῶσι, καὶ ὡς ἑτέρου ταῦτα πάσχοντος, οὕτω διακείσθω. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀρνησάσθω, ἀλλ', *Ἀπαρνησάσθω*· καὶ τῇ μικρᾷ ταύτῃ προσθήκῃ πολλὴν πάλιν ἐμφαίνων τὴν ὑπερβολήν. Καὶ γὰρ πλέον τοῦτο ἐκείνου ἐστί.

β'. *Καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ.* Τοῦτο ἐξ ἐκείνου γίνεται. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς, ὅτι μέχρι ῥημάτων καὶ ὕβρεων καὶ ὀνειδῶν δεῖ ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν, λέγει καὶ μέχρι πόσου ἀπαρνεῖσθαι ἑαυτὸν δεῖ· τουτέστι, μέχρι θανάτου, καὶ θανάτου ἐπονειδίστου. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, Ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν μέχρι θανάτου[51], ἀλλ' *Ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ*, τὸν ἐπονειδιστον θάνατον δηλῶν· καὶ ὅτι οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ ὅις, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου τοῦτο δεῖ ποιεῖν. Διηνεκῶς γὰρ, φησὶ, περίφερε τὸν θάνατον τοῦτον[52], καθ' ἡμέραν ἕτοιμος ἐσο πρὸς σφαγήν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ χρημάτων μὲν κατεφρόνησαν καὶ τρυφῆς καὶ δόξης, θανάτου δὲ οὐχ ὑπερεῖδον, ἀλλ' ἔδεισαν κινδύνους· ἐγὼ, φησὶ, καὶ μέχρις αἵματος παλαίειν τὸν ἀγωνιστὴν[53] βούλομαι τὸν ἐμὸν, καὶ ἕως σφαγῆς τὰ σκάμματα γίνεσθαι· ὥστε κἂν θάνατον ὑπομεῖναι δέῃ, κἂν θάνατον τὸν ἐπονειδιστον, κἂν θάνατον τὸν ἐπάρατον, κἂν ἐπὶ πονηρᾷ ὑπολήψει, πάντα γενναίως φέρειν[54], καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἀγάλλεσθαι. *Καὶ ἀκολουθείτω μοι.* Ἐπειδὴ γὰρ ἔστι καὶ πάσχοντα μὴ ἀκολουθεῖν, ὅταν μὴ δι' αὐτόν τις πάθῃ· (καὶ γὰρ λῃσται πολλὰ χαλεπὰ[55] πάσχουσι, καὶ τυμβωρύχοι καὶ γόητες·) ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι ἀρκεῖ τῶν δεινῶν ἡ φύσις, προστίθησι τὴν ὑπόθεσιν τῶν δεινῶν. Τίς δέ ἐστιν αὕτη; Ἵνα ταῦτα ποιῶν καὶ πάσχων αὐτῷ ἀκολουθῇς· ἵνα δι' αὐτὸν πάντα ὑπομένῃς· ἵνα καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἔχῃς. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο δηλοῖ τὸ, *Ἀκολουθείτω μοι*· ὥστε μὴ μόνον ἀνδρείαν τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς, ἀλλὰ καὶ σωφροσύνην, καὶ ἐπιείκειαν, καὶ πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι φιλοσοφίαν. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἀκολουθεῖν ὡς χρὴ, τὸ καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τὸ δι' αὐτὸν πάντα πάσχειν. Εἰσὶ γὰρ οἱ τῷ διαβόλῳ ἀκολουθοῦντες καὶ ταῦτα πάσχουσι, καὶ δι' ἐκεῖνον τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐκδιδόασιν· ἀλλ' ἡμεῖς διὰ τὸν Χριστὸν, μᾶλλον δὲ δι' ἡμᾶς αὐτούς· ἐκεῖνοι μὲν, ἵνα ἑαυτοὺς βλάψωσι καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ· ἡμεῖς δὲ, ἵνα κερδήσωμεν ἑκατέραν τὴν ζωήν. Πῶς οὖν οὐκ ἰσχάτης βλακείας, μηδὲ τὴν αὐτὴν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐπιδείκνυσθαι ἀνδρείαν, καὶ ταῦτα τοσούτους μέλλοντας[56] καρποῦσθαι στεφάνους; Καίτοιγε ἡμῖν μὲν καὶ ὁ Χριστὸς πάρεστι βοηθῶν, [558] ἐκείνοις δὲ οὐδείς. Εἶπε μὲν οὖν ἤδη καὶ τοῦτο τὸ ἐπίταγμα, ὅτε ἔπεμπεν αὐτοὺς λέγων· *Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλ-*

[38] ἐπεσπάσατο Edd. [39] Sic in codd. προστίθει Edd. Correxit e suo cod. Editor Ben. 2da. [40] καὶ ἰδίᾳ G. K. M. [41] τι om. G. K. M. ἵνα τι καὶ αὐτὸς L. [42] μόνον K. L. [43] καὶ om. M. Ep. p. p. προστίθησι G. M. invitis Ep. et Interp. [44] ἀπαρνήσασθαι et p. p. ἄραι G. [45] πρότερον om. G. H. K. [46] τὸ ἀρνήσασθαι iidem. [47] οἷόν τινα οὖν G. M. invito Ep. [48] Hæc κἂν ἀπαγόμενον solus meorum habet L. ex quo codice, ni fallor, in textum recepit Montef. Huic accedit Ep. qui post δεσμούμενον sic pergit: κἂν ἐπὶ θάνατον ἀγόμενον, οὐ παρίσταται. Infra κἂν καίωσι om. G. H. [49] φειδώμεθα H. K. L. [50] φείσασθαι G. Mox ἐκδότω G. [51] ἀπαρνησάσθω . . . θανάτου] ἀράτω τὸν θάνατον αὐτοῦ K. L. Alterum vertit Interp. [52] τοῦτον om. M. Etiam in Ben. deest, sed operarum vitio. [53] ἀνταγωνίστην K. M. γίνεσθαι] τείνεσθαι H. [54] Edelatur πάντα δεῖ γενναίως φ. δεῖ om. G. K. M. post φέρειν habet L. [55] χαλεπὰ] Sic Ep. χαλεπώτερα G. καὶ χαλεπώτερα H. [56] μέλλοντες G. L.

Digitized by Google

quod talia pateretur, non prioribus tantum verbis, sed etiam sequentibus rei utilitatem docet. Apud Joannem quidem dicit : *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet ; sin autem mortuum fuerit, multum fructum affert* (*Joan.* 12. 24. 25) ; hic vero copiosius rem tractans, non de se solum morte consummando loquitur, sed id etiam ad discipulos extendit. Tantum est enim rei lucrum, ut vobis ipsis, si mori nolitis, id damnosum vobis sit : contra vero, si ad illud bonum parati sitis. Sed hoc in sequentibus ostendit, interimque illud una ex parte examinat. Ac vide quomodo nullam imponat necessitatem. Neque enim dixit, Velitis, nolitis, id vos pati oportet : sed quomodo ? *Si quis vult post me venire.* Non vim infero, non necessitatem impono, sed unius cujusque arbitrio id relinquo : ideo dico, *Si quis vult.* Ad bona voco ; non ad mala et onerosa, non ad supplicium et pœnas, ut cogam. Nam ipsa rei natura potest ad id pertrahere. Hæc porro dicens magis alliciebat. Nam qui vim infert, sæpe avertit ; qui vero rem auditoris arbitrio relinquit, magis attrahit ; potentior quippe est mitis rei expositio, quam violentia. Ideo dicebat ille, *Si quis vult.* Magna quippe sunt, inquit, quæ vobis offero bona, et talia, ut ad ea sponte curratur. Neque enim si quis aurum præberet, et thesaurum exponeret, cum violentia vocaret ; si vero ad hæc sine violentia itur, multo magis ad cælestia bona. Nisi enim ipsa rei natura tibi persuadeat ut accurras, jam dignus non es qui accipias ; neque, si acceperis, recte scias acceptæ rei pretium. Ideo non cogit Christus, sed hortatur, indulgens nobis. Quia enim multa insusurrabant, ex illo dicto turbati, dicit illis : Non est opus turbatione et strepitu. Si non putatis id quod dixi, si vobis quoque contingat, innumerabilium bonorum esse causam, non vim infero, non cogo, sed eum qui sequi velit voco. Ne putetis autem sequi me, illud esse quod vos nunc facitis, cum me sequimini. Multis erit vobis opus laboribus, multis periculis si post me venturi sitis. Non enim, o Petre, quia nunc me Filium Dei confessus es, ideo tantum debes coronas exspectare, et putare id tibi esse ad salutem satis, atque tranquille postea degere, ac si totum perfeceris. Possum enim, utpote Dei Filius, te a malorum experimento eximere ; nolo autem tui gratia, ut et ipse aliquid de tuo conferas, ac probatior evadas. Neque enim agonotheta quis dilectum habens athletam, velit umquam illum ex mera gratia coronare, sed ex propriis id præstare cupit laboribus, ideoque maxime, quia ipsum diligit : sic et Christus quos maxime diligit, hos vult suo merito esse conspicuos [1], non autem ex sola sua ope. Vide autem quomodo orationem non onerosam proferat. Neque enim in illis tantum mala circumscribit, sed et commune toti orbi dogma exhibet dicens : *Si quis vult*, sive mulier, sive vir, sive princeps, sive subditus, hanc ingrediatur viam. Videturque unum tantum dixisse, sed tria proposit : abnegare semetipsum, tollere crucem suam, et ipsum sequi ; duo autem conjuncta sunt, tertium solum proponitur. Sed primo videamus quid sit abnegare semetipsum. Prius discamus quid sit abnegare alterum, et tunc sciemus quid sit abnegare semetipsum. Qui abnegat alterum, sive fratrem, sive servum, sive alium quempiam, etsi flagellatum viderit, etsi vinctum, etsi ad mortem abductum, etsi quidvis aliud patientem, non adest, non auxiliatur, non animo frangitur, non ejus causa patitur, utpote qui ab eo abalienatus sit. Sic itaque vult nos nullo modo corpori parcere, ut sive flagellent, sive pellant, sive urant, sive aliud quidvis faciant, non nobis parcamus. Illud enim est parcere. Nam etiam patres filiis tunc maxime parcunt, cum magistris tradentes, mandant ne parcant eis. Ita et Christus : non dixit ne parcat sibi, sed quod gravius est, *Abneget semetipsum* : id est, Nihil cum seipso commune habeat, sed periculis se dedat et certaminibus, atque ita sit affectus, ut si alius id pateretur. Nec dixit, Neget, sed, *Abneget* ; hoc parvo additamento vim magnam dictioni affert. Nam abnegare multo plus est quam negare.

2. *Et tollat crucem suam.* Hoc ex illo sequitur. Ne putes enim, ad verba usque tantum et contumelias et opprobria abnegare seipsum oportere : dicit quousque abnegare semetipsum oporteat ; id est, usque ad mortem, et mortem turpissimam. Idcirco non dixit, Abneget semetipsum usque ad mortem, sed, *Tollat crucem suam*, turpissimam mortem declarans ; et quod non semel, aut bis, sed per totam vitam id faciendum sit. Perpetuo, inquit, hanc mortem circumferas, et quotidie ad necem paratus sis. Quia enim multi opes contempserunt et voluptatem et gloriam, mortem vero non spreverunt, at timuerunt pericula : ego, inquit, athletam meum volo ad mortem usque pugnare, et certamina ad sanguinem usque peragi. Itaque si mortem obire oporteat, et mortem turpissimam, mortemque exsecrandam, etiamsi, pro prava quadam suspicione, omnia oportet fortiter ferre, et ideo maxime exsultare. *Et sequatur me.* Quia enim fieri potest ut qui patitur non sequatur Christum, cum non patitur propter ipsum (nam latrones, sepulcrorum expilatores et præstigiatores multa et graviora patiuntur), ne putes, sufficere ipsam malorum naturam, causam malorum addit. Quænam illa est ? Ut hæc agens et patiens ipsum sequaris ; ut propter ipsum omnia patiaris, et reliquas virtutes obtineas. Nam id significat illud, *Sequatur me ;* ita ut non modo fortitudinem in ærumnis, sed et continentiam, æquitatem, omnemque philosophiam exhibeas. Illud enim est ut oportet sequi : et alias curare virtutes, et propter ipsum omnia pati. Sunt enim qui diabolum sequuntur, et hæc patiuntur, et propter illum animas suas produnt ; sed nos propter Christum, imo propter nos ipsos. Illi, ut sibi ipsis et hic et illic noceant ; nos, ut utramque vitam lucremur. Quomodo ergo non summæ fuerit ignaviæ non tantam fortitudinem exhibere, quantam ii qui pereunt exhibent, et hæc, cum tot coronis donari debeamus ? Atqui nobis adest Christus auxiliator, illis nemo. Hoc porro præceptum man-

[1] Alii, *esse beatos.*

Digitized by Google

duxit, cum misit eos dicens : *In viam gentium ne abieritis. Mitto* enim *vos sicut oves inter lupos. Et ad præsides et reges ducemini* (*Matth.* 10. 5. 16. 17); nunc autem illud gravius et acrius expressit. Tunc enim mortem tantum dicebat : hic vero etiam crucis mentionem fecit, et crucis perpetuæ : nam ait, *Tollat crucem suam* ; id est, Ferat semper, et portet. Illud porro facere solebat ubique, non ab initio et exordio, sed sensim et paulatim majora præcepta inducens, ne auditores rei gravitate turbarentur. Deinde, quia id quod dictum fuerat, durum esse videbatur, vide quomodo in sequentibus leniat illud, ponatque præmia sudores superantia ; neque præmia tantum, sed nequitiæ supplicia : in quibus magis versatur, quam in aliis, quoniam non ita bonorum dona, ut pœnarum comminationes, multos ad sanam mentem reducere solent. Animadverte porro quomodo hinc incipiat et in idipsum desinat. 25. *Quicumque enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam : quicumque perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* 26. *Quid enim prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* Id est : Non quod vobis non parcam, imo maxime parcens hæc præcipio. Nam qui parcit filio suo, perdit illum ; qui non parcit, servat eum. Quod etiam sapiens quidam dicebat : *Si percusseris filium tuum virga, non morietur : animam autem ejus a morte eripies* (*Prov.* 23. 14); ac rursum, *Qui refrigerat filium suum, ligabit vulnera ejus* (*Eccli.* 30. 1) : hoc etiam in exercitu fit. Nam si dux parcens militibus, intus jubeat semper manere, tam milites quam alios simul corrumpit. Ne igitur etiam vobis illud contingat, inquit, oportet vos perpetuam ad mortem esse paratos. Nam et grave bellum mox excitabitur : ne ergo intus sedeas, sed exi et pugnato ; si in acie ceciderit, tunc vitam invenisti. Nam si in hisce bellis sensilibus, qui promptus et paratus ad cædem est, hic præclarus inter cæteros et invictus habetur, inimicis formidolosus est, quamquam si moriatur, non possit eum Imperator suscitare, pro quo arma cepit : multo magis in hisce bellis, ubi spes resurrectionis habetur, qui animam suam ad mortem exponit, inveniet eam : primo, quia non cito vincetur ; secundo, quia etsi ceciderit, ad meliorem vitam perducit eam.

3. Deinde quia dixit : *Qui vult animam suam salvam facere, perdet eam, et quicumque perdet, salvabit :* hic et illic salutem et perditionem posuit, ne quis utramque vel perditionem vel salutem æqualem esse putet, sed clare discat, tantum esse illam inter et hanc salutem discrimen, quantum inter perditionem et salutem ; et ex contrariis hæc ita comprobat : *Quid enim prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* Viden' quomodo salus contra jus fasque comparata, et perditio est, et omni perditione deterior, utpote quæ sit insanabilis, quod nihil sit ultra, quo ea possit redimi? Nec dicas, inquit, animam suam servasse qui talia pericula evaserit ; sed cum anima ejus pone etiam totum orbem. Quid hinc plus habebit illa perdita? Dic enim mihi, si famulos tuos videres in deliciis esse, teque in extremis malis, an quia dominus es, hinc quidpiam te lucrari putares? Nequaquam. Hoc ipsum de anima cogita, cum carne in deliciis et divitiis agente, illa futuram perniciem exspectat. *Quam autem dabit homo commutationem pro anima sua?* Rursus eadem in re insistit. Nam aliam, inquit, animam habes, quam des pro anima tua? Pecunias enim si perdideris, alias pro amissis potes supplere ; itemque si domum, si servos, si quamvis aliam possessionem : animam vero si perdideris, aliam non poteris dare animam : sed etiamsi mundum habeas, etiamsi rex orbis sis, nec si omnia quæ in orbe sunt, imo nec si ipsum orbem poneres, posses vel animam unam redimere. Ecquid mirum si in anima ita sit, cum et in corpore idipsum perspicere liceat? Etiamsi mille diadematibus insignitus esses, si corpus haberes morbidum et incurabile, non posses, toto regno in mercedem dato, sanitatem corporis restituere, etiamsi mille corpora adjiceres, urbes atque pecunias. Sic etiam de anima cogita ; imo multo magis de anima, omnibusque aliis relictis, operam totam in illam conferas.

4. *Ad eos qui salutem animæ negligunt. Gloria et substantia una Patris et Filii.* — Ne itaque de alienis sollicitus, teipsum et tua negligas : id quod nunc omnes faciunt, similes iis qui in metallis laborant, qui nihil utilitatis vel divitiarum ex hoc labore carpunt ; sed multum detrimenti, quoniam frustra periclitantur et pro aliis periclitantur, nihil ex sudoribus et ex morte, quam plerumque obeunt, fructus referentes. Hos multi nunc imitantur, qui aliis divitias quærunt ; imo his miseriores sunt, quod post tot labores gehenna nos exspectet. Illis enim sudorum finem mors affert : nobis autem initium mille malorum mors est. Quod si dicas, te divitem tuis frui laboribus, ostende animam lætam et hilarem, et tunc id credam. Omnium quippe quæ in nobis sunt princeps est anima : quod si corpus illa tabescente pinguescit, nihil tibi utilitatis affert illa abundantia : sicut enim ancilla lætante, nihil ad heram pereuntem ancillæ prosperitas affert, nec quid confert vestium ornatus ad carnis infirmitatem ; sed rursum dicet tibi Christus : *Quam dabit homo commutationem pro anima sua?* præcipitque tibi semper, ut ad illam servandam verseris, illamque cures solam. Postquam igitur his verbis terrorem incussit, bonorum promissione consolatur, his verbis : 27. *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris cum sanctis angelis suis, et tunc reddet unicuique secundum opera ejus.* Viden' quomodo gloria sit una Patris et Filii? Quod si gloria una, manifestum est substantiam quoque unam esse. Nam si in substantia una, differentia est gloriæ (*Alia* quippe *est gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum : stella enim a stella differt in gloria* [1 *Cor.* 15. 41], et tamen una est substantia), quomodo eorum, quorum gloria una est, substantia diversa esse

Digitized by Google

θητε· (Ἀποστέλλω [67] γὰρ ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων, φησί· καὶ, Ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε·) νυνὶ δὲ ἐπιτεταμένως μᾶλλον καὶ αὐστηρότερον. Τότε μὲν γὰρ θάνατον εἶπε μόνον· ἐνταῦθα δὲ καὶ σταυροῦ ἐμνημόνευσε, καὶ σταυροῦ διηνεκοῦς. Ἀράτω γάρ, φησὶ, τὸν σταυρὸν αὐτοῦ· τουτέστι, Βασταζέτω διηνεκῶς, καὶ φερέτω [68]. Καὶ τοῦτο ποιεῖν εἴωθε πανταχοῦ, οὐκ ἐξ ἀρχῆς, οὐδὲ ἐκ προοιμίων, ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν τὰ μείζονα τῶν παραγγελμάτων εἰσάγων, ἵνα μὴ ξενίζωνται οἱ ἀκούοντες. Εἶτα, ἐπειδὴ σφοδρὸν ἐδόκει εἶναι τὸ εἰρημένον, ὅρα πῶς αὐτὸ διὰ τῶν ἑξῆς παραμυθεῖται, καὶ τίθησιν ἔπαθλα ὑπερβάλλοντα τοὺς ἰδρῶτας· καὶ οὐκ ἔπαθλα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς κακίας ἐπίχειρα. Καὶ γὰρ τούτοις ἐνδιατρίβει μᾶλλον, ἢ ἐκείνοις· ἐπειδήπερ οὐχ οὕτως ἡ τῶν ἀγαθῶν δόσις, ὡς ἡ τῶν αὐστηρῶν ἀπειλὴ τοὺς πολλοὺς σωφρονίζειν εἴωθε. Σκόπει γοῦν [69] πῶς καὶ ἐντεῦθεν ἄρχεται, καὶ εἰς τοῦτο τελευτᾷ. Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει, φησὶν, αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν [70] ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ [71]; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα ὑπὲρ [72] τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐκ ἀφειδῶν ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα φειδόμενος, ταῦτα ἐπιτάττω. Καὶ γὰρ ὁ φειδόμενος τοῦ παιδίου αὐτοῦ, ἀπόλλυσιν αὐτό· ὁ δὲ μὴ φειδόμενος, διασώζει. Ὅ καί τις σοφὸς ἔλεγεν, ὅτι Ἐὰν παίσῃς τὸν υἱόν σου ῥάβδῳ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ θανάτου ῥύσῃ· καὶ πάλιν, Ὁ περιψύχων τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καταδήσει τραύματα αὐτοῦ. Τοῦτο καὶ ἐπὶ στρατοπέδου γίνεται. Ἂν γὰρ ὁ στρατηγὸς, φειδόμενος τῶν στρατιωτῶν, ἔνδον κελεύῃ μένειν διαπαντὸς, καὶ τοὺς ἔνδον αὐτοῖς προσαπολεῖ [73]. Ἵν' οὖν μὴ καὶ ἐφ' ὑμῶν τοῦτο συμβαίνῃ, φησὶ· Δεῖ πρὸς τὸν διηνεκῆ θάνατον ὑμᾶς παρατετάχθαι. Καὶ γὰρ καὶ νῦν πόλεμος ἀναρριπίζεσθαι μέλλει χαλεπός. Μὴ τοίνυν καθίσῃς [74] ἔνδον, ἀλλ' ἐξέρχου καὶ πολέμει· κἂν πέσῃς ἐν τῇ παρατάξει, τότε ἔζησας. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν πολέμων ὁ παρατεταγμένος εἰς σφαγὴν, οὗτος τῶν ἄλλων εὐδοκιμώτερος καὶ ἀνάλωτος μᾶλλον [75], καὶ τοῖς πολεμίοις φοβερώτερος, καίτοιγε μετὰ θάνατον οὐκ ἰσχύοντος αὐτὸν ἀναστῆσαι τοῦ βασιλέως, ὑπὲρ οὗ τὰ ὅπλα τίθεται· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν πολέμων τούτων, ὅτε καὶ ἀναστάσεως ἐλπίδες τοσαῦται, ὁ προβαλλόμενος εἰς θάνατον τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, εὑρήσει αὐτήν· ἐνὶ μὲν τρόπῳ, ὅτι οὐ ταχέως ἀλώσεται· δευτέρῳ δὲ, ὅτι κἂν πέσῃ, ἐπὶ μείζονα αὐτὴν χειραγωγήσει ζωήν.

γ'. Εἶτα ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι Ὃ θέλων σῶσαι, ἀπολέσει αὐτὴν, ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ, σώσει, κἀκεῖ σωτηρίαν καὶ ἀπώλειαν, καὶ ἐνταῦθα σωτηρίαν καὶ ἀπώλειαν τέθεικεν· ἵνα μὴ νομίσῃ τις ἴσην εἶναι τὴν ἀπώλειαν ταύτην κἀκείνην, καὶ τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ μάθῃ σαφῶς, ὅτι τοσοῦτον ἐκείνης τῆς σωτηρίας καὶ [559] ταύτης τὸ μέσον, ὅσον ἀπωλείας καὶ σωτηρίας· καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων καθάπαξ ἐπάγει ταῦτα κατασκευάζων. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, φησὶν, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; Εἶδες πῶς ἡ παρὰ τὸ δέον αὐτῆς σωτηρία, ἀπώλεια, καὶ ἀπωλείας ἀπάσης χείρων [76], ἅτε καὶ ἀνίατος οὖσα, τῷ μηδὲν εἶναι λοιπὸν τὸ ἐξωνούμενον αὐτήν; Μὴ γάρ μοι λέγε τοῦτο, φησὶν, ὅτι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔσωσεν ὁ κινδύνους διαφυγὼν τοὺς τοιούτους, ἀλλὰ μετὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ θὲς καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν [77], καὶ τί τὸ πλέον ἐντεῦθεν αὐτῷ ἐκείνης ἀπολλυμένης; Εἰπὲ γάρ μοι, εἰ τοὺς οἰκέτας ἴδιος τοὺς σοὺς ἐν τρυφῇ, σαυτὸν δὲ ἐν κακοῖς ἐσχάτοις, ἆρα κερδανεῖς ἐκ τοῦ δεσπότης εἶναί τι; Οὐδαμῶς. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς λογίζου, ὅταν τῆς σαρκὸς τρυφώσης καὶ πλουτούσης, αὕτη τὴν μέλλουσαν ἀπώλειαν ἀναμένῃ. Τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Πάλιν ἐπιμένει τῷ αὐτῷ. Μὴ γὰρ ἑτέραν ψυχὴν ἔχεις δοῦναι ἀντὶ ψυχῆς; φησί. Χρήματα μὲν γὰρ ἂν ἀπολέσῃς, δυνήσῃ δοῦναι χρήματα· κἂν οἰκίαν, κἂν ἀνδράποδα, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον τῶν κτημάτων· ψυχὴν δὲ ἂν ἀπολέσῃς [78], ἑτέραν οὐ δυνήσῃ ἐπιδοῦναι ψυχήν· ἀλλὰ κἂν τὸν κόσμον ἔχῃς, κἂν βασιλεὺς τῆς οἰκουμένης ᾖς, οὐκ οἷός τε ἔσῃ τὰ τῆς οἰκουμένης πάντα καταβαλὼν μετὰ τῆς οἰκουμένης αὐτῆς, ψυχὴν ἀγοράσαι μίαν. Καὶ τί θαυμαστὸν εἰ ἐπὶ ψυχῆς τοῦτο συμβαίνει; Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ σώματος τοῦτο γινόμενον ἴδοι τις ἄν. Κἂν μυρία διαδήματα περικείμενος ᾖς, σῶμα δὲ ἔχῃς ἐπίνοσον φύσει καὶ ἀνιάτως ἔχον, οὐ δυνήσῃ, κἂν τὴν βασιλείαν ἅπασαν ἐπιδῷς, τὸ σῶμα διορθῶσαι τοῦτο, κἂν μυρία σώματα προσθῇς, καὶ πόλεις, καὶ χρήματα. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς λογίζου· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον ἐπὶ τῆς ψυχῆς· καὶ πάντα τὰ ἄλλα ἀφεὶς, εἰς ταύτην ἅπασαν ἀνάλισκε τὴν σπουδήν.

δ'. Μὴ δὴ τῶν ἀλλοτρίων φροντίζων, ἀμέλει σαυτοῦ καὶ τῶν σῶν· ὃ νῦν ἅπαντες ποιοῦσιν, ἐοικότες τοῖς τὰ μέταλλα ἐργαζομένοις. Οὐδὲ γὰρ ἐκείνοις ὄφελος τῆς ἐργασίας ταύτης, οὐδὲ τοῦ πλούτου· ἀλλὰ καὶ πολὺ τὸ βλάβος, ὅτε τε κινδυνεύουσιν εἰκῇ, καὶ ὅτι ἑτέροις κινδυνεύουσιν, οὐδὲν ἐκ τῶν ἰδρώτων ἐκείνων καὶ τῶν θανάτων καρπούμενοι. Τούτους καὶ νῦν εἰσι πολλοὶ οἱ μιμούμενοι, οἱ ἑτέροις μεταλλεύοντες πλοῦτον· μᾶλλον δὲ καὶ τούτων ἀθλιώτεροι, ὅσῳ καὶ γέεννα ἡμᾶς ἀναμένει μετὰ τοὺς πόνους τούτους. Ἐκείνους μὲν γὰρ ἴστησι τῶν ἰδρώτων ἐκείνων ὁ θάνατος· ἡμῖν δὲ ἀρχὴ μυρίων κακῶν ὁ θάνατος γίνεται. Εἰ δὲ λέγοις [79], ὅτι ἀπολαύσεις τῶν σῶν πόνων πλουτῶν, δεῖξον τὴν ψυχὴν εὐφρανθεῖσαν, καὶ τότε πείθομαι. Τῶν γὰρ ἐν ἡμῖν κυριώτερον ἡ ψυχή. Εἰ δὲ τὸ σῶμα πλαίνεται, τηκομένης ἐκείνης, οὐδὲν αὕτη πρὸς σὲ ἡ εὐθηνία [80]· ὥσπερ οὖν τῆς δούλης εὐφραινομένης, οὐδὲν πρὸς τὴν δέσποιναν ἀπολλυμένην ἡ τῆς θεραπαινίδος εὐημερία, οὐδὲ ἡ [560] τῆς στολῆς εὐκοσμία πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς ἀσθένειαν· ἀλλ' ἐρεῖ σοι πάλιν ὁ Χριστός· Τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; ἄνω καὶ κάτω περὶ ἐκείνην σε στρέφεσθαι κελεύων, καὶ αὐτῆς μόνης ποιεῖσθαι λόγον. Φοβήσας τοίνυν ἐντεῦθεν, καὶ ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν παραμυθεῖται. Μέλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, φησὶν, ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγίων [81] ἀγγέλων αὐτοῦ, καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα [82] αὐτοῦ. Εἶδες πῶς δόξα μία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ; Εἰ δὲ δόξα μία, εὔδηλον ὅτι καὶ οὐσία μία. Εἰ γὰρ ἐν οὐσίᾳ μιᾷ διαφορὰ δόξης (Ἄλλη γὰρ δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ, καίτοι μιᾶς οὔσης οὐσίας), πῶς ἂν ὧν ἡ δόξα μία, ἡ οὐσία ἑτέρα νομισθείη [83]; Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ἐν δόξῃ τοιαύτῃ οἵᾳ

[67] ἀποστελῶ K. M. p. p. φησὶ deest in Edd. [68] βαστασζέτω, φερέτω διηνεκῶς K. L. M. [69] γοῦν] δέ G. H. Mox φησὶν om. K. post θέλῃ collocant L. M. [70] τὴν ψ. αὐτοῦ K. L. M. p. p. ὠφελεῖται L. M. [71] τὴν δὲ ψ. αὐτοῦ ζ. K. L. M. Cum his codd. conspirat unus Mosq. [72] ὑπέρ om. M. 2 Mosqq. [73] προσαπολλύει G. H. p. p. ἐφ' ὑμῖν H. ἐφ' ἡμῖν G. [74] καθῆσο L. M. [75] καὶ ἀν. μᾶλλον] μᾶλλον καὶ ἀν. ἐστι G. H. p. p. φοβερώτατος idem. [76] χεῖρον K. L. M. p. p. οὖσα om. K. M. [77] ἅπασαν] add. κερδανεῖ H. θὲς ὅτι καὶ τὴν οἰκ. ἅπ. ὅτι κερδανεῖ M. [78] ἂν ἀπολέσῃς] ἀπολλὺς L. ὁ ἀπολλὺς Ep. [79] λέγεις Edd. Deinde ἀπολαύσεις K. et τῶν πόνων τῶν σῶν K. L. M. [80] εὐθηνία] Sic G. K. M. [lacunam hic habet L.] rerum copia Ge. Edebatur εὐθυμία. [81] ἁγίων om. K. L. M. 1 Mosq. [82] τα ἔργα] Sic Mosqq. τὴν πρᾶξιν K. L. M. τὰ ἔργα καὶ τὴν πρᾶξιν G. [83] νοηθείη L. Optativum νομισθείη de meo dedi pro eo quod in Edd. et codd. legitur, νομισθῇ.

Digitized by Google

β'. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον Ἠλίαν αὐτὸν ὀνομάζει πανταχοῦ, ἀλλ' ἵνα δείξῃ σφόδρα αὐτὸν τῇ Παλαιᾷ συμβαίνοντα, καὶ κατὰ προφητείαν καὶ τὴν παρουσίαν ταύτην οὖσαν. Διὸ καὶ ἐπάγει πάλιν, ὅτι *Ἦλθε, καὶ οὐκ ἔγνωσαν αὐτὸν, ἀλλ' ἐποίησαν εἰς αὐτὸν πάντα ὅσα ἠθέλησαν.* Τί ἐστι, *Πάντα* [89] *ὅσα ἠθέλησαν;* Ἐνέβαλον εἰς δεσμωτήριον, ὕβρισαν, ἀπέκτειναν, ἤνεγκαν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ πίνακος. *Οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν.* Ὁρᾷς πῶς πάλιν εὐκαίρως αὐτοὺς ἀναμιμνήσκει τοῦ πάθους, ἀπὸ τοῦ πάθους τοῦ Ἰωάννου πολλὴν αὐτοῖς προξενῶν τὴν παραμυθίαν; Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ θαύματα εὐθέως ἐργάσασθαι μεγάλα. Καὶ γὰρ ἡνίκα ἂν περὶ τοῦ πάθους διαλέγηται, εὐθέως θαυματουργεῖ, καὶ μετὰ τοὺς λόγους, καὶ πρὸ τῶν λόγων τούτων· καὶ πολλαχοῦ τοῦτο παρατηρήσαντα [90] ἔστιν εὑρεῖν. *Τότε γοῦν, φησὶν, ἤρξατο δεικνύειν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ πολλὰ παθεῖν. Τότε, πότε;* Ὅτε ὡμολογήθη Χριστὸς καὶ Υἱὸς εἶναι τοῦ [91] Θεοῦ. Πάλιν ἐν τῷ ὄρει, ὅτε τὴν θαυμαστὴν αὐτοῖς ἔδειξεν ὄψιν, καὶ περὶ τῆς δόξης αὐτοῦ διελέχθησαν οἱ προφῆται, ἀνέμνησεν αὐτοὺς τοῦ πάθους. Εἰπὼν γὰρ τὴν κατὰ Ἰωάννην ἱστορίαν, ἐπήγαγεν· *Οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν.* Καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν, ὅτε τὸν δαίμονα ἐξέβαλεν, ὃν οὐκ ἴσχυσαν οἱ μαθηταὶ ἐκβαλεῖν. Καὶ γὰρ καὶ τότε, *Ἀναστρεφομένων αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ,* φησὶν, *εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι μέλλει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν* [92], *καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.* Τοῦτο δὲ ἔποιει, τῷ μεγέθει τῶν θαυμάτων τὴν ὑπερβολὴν τῆς λύπης ὑποτεμνόμενος, καὶ παντὶ τρόπῳ αὐτοὺς παραμυθούμενος, ὥσπερ καὶ ἐνταῦθα τῇ μνήμῃ τοῦ θανάτου Ἰωάννου πολλὴν αὐτοῖς παρεῖχε τὴν παράκλησιν. Εἰ δὲ λέγοι τις· Τίνος ἕνεκεν μὴ καὶ νῦν τὸν Ἠλίαν ἀναστήσας ἔπεμψεν, εἴ γε τοσαῦτα αὐτοῦ μαρτυρεῖ τῇ παρουσίᾳ ἀγαθά; ἐροῦμεν, ὅτι καὶ νῦν τὸν Χριστὸν νομίζοντες Ἠλίαν εἶναι, οὐκ ἐπίστευον αὐτῷ [93]. *Οἱ μὲν γὰρ, φησὶν, Ἠλίαν σε λέγουσιν, οἱ δὲ Ἱερεμίαν.* Καὶ Ἰωάννου δὲ καὶ Ἠλίου οὐδὲν ἦν τὸ μέσον, ἢ ὁ χρόνος μόνος. Πῶς οὖν τότε πιστεύσουσι [94]; φησί. Καὶ γὰρ ἀποκαταστήσει πάντα, οὐ διὰ τὸ γνώριμος εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ [95] διαταθῆναι μέχρι τῆς [578] ἡμέρας ἐκείνης ἐπὶ πλέον τοῦ Χριστοῦ τὴν δόξαν, καὶ παρὰ πᾶσιν εἶναι τοῦ ἡλίου φανερωτέραν. Ὅταν οὖν τοσαύτης προλαβούσης ὑπολήψεως καὶ προσδοκίας, ἔλθῃ ἐκεῖνος τὰ αὐτὰ κηρύττων τούτῳ, καὶ ἀναγγέλλων καὶ αὐτὸς τὸν Ἰησοῦν, εὐκολώτερον δέξονται τὰ λεγόμενα. Ὅταν δὲ εἴπῃ, *Οὐκ ἔγνωσαν αὐτὸν,* καὶ ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν [96] ἀπολογεῖται. Καὶ οὐ ταύτῃ αὐτοὺς μόνον παραμυθεῖται, ἀλλὰ καὶ τῷ δεῖξαι ἀδίκως παρ' αὐτῶν πάσχοντα ἅπερ πάσχει, καὶ τῷ τὰ λυπηρὰ δύο συγκαλύψαι σημείοις, τῷ τε ἐν τῷ ὄρει, καὶ τῷ μέλλοντι γίνεσθαι. Ταῦτα δὲ ἀκούσαντες, οὐκ ἐρωτῶσιν αὐτὸν, πότε ἔρχεται Ἠλίας, ἢ τῇ ἀθυμίᾳ πιεζόμενοι τοῦ πάθους, ἢ δεδοικότες. Πολλαχοῦ γὰρ ὅταν ἴδωσι μὴ βουλόμενόν τι σαφῶς εἰπεῖν, σιγῶσι λοιπόν. Ὅτε γοῦν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ διατριβόντων εἶπε, *Μέλλει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν,* ἐπήγαγεν [97], ὁ Μάρκος μὲν, ὅτι

[84] Sic vulgo; K. L. M. οὕτως. [85] τουτέστι om. G K. L. M. διορθώσεται] Sic L. διορθῶσαι M. διορθῶσαί τε G. H. K. διορθώσει Edd. [86] ἐν om. L. 1 Mosq. [87] ὅτι] add. αὐτός ἐστιν Edd. invitis codd. et Ep. ὅτι om. L. Ep. [88] καλεῖ] Sic H. Ep. cæteri καλῶν. Hoc edidit Sav. sed intrusis post ἔρχεσθαι verbis Ἰωάννην λέγει. [89] πάντα om. K. L. M. [90] παρατηρήσαντας K. L. Ep. [91] τοῦ om. G. εἶναι τοῦ om. L. M. [92] ἁμαρτωλῶν om. G. K. M. [93] ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν K. M. [94] πιστεύουσι K. L. [95] διὰ τὸ] τό L. τῷ H. διαταθῆναι] δισδοθῆναι L. [96] καθ' ἑαυτῶν G. [97] ἐπήγαγε· Καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα· ὁ Μάρκος μὲν, ὅτι G. H. K. Mor. Sic M. nisi quod pro ὁ Μάρκος μὲν, ὁ δὲ Μάρκος habet, et p. p. ὁ δὲ Λουκᾶς; neque aliter Interpres. Verum ista καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα, etiam a Morello uncis inclusa, in duobus codd. L. et Reg. 694 non exstant: ergo delere visum est. Locum multo auctiorem edidit Sav. accedente Reg. 688: ἐπήγαγε· Καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα· ὅπερ ἑκάτεροι τῶν εὐαγγελιστῶν ἀπαγγέλλοντες, ὁ Μάρκος μὲν φησὶν, ὅτι. Hunc sequitur Montef. omisso per incuriam φησὶν.

Digitized by Google

Ἤγνόουν τὸ ῥῆμα, καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐρωτῆσαι ὁ Λουκᾶς· δὲ, ὅτι *Ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτοῦ, καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐρωτῆσαι περὶ τοῦ ῥήματος. Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων· Κύριε, ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει*[98]. *Πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ· καὶ προσήνεγκα αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ οὐκ ἴσχυσαν αὐτὸν θεραπεῦσαι.* Τοῦτον τὸν ἄνθρωπον σφόδρα ἀσυνετοῦντα κατὰ πίστιν δείκνυσιν ἡ Γραφή· καὶ ἐκ πολλῶν τοῦτο δῆλον· ἔκ τε τοῦ εἰπεῖν τὸν Χριστὸν, *Τῷ πιστεύοντι πάντα δυνατά*· ἔκ τε τοῦ εἰπεῖν αὐτὸν τὸν προσελθόντα, *Βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ*· καὶ ἐκ τοῦ τὸν Χριστὸν κελεῦσαι τῷ δαίμονι, μηκέτι εἰσελθεῖν εἰς αὐτόν· καὶ ἐκ τοῦ πάλιν εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον τῷ Χριστῷ, *Εἰ δύναται*. Καὶ εἰ ἡ ἀπιστία αὐτοῦ γέγονεν αἰτία, φησὶ, τοῦ μὴ ἐξελθεῖν[99] τὸν δαίμονα, τί τοῖς μαθηταῖς ἐγκαλεῖ; Δεικνὺς ὅτι δυνατὸν αὐτοῖς, καὶ χωρὶς τῶν προσαγόντων μετὰ πίστεως, πολλαχοῦ θεραπεῦσαι. Ὥσπερ γὰρ ἦρκει[1] πολλάκις ἡ τοῦ προσάγοντος πίστις εἰς τὸ καὶ παρ' ἐλαττόνων λαβεῖν, οὕτω τῶν ποιούντων πολλάκις ἤρκεσεν ἡ δύναμις, καὶ μὴ πιστευόντων τῶν προσελθόντων, θαυματουργῆσαι. Καὶ ταῦτα ἀμφότερα δείκνυται ἐν ταῖς Γραφαῖς. Οἵ τε γὰρ περὶ Κορνήλιον ἀπὸ τῆς αὐτῶν πίστεως ἐπεσπάσαντο τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν· καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐλισσαίου δὲ, οὐδενὸς πιστεύσαντος, νεκρὸς ἀνέστη. Οἵ τε γὰρ ῥίψαντες, οὐ διὰ πίστιν, ἀλλὰ διὰ δειλίαν ἔρριψαν ἁπλῶς· καὶ ὡς ἔτυχε, φοβηθέντες τὸ πειρατήριον, καὶ ἔφυγον· αὐτός τε ὁ ῥιφεὶς, ἀποτεθνηκὼς ἦν, καὶ ἀπὸ μόνης τῆς τοῦ ἁγίου σώματος δυνάμεως ἀνίστατο ὁ νεκρός. Ὅθεν δῆλον ἐνταῦθα, ὅτι καὶ οἱ μαθηταὶ ἠσθένησαν, ἀλλ' οὐ πάντες· οἱ στῦλοι γὰρ οὐ παρῆσαν ἐκεῖ.

γ'. Θέα δὲ τούτου καὶ ἑτέρωθεν τὴν ἀγνωμοσύνην, πῶς ἐπὶ τοῦ ὄχλου ἐντυγχάνει τῷ Ἰησοῦ κατὰ τῶν μαθητῶν λέγων, ὅτι *Προσήνεγκα αὐτὸν* [579] *τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ οὐκ ἴσχυσαν αὐτὸν θεραπεῦσαι.* Ἀλλ' αὐτὸς ἀπαλλάττων αὐτοὺς τῶν ἐγκλημάτων[2] ἐπὶ τοῦ δήμου, ἐκείνῳ τὸ πλέον λογίζεται. *Ὦ γενεὰ γὰρ, φησὶν, ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν;* οὐκ εἰς τὸ τούτου[3] πρόσωπον μόνον ἀποτεινόμενος, ἵνα μὴ ἀπορήσῃ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ εἰς πάντας Ἰουδαίους. Καὶ γὰρ εἰκὸς πολλοὺς τῶν παρόντων σκανδαλισθῆναι, καὶ τὰ μὴ προσήκοντα ἐννοῆσαι περὶ αὐτῶν. Ὅταν δὲ εἴπῃ, *Ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν;* δείκνυσι πάλιν ἀσπαστὸν ὄντα τὸν θάνατον αὐτῷ, καὶ ἐπιθυμίας τὸ πρᾶγμα, καὶ ποθεινὴν τὴν ἀποδημίαν· καὶ ὅτι οὐ τὸ σταυρωθῆναι, ἀλλὰ τὸ εἶναι μετ' αὐτῶν βαρύ. Οὐ μὴν ἔστη μέχρι τῶν ἐγκλημάτων· ἀλλὰ τί φησι; *Φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε.* Καὶ αὐτὸς δὲ ἐρωτᾷ[4] αὐτὸν, πόσον χρόνον ἔχει, καὶ ὑπὲρ τῶν μαθητῶν ἀπολογούμενος, κἀκεῖνον ἄγων εἰς ἐλπίδα χρηστὴν, καὶ τοῦ πιστεῦσαι, ὅτι ἔσται αὐτῷ ἀπαλλαγὴ τοῦ κακοῦ. Καὶ ἀφίησιν αὐτὸν σπαράττεσθαι, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν (ἐπειδὴ γοῦν ὄχλος συνήγετο, καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ), ἀλλὰ δι' αὐτὸν τὸν πατέρα· ἵν' ὅταν ἴδῃ θορυβούμενον τὸ δαιμόνιον ἀπὸ τοῦ κληθῆναι μόνον, κἂν οὕτως ἐναχθῇ εἰς τὴν πίστιν τοῦ ἐσομένου θαύματος. Ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι *Ἐκ παιδὸς*, καὶ ὅτι, *Εἰ δύνασαι, βοήθει μοι*, λέγει· *Τῷ πιστεύοντι πάντα δυνατὰ*, πάλιν εἰς αὐτὸν περιτρέπων τὸ ἔγκλημα. Καὶ ὅτε μὲν ἔλεγεν ὁ λεπρός· *Εἰ θέλεις, δύνασαί με καθαρίσαι*, μαρτυρῶν αὐτοῦ τῇ ἐξουσίᾳ, ἐπαινῶν αὐτὸν καὶ βεβαιῶν τὸ εἰρημένον, ἔλεγε· *Θέλω, καθαρίσθητι.* Ὅτε δὲ οὗτος οὐδὲν ἄξιον[5] τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐφθέγξατο εἰπών· *Εἰ δύνασαι, βοήθει μοι*, ὅρα πῶς αὐτὸ διορθοῦται, ὡς οὐ δεόντως εἰρημένον. Τί γάρ φησιν; *Εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι.* Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Τοσαύτη παρ' ἐμοὶ δυνάμεως περιουσία, ὡς καὶ ἑτέρους δύνασθαι ποιεῖν ταῦτα θαυματουργεῖν. Ὥστε ἂν πιστεύῃς[6] ὡς δεῖ, καὶ αὐτὸς δύνασαι θεραπεῦσαι, φησὶ, καὶ τοῦτον καὶ ἑτέρους πολλούς. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπήλλαξε τὸν δαιμονῶντα. Σὺ δὲ μὴ μόνον ἐντεῦθεν αὐτοῦ σκόπει τὴν πρόνοιαν καὶ τὴν εὐεργεσίαν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐκείνου τοῦ καιροῦ, οὗ συνεχώρησεν ἔνδον εἶναι τὸν δαίμονα. Καὶ γὰρ εἰ μὴ πολλῆς προνοίας καὶ τότε ἀπέλαυεν ὁ ἄνθρωπος, πάλαι ἂν ἀπολώλει. Καὶ γὰρ εἰς τὸ πῦρ αὐτὸν ἔβαλλε[7], φησὶ, καὶ εἰς τὸ ὕδωρ. Ὁ δὲ ταῦτα τολμῶν καὶ ἀνεῖλεν ἂν πάντως, εἰ μὴ καὶ ἐν τοσαύτῃ μανίᾳ πολὺν ἐπέθηκεν ὁ Θεὸς αὐτῷ τὸν χαλινόν· ὥσπερ οὖν καὶ ἐπ' ἐκείνων τῶν γυμνῶν, τῶν ἐν ταῖς ἐρημίαις[8] τρεχόντων, καὶ λίθοις ἑαυτοὺς κατακοπτόντων. Εἰ δὲ σεληνιαζόμενον καλεῖ, μηδὲν θορυβηθῇς· τοῦ γὰρ πατρὸς τοῦ δαιμονῶντος ἐστιν ἡ φωνή.

Πῶς οὖν φησι καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι σεληνιαζομένους πολλοὺς ἐθεράπευεν; Ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν ὑπονοίας αὐτοὺς[9] καλῶν. Ὁ γὰρ δαίμων ἐπὶ διαβολῇ τοῦ στοιχείου καὶ ἐπιτίθεται τοῖς ἁλοῦσι, καὶ [580] ἀνίησιν αὐτοὺς, κατὰ τοὺς τῆς σελήνης δρόμους· οὐχ ὡς ἐκείνης ἐνεργούσης, ἄπαγε· ἀλλ' αὐτὸς τοῦτο κακουργῶν εἰς τὴν τοῦ στοιχείου διαβολήν. Διὸ καὶ πεπλανημένη παρὰ τοῖς ἀνοήτοις ἐκράτησε[10] δόξα, καὶ οὕτω τοὺς τοιούτους καλοῦσι δαίμονας ἀπατώμενοι· οὐδὲ γάρ ἐστι τοῦτο ἀληθές. *Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κατ' ἰδίαν, ἠρώτησαν αὐτὸν, τίνος ἕνεκεν οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτοὶ τὸν δαίμονα ἐκβαλεῖν.* Ἐμοὶ δοκοῦσιν ἀγωνιᾷν καὶ δεδοικέναι, μήποτε τὴν χάριν, ἣν ἐπιστεύθησαν, ἀπώλεσαν. Ἔλαβον γὰρ ἐξουσίαν κατὰ δαιμόνων ἀκαθάρτων. Διὸ καὶ ἐρωτῶσι, κατ' ἰδίαν αὐτῷ προσελθόντες, οὐκ[11] αἰσχυνόμενοι (εἰ γὰρ τὸ ἔργον ἐξῆλθε, καὶ ἠλέγχθησαν[12], περιττὸν ἦν αἰσχύνεσθαι λοιπὸν τὴν διὰ τῶν λόγων ὁμολογίαν)· ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ ἀπορρήτου καὶ μεγάλου πράγματος ἔμελλον αὐτὸν ἐρωτᾷν. Τί οὖν ὁ Χριστός; *Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν*, φησίν. *Ἐὰν γὰρ ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι, καὶ μεταβήσεται, καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν.* Εἰ δὲ λέγοις, Ποῦ ὄρος μετέθηκαν; ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι πολλῷ μείζονα ἐποίησαν, μυρίους νεκροὺς ἀναστήσαντες. Οὐδὲ γὰρ ἴσον, ὄρος μεταστῆσαι, καὶ θάνατον ἀπὸ σώματος κινῆσαι. Λέγονται δὲ μετ' ἐκείνους ἅγιοί τινες ἐκείνων ἐλάττους πολλῷ, καὶ ὄρη χρείας καλεσάσης μεταθεῖναι[13]. Ὅθεν[14] δῆλον ὡς καὶ οὗτοι μετέθεσαν ἄν, καλούσης χρείας. Εἰ δὲ τότε οὐκ ἐγένετο χρεία, μὴ ἐγκάλει. Ἄλλως δὲ καὶ αὐτὸς οὐκ εἶπεν, ὅτι Μεταστήσετε[15] πάντες, ἀλλ' ὅτι Δυνήσεσθε καὶ τοῦτο. Εἰ δὲ οὐ μετέστησαν, οὐκ ἐπειδὴ οὐκ ἠδυνήθησαν, (πῶς γὰρ, οἱ τὰ μείζονα δυνηθέντες;) ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἐβουλήθησαν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι χρείαν. Εἰκὸς δὲ καὶ γεγενῆσθαι τοῦτο, καὶ μὴ γεγράφθαι· οὐδὲ γὰρ πάντα ἃ ἐθαυματούργησαν ἐγράφη. Τότε μέντοι ἀτελέστερον πολλῷ διέκειντο. Τί οὖν; οὐδὲ ταύτην τὴν πίστιν εἶχον τότε; Οὐκ εἶχον· οὐδὲ γὰρ ἀεὶ οἱ αὐτοὶ

[98] πάσχει] ἔχει K. L. [99] ἐξελθεῖν] ἐξελαθῆναι K. L. ἐξελασθῆναι Ep. [1] ἦρκει] ἀρκεῖ L. ἐκεῖ K. M. [2] τοῦ ἐγκλήματος L. Ep. τῶν om. M. [3] τούτου] τοῦ ἀνθρώπου G. K. M. [4] δὲ ἐρωτᾷ] διερωτᾷ G. K. [5] οὐδὲν ἄξιον] Sic Sav. et Reg. 688. οὐδὲν ἀντάξιον G. H. K. ἀνάξιόν τι L. ἀνάξιον M. [6] πιστεύσῃς G. L. Ep. [7] ἔβαλε G. ἐνέβαλε H. Ep. ἐμβάλλει L. [8] ἐρήμοις G. H. [9] αὐτοὺς] οὕτως αὐτοὺς M. [10] ἐπεκράτησε H. [11] καὶ ἰδίᾳ αὐτῷ προσέρχονται οὐκ G. H. M. In sequentibus nexum sententiarum, temere a Savilio turbatum, secundum codd. et Interp. reformavi. [12] ἠλέγχθησαν] add. ἄν G. [13] Locum sic repræsentant Commel. Mor. λέγονται δὲ μετ' ἐκείνους, [ὡς] ἅγιοί τινες ἐκείνων ἐλάττους πολλῷ, [εἰ] καὶ ὄρη χρείας καλεσάσης μεταθεῖναι, μετέθεσαν. Nostram lectionem edidit Anglus; veteres sequitur Montef. [14] Ὅθεν] Οὗ G. K. M. Ὅθεν δῆλον] ἔξεστιν οὖν H. Clausula deest in L. [15] μεταστήσετε K. L. M.

Digitized by Google

duo evangelistæ; Marcus quidem dicit : *Ignorabant verbum, nec ausi sunt illum interrogare* (*Marc.* 9. 32): Lucas vero : *Erat absconditum ab eis, ne sentirent illud, nec ausi sunt eum interrogare circa verbum* (*Luc.* 9. 45). 14. *Cum venissent autem ad turbam, accessit ad eum homo genu flectens ante eum, et dicens : Domine, miserere filio meo, quoniam lunaticus est, et male patitur. Sæpe enim cadit in ignem, et sæpe in aquam :* 15. *et obtuli eum discipulis tuis, et non potuerunt eum curare.* Hunc hominem valde in fide infirmum ostendit Scriptura : id quod ex multis palam est : tum quod Christus dicat, *Omnia possibilia sunt credenti* (*Marc.* 9. 22. 23) ; tum quod is qui accessit, dicat, *Adjuva incredulitatem meam ;* imo etiam ex eo quod Christus dæmoni præcipiat, ne ultra intret in eum ; ac rursum, quod homo ille Christo dicat, *Si potes.* Ac inquies, si illius incredulitas in causa fuit, quod dæmon non exierit, cur accusat discipulos ? Ut ostendat eos posse, etiamsi nemo cum fide adducat, ægros curare. Ut enim sæpe accedentis fides satis fuit ad postulata vel a minoribus impetranda, sic et operantis sæpe virtus fuit satis, sine accedentium fide, ad miracula patranda. Hæc ambo in Scripturis demonstrantur : Cornelius enim sola fide gratiam Spiritus attraxit (*Act.* 10) : ab Elisæo, nemine credente, mortuus suscitatus est (4. *Reg.* 13. 21). Nam qui projecerant, non ex fide, sed ob metum temere projecerunt, et periculum metuentes fugerunt : is ipse, qui projectus fuit, mortuus erat, exque sola virtute sacri corporis, mortuus resurrexit. Unde palam est, discipulos imbecillos fuisse ; at non omnes : nam columnæ illæ non aderant.

3. Sed aliunde vide hominis impudentiam, quomodo in conspectu turbæ Jesum precetur, contra discipulos loquens : nam ait : *Attuli eum discipulis tuis, et non potuerunt eum curare.* Sed Christus discipulos suos palam excusans, majorem illi culpam tribuit, dicens : 16. *O generatio incredula et perversa, usquequo vobiscum ero ?* non hunc solum alloquitur, ne turbaret eum, sed et omnes Judæos. Multos enim offensos fuisse verisimile est, maleque de discipulis suspicatos esse. Cum autem dicit, *Usquequo vobiscum ero ?* ostendit quantum mortem optaret, et desideraret hinc migrare ; sibique non crucifigi, sed cum ipsis versari molestum esse. Nec contentus incusasse, ait : *Afferte huc ipsum ad me ;* interrogatque illum, quanto tempore detentus esset, et discipulos excusans, et illum in spem bonam agens, ut crederet, se a malo liberandum. Ipsum vero discerpi sinit, non ad ostentationem (quia enim turba confluebat, increpavit eum), sed propter ipsum patrem, ut cum videret dæmonem turbari eo quod illum vocasset, sic saltem futuri miraculi fidem susciperet. Quoniam vero dixit ille, a puero vexatum esse, et, *Si potes, adjuva me,* dixit ille, *Omnia possibilia sunt credenti* (*Marc.* 9. 20-22), rursum illum objurgans. Et quando leprosus dixit, *Si vis, potes me mundare* (*Luc.* 5. 12. 13), ejus potestatem testificatus, illum laudans et dictum illud confirmans dixit, *Volo, mundare.* Quando autem hic nihil ipsius potestate dignum loquens dixit, *Si potes, adjuva me,* vide quomodo illum corrigat, ut qui contra quam par erat loqueretur. Quid enim ait ? *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti ;* id est, Tanta mea virtus est, ut et alii meo nomine possint miracula patrare. Itaque si tu credas ut oportet credere, ipse quoque curare potes et hunc et alios multos. Et cum hæc dixisset, dæmoniacum liberavit. Tu vero ne inde tantum ejus providentiam et beneficentiam consideres, sed etiam ex illo tempore quo concessit intus manere dæmonem. Nisi enim magna tunc providentia ille servatus fuisset, jamdiu periisset. Nam et in ignem illum conjiciebat, inquit, et in aquam. Qui vero id audebat, occidisset utique nisi in tanto furore frenum illi Deus injecisset : quod et illi passi fuissent, qui nudi per deserta currebant, et lapidibus sese impetebant. Quod si lunaticum vocet, ne turberis : nam sic vocat filium dæmoniaci pater.

Lunatici cur sic dicti. Quidam sancti montes transtulerunt. — Cur ergo dicit evangelista, ipsum lunaticos multos curavisse ? Ex vulgi opinione sic loquitur. Dæmon quippe ut hoc elementum calumnietur, secundum lunæ cursum invadit homines, et dimittit : non quod illa id operetur, absit ; sed id efficit per vafritiem dæmon, ut id elemento imputet. Ideoque hæc falsa opinio apud insipientes invaluit, sicque delusi, hoc nomine dæmonas hujusmodi appellant : id quod minime verum est. 18. *Tunc accesserunt discipuli ad eum secreto, et interrogaverunt eum, cur non potuissent ipsi dæmonem ejicere.* Timuisse mihi videntur, ne concessam sibi gratiam amiserint. Potestatem enim acceperant contra impuros dæmonas. Ideo interrogant, seorsum accedentes, non quod erubescerent (cum enim, ipso actu, [impotentiæ] convicti fuissent, non erat jam cur id confitendo erubescerent), sed quod de arcana et magna re illum essent interrogaturi. Quid igitur Christus ? 20. *Propter incredulitatem vestram,* ait. *Si enim habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, et transibit, et nihil impossibile vobis erit.* Quod si dixeris, Ubinam montem transtulerunt ? dicam illos multo majora fecisse, cum mille mortuos suscitarint. Neque paris potestatis est, montem transferre, ac mortem a corpore pellere. Narrant post illos sanctos quosdam illis minores, montes necessitate postulante transtulisse. Unde liqueat illos quoque translaturos fuisse, si id necessitas postulasset. Si autem numquam necesse fuerit, ne arguas illos. Alioquin autem non dixit ipse, Omnino transferetis, sed, Id poteritis. Si porro non transtulerunt, non quod non possent, (quomodo enim qui majora possent ?) sed quod noluerint absque necessitate. Potuit etiam id accidisse, etsi scriptum non fuerit ; neque enim omnia quæ illi edidere miracula scripta sunt. Tunc porro multo imperfectiores erant. Quid igitur ? an nondum tantam fidem habebant ? Non utique habebant, neque iidem ipsi semper fuere : quandoquidem Petrus nunc beatus prædicatur, nunc increpatur ; reliqui vero quasi insipientes arguuntur ab ipso, quod parabolam de fermento non intellexissent. Contigit autem ut tunc

Digitized by Google

discipuli imbecillitate laborarent : sic enim ante crucem et passionem fuerant. Hic porro de signorum fide loquitur, et sinapin adhibet, ut ejus ineffabilem virtutem significet. Licet enim mole minima sinapis videatur esse, vim tamen habet omnium maximam. Docens igitur, sinceram fidem vel minimam magna posse, sinapin commemorat : neque hic gradum sistens, montes addidit, et ultra progressus dixit : *Nihil vobis impossibile erit.*

4. *Spiritus virtus. Jejunio et oratione opus est ad dæmonas pellendos.* — Tu vero hic illorum philosophiam mirare, et Spiritus virtutem : philosophiam, quod suam impotentiam non occultaverint ; Spiritus virtutem, quod eos, qui nec fidem sicut granum sinapis habebant, sic paulatim exiulerit, ut fidei fontes et flumina in illis scaturirent. 21. *Genus autem hoc non ejicitur, nisi in oratione et jejunio*, adjecit ille : genus dæmonum omne dicit, non tantum genus lunaticorum. Viden' quomodo jejunii semina jacit ? Nec mihi raro exemplo dicas, quosdam sine jejunio dæmonas ejecisse. Nam si unus aut alter increpando sic expulisse narretur, fieri nequit ut si is qui id patitur in deliciis vivat, ab hoc umquam furore liberetur. Jejunio enim et oratione maxime opus est ei, qui hoc morbo laborat. Sed si fide opus est, inquies, cur opus est et jejunio ? Quia cum fide jejunium non parvam addit fortitudinem : philosophiam quippe magnam indit, et angelum ex homine efficit, et cum incorporeis virtutibus pugnat ; verum non sufficit illud, sed addi debet oratio, quæ etiam præeat oportet. Vide ergo quanta bona ex utroque gignantur. Quia enim qui precatur ut decet, et jejunat, non multis indiget ; qui autem non multis indiget, non pecuniæ amans fuerit ; qui pecuniæ amans non est, ad eleemosynam promus erit. Qui jejunat, levior est et quasi alatus, vigilanterque orat, malas concupiscientias exstinguit, Deumque placat, elatam animam humiliat. Ideo apostoli fere semper jejunabant. Qui orans jejunat, binas habet alas, ipsis ventis leviores. Non enim oscitat, non pandiculatur nec torpet orando, ut multi solent : sed est igne ardentior, et terra superior : ideoque maxime dæmonum hostis et inimicus. Nihil enim potentius homine probe orante. Nam si mulier illa (*Luc.* 18. 5), crudelem principem, qui nec Deum timebat, nec hominem reverebatur, flectere potuit : multo magis Deum flectet, qui frequenter instat, qui ventri imperat, ac delicias ejicit.

Non indulgendum deliciis. Gulæ et edacitatis mala. — Quod si infirmum tibi corpus est, ut non possis assidue jejunare, at infirmum non est ad orandum, et ad ventris delicias spernendas. Nam si jejunare non potes, at potes non deliciis incumbere : illud autem non parvum est, nec a jejunio multum distat ; sed sufficit ad diaboli furorem dejiciendum. Nihil enim ita amat ille, ut gulæ delicias et ebrietatem, quæ est omnium mater malorum. Per hanc olim Israelitas in idololatriam dejecit, per hanc Sodomitas in amores iniquos inflammavit. *Hæc* enim, ait, *iniquitas Sodomorum ; in superbia, in saturitate panis, et in prosperitate luxuriabantur* (*Ezech.* 16. 49) : hac multos item alios perdidit gehennæque tradidit. Quid enim mali non operantur deliciæ mensæ ? Homines in porcos commutant, et porcis deteriores efficiunt. Nam porcus in cœno volutatur, et stercore nutritur ; hic vero magis abominandam sibi parat mensam, coitus illicitos excogitans, et iniquos amores. Hic nihil a dæmoniaco differt : nam impudens simul et furiosus est. Dæmoniacum certe saltem miseramur : hunc autem aversamur et odio habemus. Quare ? Quia spontaneum sibi furorem attrahit, et os, oculos, nares, omnia denique cloacas efficit. Si vero in interiora respicias, videbis animam ceu hieme et frigore congelatam et torpentem, quæ ob furentem tempestatem, nullam navi possit opem afferre. Pudet certe me dicere quæ mala tum viris tum mulieribus a crapula pariantur : illud eorum conscientiæ relinquo, quæ omnia accuratissime novit. Quid vero turpius ebria muliere, vel quæ circumquaque fertur ? Quanto enim infirmius vas est, tanto majus naufragium ; sive libera illa, sive ancilla sit. Nam libera in medio servorum theatro turpiter se gerit : ancillaque similiter inter servos : atque ita faciunt, ut dona Dei blasphementur ab insipientibus. Multos enim audio, cum hæc mala conspiciunt, dicentes, Utinam non esset vinum, O amentiam ! o stoliditatem ! Aliis peccantibus, Dei dona criminaris ? et quanta hæc insania ! An vinum, mi homo, hoc malum efficit ? Non vinum, sed intemperantia eorum qui vino abutuntur. Dic ergo, Utinam non esset ebrietas, nec essent illæ ciborum deliciæ. Si vero dicas, Utinam non esset vinum, ultra progressus dices, Utinam non esset ferrum, propter homicidas ; nec esset nox, ob fures ; neque lux esset, ob sycophantas ; neque mulier, ob fornicationes. Omnia demum sustuleris.

5. *Non vinum criminandum est, sed ebrietas.* — Id ne facias : illud enim satanici est animi : nec vinum crimineris, sed ebrietatem : hunc ebriosum ad sanam mentem reversum adi, describe illi totam turpitudinem : dic illi, Vinum datum est ad lætitiam ; non ad turpitudinem : datum est ut rideamus, non ut derideamur ; ut recte valeamus, non ut ægrotemus ; ut imbecillitatem corporis instauremus, non ut robur animi dejiciamus. Deus te hoc munere honoravit, cur ex immoderato usu teipsum dehonestas ? Audi quid Paulus dicat : *Vino modico utere propter stomachum tuum, et propter frequentes tuas infirmitates* (1. *Tim.* 5. 23). Quod si sanctus ille, morbo detentus, et frequentibus laborans infirmitatibus, vino non utebatur, donec id magister jussit, qua venia digni nos erimus, qui sano corpore ebrii sumus ? Illi dicebat, *Modico vino utere propter stomachum tuum et infirmitates tuas* : nostrum vero singulis dicet : Vino modico utere propter fornicationes, (*a*) [propter frequentia turpiloquia, propter cæteras cupiditates malas,] quas parere solet ebrietas. Si non ideo abstinere vultis, saltem ob con-

(*a*) Quæ uncinis claduntur, adjecta sunt e Codice 694 et savil. Exciderant in Commelin. et Montf., per homœoteleuton.

Digitized by Google

ἦσαν· ἐπεὶ καὶ Πέτρος νῦν μὲν μακαρίζεται, νῦν δὲ ἐπιτιμᾶται· καὶ οἱ λοιποὶ δὲ εἰς ἄνοιαν σκώπτονται παρ' αὐτοῦ, ὅτε οὐ συνῆκαν τὸν περὶ τῆς ζύμης λόγον. Συνέβη δὲ καὶ τότε τοὺς μαθητὰς ἀσθενῆσαι· ἀτελέστερον γὰρ διέκειντο πρὸ τοῦ σταυροῦ. Πίστιν δὲ ἐνταῦθα λέγει τὴν τῶν σημείων, καὶ σινάπεως μέμνηται, τὴν ἄφατον αὐτῆς δηλῶν δύναμιν. Εἰ γὰρ καὶ τῷ ὄγκῳ μικρὸν εἶναι τὸ σίνηπι δοκεῖ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει ἁπάντων ἐστὶ σφοδρότερον. Δείκνυς τοίνυν, ὅτι καὶ τὸ ἐλάχιστον τῆς γνησίας πίστεως μεγάλα δύναται, ἐμνήσθη τοῦ σινάπεως· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἔστη μόνον, ἀλλὰ καὶ ὄρη προσέθηκε, καὶ περαιτέρω προέβη. *Οὐδὲν* γὰρ, φησὶν, *ἀδυνατήσει ὑμῖν.*

δ'. Σὺ δὲ κἀνταῦθα αὐτῶν θαύμασον τὴν φιλοσοφίαν, καὶ τοῦ Πνεύματος τὴν ἰσχύν· τὴν μὲν φιλοσοφίαν, ὅτι οὐκ ἐκρυψαν αὐτῶν τὸ ἐλάττωμα· τοῦ δὲ Πνεύματος τὴν ἰσχύν, ὅτι τοὺς τοῦδε κόκκον [581] σινάπεως [10] ἔχοντας οὕτω κατὰ μικρὸν ἀνήγαγεν [17], ὡς ποταμοὺς καὶ πηγὰς ἐν αὐτοῖς πίστεως ἀναδοῦναι. *Τὸ δὲ γένος* [18] *τοῦτο οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ·* τὸ τῶν δαιμόνων ἅπαν, οὐ τὸ τῶν σεληνιαζομένων λέγων μόνον. Ὁρᾷς πῶς αὐτοῖς ἦδη τὸν περὶ νηστείας πραοταβάλλεται λόγον; Μὴ γάρ μοι ἀπὸ τῶν σπανιζόντων λέγε, ὅτι τινὲς καὶ χωρὶς νηστείας ἐξέβαλον. Εἰ γὰρ καὶ περὶ τῶν ἐπιτιμώντων τοῦτο ἂν εἴποι τις [19] ἑνός που καὶ δευτέρου, ἀλλὰ πάσχοντα ἀμήχανόν ποτε τρυφῶντα ἀπαλλαγῆναι τῆς μανίας ταύτης. Δεῖ γὰρ μάλιστα τοῦ πράγματος τούτου τῷ [20] τὰ τοιαῦτα νοσοῦντι. Καὶ μὴν εἰ πίστεως χρεία, φησὶ, τί δεῖ νηστείας; Ὅτι μετὰ τῆς πίστεως κἀκεῖνο οὐ μικρὰν εἰσάγει τὴν ἰσχύν. Καὶ γὰρ φιλοσοφίαν [21] πολλὴν ἐντίθησι, καὶ ἄγγελον ἐξ ἀνθρώπου κατασκευάζει, καὶ ταῖς ἀσωμάτου δυνάμεσι πυκτεύει· ἀλλ' οὐ καθ' ἑαυτὴν, ἀλλὰ δεῖ καὶ εὐχῆς, καὶ πρώτης εὐχῆς. Ὅρα γοῦν [22] ὅσα ἀγαθὰ ἐξ ἀμφοτέρων γίνεται. Ὁ γὰρ εὐχόμενος ὡς χρὴ, καὶ νηστεύων, οὐ πολλῶν δεῖται· ὁ δὲ πολλῶν μὴ δεόμενος οὐκ ἂν γένοιτο φιλοχρήματος· ὁ [23] μὴ φιλοχρήματος, καὶ πρὸς ἐλεημοσύνην ἐπιτηδειότερος. Ὁ νηστεύων κοῦφός ἐστι καὶ ἐπτερωμένος, καὶ μετὰ νήψεως εὔχεται, καὶ τὰς ἐπιθυμίας σβέννυσι τὰς πονηρὰς, καὶ ἐξιλεοῦται Θεὸν, καὶ ταπεινοῖ τὴν ψυχὴν ἐπαιρομένην. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀεὶ σχεδὸν ἐνήστευον. Ὁ εὐχόμενος μετὰ νηστείας δικλᾶς ἔχει τὰς πτέρυγας, καὶ τῶν ἀνέμων αὐτῶν κουφοτέρας. Οὐδὲ γὰρ χασμᾶται καὶ διατείνεται καὶ ναρκᾷ εὐχόμενος, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοί· ἀλλ' ἔστι πυρὸς σφοδρότερος, καὶ τῆς γῆς ἀνώτερος. Διὸ καὶ μάλιστα ὁ τοιοῦτος τοῖς δαίμοσιν ἐχθρὸς καὶ πολέμιος. Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώπου γνησίως εὐχομένου δυνατώτερον. Εἰ γὰρ γυνὴ ὠμόν τινα ἄρχοντα, καὶ οὔτε Θεὸν [24] φοβούμενον, οὔτε ἄνθρωπον ἐντρεπόμενον, ἴσχυσεν ἐπικάμψαι, πολλῷ μᾶλλον τὸν Θεὸν ἐπισπάσεται ὁ συνεχῶς αὐτῷ προσεδρεύων, καὶ γαστρὸς κρατῶν, καὶ τρυφὴν ἐκβάλλων.

Εἰ δὲ ἀσθενὴς [25] σοι τὸ σῶμα, ὥστε νηστεύειν διηνεκῶς, ἀλλ' οὐκ εἰς προσευχὴν ἀσθενὲς, οὐδὲ πρὸς ὑπερηφάνειαν γαστρὸς ἄτονον. Εἰ γὰρ καὶ νηστεύειν οὐ δύνασαι, ἀλλὰ μὴ τρυφᾷν δύνασαι· οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο, οὐδὲ πολὺ νηστείας ἀπέχον· ἀλλ' ἱκανὸν μὲν καὶ τοῦτο κατασπάσαι [26] τοῦ διαβόλου τὴν μανίαν. Καὶ γὰρ οὐδὲν οὕτως ἐκείνῳ τῷ δαίμονι φίλον, ὡς τρυφὴ καὶ μέθη· ἐπειδὴ καὶ πηγὴ καὶ μήτηρ ἐστὶν ἁπάντων τῶν κακῶν. Διὰ ταύτης γοῦν ποτε τοὺς Ἰσραηλίτας εἰς εἰδωλολατρείαν ἐνέβαλε· διὰ ταύτης τοὺς Σοδομίτας εἰς παρανόμους ἀνῆψεν [27] ἔρωτας. *Τοῦτο* γὰρ, φησὶ, *τὸ ἀνόμημα Σοδόμων· ἐν* [28] *ὑπερηφανίᾳ, καὶ ἐν πλησμονῇ ἄρτων, καὶ εὐθηνίαις ἐσπατάλων.* Διὰ ταύτης μυρίους ἑτέρους ἀπώλεσε, καὶ τῇ γειέννῃ παρέδωκε. Τί γὰρ οὐκ ἐργάζεται κακὸν ἡ τρυφή; Χοίρους ἐξ ἀνθρώπων ποιεῖ, καὶ χοίρων χείρους. Ὁ μὲν γὰρ χοῖρος βορβόρῳ ἐγκαλινδεῖται, καὶ κόπρῳ τρέφεται· οὗτος δὲ ἐκείνης βδελυκτοτέραν σιτεῖται τράπεζαν [29], μίξεις ἐπινοῶν [582] ἀθέσμους, καὶ παρανόμους ἔρωτας. Ὁ τοιοῦτος οὐδὲν δαιμονῶντος διενήνοχεν· ὁμοίως γὰρ ἀναισχυντεῖ καὶ μαίνεται. Καὶ τὸν μὲν δαιμονῶντα κἂν ἐλεοῦμεν [30], τοῦτον δὲ ἀποστρεφόμεθα καὶ μισοῦμεν. Τί δήποτε; Ὅτι αὐθαίρετον ἐπισπᾶται μανίαν, καὶ τὸ στόμα, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ῥῖνας [31], καὶ πάντα ἁπλῶς ὀχετοὺς ἀμάρας ἐργάζεται. Εἰ δὲ καὶ τὰ ἔνδον [32] ἴδοις, λύψει καὶ τὴν ψυχὴν καθάπερ ἔν τινι χειμῶνι καὶ κρυμῷ πεπηγυῖαν καὶ ναρκῶσαν, καὶ οὐδὲν τὸ σκάφος ὠφελήσαι δυναμένην διὰ τὴν τοῦ χειμῶνος ὑπερβολήν. Αἰσχύνομαι εἰπεῖν, ὅσα ἀπὸ τρυφῆς πάσχουσιν ἄνδρες [33] καὶ γυναῖκες κακά· τῷ δὲ αὐτῶν καταλείπω συνειδότι, τῷ ταῦτα ἀκριβέστερον εἰδότι. Τί γὰρ αἰσχρότερον γυναικὸς μεθυούσης, ἢ ἁπλῶς παραφερομένης [34]; Ὅσῳ γὰρ ἀσθενέστερον τὸ σκεῦος, τοσούτῳ πλέον τὸν ναυάγιον, ἂν τε ἐλευθέρα ᾖ, ἂν τε δούλη. Ἡ μὲν γὰρ ἐλευθέρα ἐν μέσῳ τῷ θεάτρῳ τῶν δούλων ἀσχημονεῖ [35]· ἡ δὲ δούλη πάλιν ὁμοίως μεταξὺ τῶν δούλων· καὶ παρασκευάζουσι τοῦ Θεοῦ τὰ δῶρα βλασφημεῖσθαι παρὰ τῶν ἀνοήτων. Πολλῶν γοῦν ἀκούω λεγόντων, ὅταν ταῦτα [36] συμβαίνῃ τὰ πάθη· Μὴ ἔστω οἶνος. Ὦ τῆς ἀνοίας! ὦ τῆς παραπληξίας! Ἄλλων ἁμαρτανόντων ταῖς τοῦ Θεοῦ δωρεαῖς ἐγκαλεῖς; καὶ πόστις τοῦτο μανίας; Μὴ γὰρ ὁ οἶνος ἐποίησεν, ἀλλ' ἡ ἀκολασία τῶν ἀπολαυόντων κακῶς. Εἰπὲ τοίνυν, Μὴ ἔστω μέθη, μὴ ἔστω τρυφή· εἰ δὲ λέγοις, Μὴ ἔστω οἶνος. ἐρεῖς κατὰ μικρὸν προβαίνων, Μὴ ἔστω σίδηρος, διὰ τοὺς ἀνδροφόνους· Μὴ ἔστω νὺξ, διὰ τοὺς κλέπτας· Μὴ ἔστω φῶς, διὰ τοὺς συκοφάντας· Μὴ ἔστω γυνὴ, διὰ τὰς μοιχείας· καὶ πάντα ἁπλῶς ἀναιρήσεις.

ε'. Ἀλλὰ μὴ οὕτω ποίει· σατανικῆς γὰρ τοῦτο γνώμης· μηδὲ διάβαλλε τὸν οἶνον, ἀλλὰ τὴν μέθην· καὶ λαβὼν τοῦτον αὐτὸν νήφοντα, ὑπόγραψον πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἀσχημοσύνην, καὶ εἰπὲ πρὸς αὐτόν· Οἶνος ἐδόθη, ἵνα εὐφραινώμεθα, οὐχ ἵνα ἀσχημονῶμεν· ἵνα γελῶμεν, οὐχ ἵνα γελώμεθα· ἵνα ὑγιαίνωμεν, οὐχ ἵνα νοσῶμεν· ἵνα ἀσθένειαν σώματος διορθωσώμεθα, οὐχ ἵνα ψυχῆς ἰσχὺν καταβάλωμεν. Ἐτίμησέ σε ὁ Θεὸς τῷ δώρῳ· τί σαυτὸν ὑβρίζεις τῇ ἀμετρίᾳ; Ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· *Οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας.* Εἰ δὲ ὁ ἅγιος ἐκεῖνος, καὶ νόσῳ κατεχόμενος, καὶ ἀπαλλήλους ἀῤῥωστίας ὑπομένων, οὐ μετέλαβεν οἴνου, ἕως [37] ἐπέτρεψεν ὁ διδάσκαλος, τίνα ἂν σχοίημεν συγγνώμην ἡμεῖς ἐν ὑγιείᾳ μεθύοντες; Ἐκείνῳ μὲν ἔλεγεν, *Οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στομαχόν σου·* ὑμῶν [38]-[39] δὲ ἑκάστῳ τῶν μεθύοντων ἐρεῖ· Οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὰς πορνείας, διὰ τὰς πυκνὰς αἰσχρολογίας, διὰ τὰς ἑτέρας ἐπιθυμίας τὰς πονηράς, ἃς ἡ μέθη τίκτειν εἴωθεν. Εἰ δὲ μὴ βούλεσθε διὰ ταῦτα [40] ἀπέχεσθαι, διὰ γοῦν τὰς ἀθυμίας τὰς ἐξ αὐτοῦ καὶ τὰς ἀηδίας ἀπέχεσθε. Οἶνος γὰρ εἰς [583] εὐφροσύνην ἐδόθη· *Οἶνος* γὰρ,

[10] σινάπεως] add. πίστιν G. οὐδὲ ὡς κ. σ. ἔχοντας πίστιν Sav. [17] ἐνήγαγεν G. M. ἐνῆγεν K. [18] γένος] εἶδος K. L. M. 1 Mosq. Post νηστείᾳ vulgo addunt προσέθηκε. invitis meis. Infra λέγω pro λέγων habent K. et pr. G. [19] εἴποι τις] εἴποις G. K. M. [20] τὰ om. G. M. [21] Καὶ γὰρ φιλ.] Φιλ. γὰρ G. H. [22] ΘΕΙΚΟΝ. Περὶ νηστείας καὶ εὐχῆς, καὶ κατὰ σπαταλώντων καὶ μεθυόντων. G. ὅσα] πόσα L. [23] ὁ] add. δὲ Edd. Verba ὁ μὴ φιλοχρήματος desunt in codd. præter L. Sequitur καὶ πρὸς ἐλ. δέ G. ἀλλὰ πρὸς ἐλ. H. ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐλ. M. [24] τὸν Θεὸν bis L. [25] ἀσθενεῖ G. K. p. p. ὥστε μὴ νηστεύειν M. et corr. K. [26] καταπαῦσαι M. [27] ἀνῆψεν om. K. L. M. invito Ge. [28] ὅτι ἐν L. p. p εὐθηνίᾳ idem. [29] βδελυρωτέραν προσίεται τρ. L. Vulgatum habet Flor. p. 189. (Tom. XII. p. 513 D.) [30] Sic H. L. Fl. cæteri ἐλεῶμεν. Edd. κἂν μὲν ἐλεῶμεν. [31] ῥῖνας] τὴν ῥῖνα. L. M. De sequentibus vid. admot. [32] ἐντὸς G. H. [33] καὶ ἄνδρες H. [34] περιφερομένης G. H. p. p. φερομένου Flor. p. 191. [35] ἀναισχυντεῖ M. [36] τοιαῦτα G. H. p. p. τά dersi in Edd. [37] Post ἕως vocem ἂν delevi, auctoritibus L. et Reg. 688. [38]-[39] ἡμῶν M. Fl. [40] τοιαῦτα G. τὰ τοιαῦτα H. ἀθυμίας] Sic omnes mei. ἐπιθυμίας Edd. consentiente Reg. 688. Hæc permutata iam vidimus p. 243 A.

Digitized by Google

φησὶν, *εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου*· ὑμεῖς δὲ καὶ ταύτην αὐτοῦ λυμαίνεσθε τὴν ἀρετήν. Ποία γὰρ εὐφροσύνη μὴ εἶναι ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἀλγηδόνας μυρίας ἔχειν, καὶ πάντα ὁρᾷν περιφερόμενα, καὶ σκοτοδίνῳ [61] κατέχεσθαι, καὶ κατὰ τοὺς πυρέττοντας δεῖσθαι τῶν ἐλαίῳ καταβρεχόντων τὰς κεφαλάς; Ταῦτά μοι οὐ πρὸς πάντας εἴρηται, μᾶλλον δὲ πρὸς πάντας· οὐκ ἐπειδὴ πάντες μεθυουσι· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν μεθυόντων οἱ μὴ μεθύοντες οὐ φροντίζουσι. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀποτείνομαι μᾶλλον, τοὺς ὑγιαίνοντας· ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς τοὺς ἀῤῥωστοῦντας ἀφεὶς, ἐκείνοις διαλέγεται τοῖς παρακαθημένοις αὐτοῖς. Πρὸς ὑμᾶς τοίνυν ἀποτείνω τὸν λόγον, παρακαλῶν μήτε ἁλῶναί ποτε τῷ πάθει τούτῳ, καὶ τοὺς ἁλόντας ἀνιμᾶσθαι, ἵνα μὴ τῶν ἁλόγων φαίνωνται χείρους. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ πλέον τῆς χρείας οὐδὲν ἐπιζητεῖ· οὗτοι δὲ κἀκείνων ἀλογώτεροι γεγόνασι, τοὺς τῆς συμμετρίας ὑπερβαίνοντες ὅρους. Πόσῳ γὰρ βελτίων τούτων ὁ ὄνος; πόσῳ δὲ ἀμείνων ὁ κύων; Καὶ γὰρ ἕκαστον τούτων τῶν ζώων, καὶ τῶν ἄλλων δὲ ἁπάντων, ἂν τε φαγεῖν, ἂν τε πιεῖν δέῃ, ὅρον τὴν αὐτάρκειαν οἶδε, καὶ πέρα τῆς χρείας οὐ πρόεισι· κἂν [62] μυρίοι οἱ καταναγκάζοντες ὦσιν, οὐκ ἀνέξεται ἐξελθεῖν εἰς ἀμετρίαν. Οὐκοῦν ταύτῃ καὶ τῶν ἁλόγων χείρους ὑμεῖς, οὐ παρὰ τοῖς ὑγιαίνουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ παρ' ὑμῖν αὐτοῖς. Ὅτι γὰρ καὶ κυνῶν καὶ ὄνων ἀτιμοτέρους ἑαυτοὺς εἶναι κεκρίκατε, δῆλον ἐκεῖθεν. Τὰ μὲν γὰρ ἄλογα ταῦτα οὐκ ἀναγκάζεις πέρα τοῦ μέτρου τροφῆς ἀπολαύειν· κἂν ἔρηταί τις, Διατί; Ἵνα μὴ καταβλάψῃς, ἐρεῖς· σαυτῷ δὲ οὐδὲ ταύτην παρέχεις τὴν πρόνοιαν. Οὕτω κἀκείνων σαυτὸν εὐτελέστερον εἶναι νομίζεις, καὶ περιορᾷς διηνεκῶς χειμαζόμενον. Οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς μέθης μόνον τὴν ἐκ τῆς μέθης βλάβην ὑπομένεις, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Καὶ καθάπερ πυρετοῦ παρελθόντος, ἡ ἐκ τοῦ πυρετοῦ μένει λύμη· οὕτω καὶ μέθης ἀπελθούσης, ἡ τῆς μέθης ζάλη καὶ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ ἐν τῷ σώματι στρέφεται [63]· καὶ τὸ μὲν ἄθλιον σῶμα κεῖται παραλυθὲν, καθάπερ ὑπὸ ναυαγίου σκάφος· ἡ δὲ τούτου ταλαιπωροτέρα ψυχὴ, καὶ τούτου διαλυθέντος τὸν χειμῶνα διεγείρει, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἀνάπτει, καὶ ὅταν δοκῇ σωφρονεῖν, τότε μάλιστα μαίνεται, οἶνον καὶ πίθους καὶ φιάλας καὶ κρατῆρας φανταζομένη. Καὶ καθάπερ ἐν χειμῶνι παυθείσης τῆς ζάλης, ἡ διὰ τὸν χειμῶνα μένει ζημία· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκεῖ τῶν ἀγωγίμων, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐκβολὴ γίνεται σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν. Κἂν σωφροσύνην εὕρῃ, κἂν αἰδῶ, κἂν σύνεσιν, κἂν ἐπιείκειαν, κἂν ταπεινοφροσύνην, πάντα ῥίπτει εἰς τὰ τῆς παρανομίας πέλαγος ἡ μέθη. Ἀλλὰ τὰ μετὰ ταῦτα οὐκέτι ὅμοια. Ἐκεῖ μὲν γὰρ μετὰ τὴν ἐκβολὴν τὸ σκάφος κουφίζεται· ἐνταῦθα δὲ βαρύνεται μᾶλλον. Ἀντὶ γὰρ ἐκείνου τοῦ πλούτου [64] [584] δέχεται ψάμμον καὶ ὕδωρ ἁλμυρὸν, καὶ πάντα τὸν τῆς μέθης φορυτὸν, ἅπερ ἅμα τοῖς ἐπιβάταις καὶ τῷ κυβερνήτῃ καταβαπτίζει τὸ σκάφος εὐθέως. Ἵν' οὖν μὴ ταῦτα πάσχωμεν, ἀπαλλάξωμεν ἑαυτοὺς τοῦ χειμῶνος. Οὐκ ἔστι μετὰ μέθης βασιλείαν οὐρανῶν ἰδεῖν. *Μὴ πλανᾶσθε* γὰρ, φησὶν [65]· *οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι βασιλείαν Θεοῦ* [66] *κληρονομήσουσι*. Καὶ τί λέγω βασιλείαν; Μετὰ γὰρ μέθης οὐδὲ τὰ παρόντα ἔστιν ἰδεῖν. Καὶ γὰρ τὰς ἡμέρας νύκτας ἐργάζεται ἡμῖν ἡ μέθη, καὶ τὸ φῶς σκότος· καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνεῳγμένων οὐδὲ τὰ ἐν ποσὶ βλέπουσιν οἱ μεθύοντες. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ δεινὸν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τούτων καὶ ἑτέραν χαλεπωτάτην ὑπομένουσι δίκην, ἀθυμίας ἀλόγους, μανίαν, ἀῤῥωστίαν, γέλωτα, ὄνειδος διηνεκῶς ὑπομένοντες. Ποία τοίνυν συγγνώμη τοῖς ἑαυτοὺς τοσούτοις περιπείρουσι κακοῖς; Οὐκ ἔστιν οὐδεμία. Φύγωμεν τοίνυν τὸ νόσημα [67], ἵνα καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[61] σκοτοδίνῃ L. σκοτωδείνω (sic) K. cæteri cum Mor. et Fl. σκότῳ δεινῷ. Huic proxime accedit σκοτοδίνῳ, quæ forma pariter ac σκοτοδίνη apud *Hippocratem* frequentatur. Atticorum σκοτοδινία jactat Reg. 688 et sic ediderunt Sav. Ben. [62] κἂν] add. γὰρ Edd. [63] τρέφεται G. ἀναστρέφεται K. [64] πλούτου] φορτίου K. φόρτου L. [65] φησὶν] add. ὁ Ἀπόστολος G. H. Ge. [66] Θεοῦ] οὐρανῶν Edd. οὐρανῶν οὐ G. p. p. βασιλείαν οὐρανῶν G. H. [67] νόσημα] add. τοῦτο G. H.

ΟΜΙΛΙΑ ΝΗ'.

Ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, εἶπεν αὐτοῖς [68] *ὁ Ἰησοῦς· Μέλλει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων* [69], *καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα.*

α'. Ἵνα γὰρ μὴ λέγωσι, Τίνος ἕνεκεν ἐνταῦθα διατρίβομεν διηνεκῶς; πάλιν περὶ τοῦ πάθους αὐτοῖς φησιν· ὅπερ ἀκούοντες οὐδὲ ἰδεῖν ἐβούλοντο τὰ Ἱεροσόλυμα. Ὅρα γοῦν πῶς καὶ τοῦ Πέτρου ἐπιτιμηθέντος, καὶ τῶν περὶ Μωϋσέα καὶ Ἠλίαν περὶ αὐτοῦ διαλεχθέντων, καὶ δόξαν τὸ πρᾶγμα καλεσάντων, καὶ τοῦ Πατρὸς ἄνωθεν φωνὴν ἀφέντος [70], καὶ σημείων τοσούτων γενομένων, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐπὶ θύραις οὔσης· (οὐδὲ γὰρ πολὺν ἔφησε χρόνον ἐν τῷ θανάτῳ μένειν, ἀλλὰ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεσθαι·) οὐδὲ οὕτως ἀνήνεγκαν, ἀλλ' *Ἐλυπήθησαν*· καὶ οὐδὲ ἁπλῶς, ἀλλὰ *Σφόδρα*. Ἐγένετο [71] δὲ τοῦτο διὰ τὸ ἀγνοεῖν ἔτι τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν. Ὅπερ ὁ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς αἰνιττόμενοι ἔλεγον· ὁ μὲν, ὅτι *Ἠγνόουν τὸ ῥῆμα, καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐρωτῆσαι*· ὁ δὲ, ὅτι *Ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται, καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐρωτῆσαι περὶ τοῦ ῥήματος*. Καὶ μὴν εἰ ἠγνόουν, πῶς ἐλυπήθησαν; Ὅτι οὐ πάντα ἠγνόουν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἀποθανεῖται ᾔδεσαν, συνεχῶς ἀκούοντες· ὃ τί ποτε δὲ ἦν οὗτος ὁ θάνατος, καὶ ὅτι ταχέως λυθήσεται, καὶ μυρία [72] ἐργάσεται ἀγαθὰ, τοῦτο οὐδέπω ᾔδεσαν σαφῶς· οὐδὲ ὃ τί [585] ποτέ ἐστιν αὕτη ἡ ἀνάστασις· ἀλλ' ἠγνόουν· διὸ [73] ἤλγουν· καὶ γὰρ σφόδρα ἀντείχοντο τοῦ Διδασκάλου.

Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν εἰς Καπερναούμ, προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ Πέτρῳ, καὶ εἶπον· Ὁ Διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα; Καὶ τίνα ἐστὶ ταῦτα τὰ δίδραχμα; Ὅτε τὰ πρωτότοκα τῶν Αἰγυπτίων ἀπέκτεινεν ὁ Θεὸς, τότε τὴν Λευΐ φυλὴν ἀντ' αὐτῶν ἔλαβεν. Εἶτα ἐπειδὴ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις πρωτοτόκων ἐλάττων ὁ τῆς φυλῆς ἀριθμὸς ἦν, ἀντὶ τῶν λειπόντων εἰς τὸν ἀριθμὸν σίκλον ἐκέλευσεν εἰσενεχθῆναι· καὶ ἄλλως [74] δὲ ἐξ ἐκείνου ἔθος ἐκράτησε, τὰ πρωτότοκα τὸν φόρον τοῦτον εἰσφέρειν. Ἐπεὶ οὖν πρωτότοκος ἦν ὁ Χριστὸς, ἐδόκει δὲ τῶν μαθητῶν πρῶτος εἶναι ὁ Πέτρος, αὐτῷ προσέρχονται. Καὶ γὰρ, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, κατὰ πόλιν ἑκάστην ἀπῄτουν· διὸ καὶ ἐν τῇ πατρίδι προσῆλθον αὐτῷ, ἐπειδὴ πατρὶς [75] αὐτοῦ ἐνομίζετο ἡ Καπερ-

[68] αὐτοῖς om. G. K. M. [69] ἀνθρώπων] add. ἁμαρτωλῶν H. 1 Mosq. [70] Sic K. M. Ge. cæteri ἀφέντος. p. p. γενομένων K. [71] Sic H. L. Ep. cæteri ἐγίνετο. [72] καὶ τὰ μυρία Edd. τοῦτο] add. δή L. [73] διὸ] add. καὶ G. In seqq. scriptura διδραγμα fere omnes libros infestat. [74] Sic Ep. Mor. et codd. præter L. qui καλῶς pro ἄλλως habet. καὶ ἐξ ἐκείνου Sav. καὶ ἐξ ἐκείνου δὲ Ben. [75] πατρὶς om. L. Ep.

Digitized by Google

cupiscentias et nauseas abstinete. Vinum enim ad lætitiam datum est; *Vinum* enim *lætificat cor hominis* (*Psal.* 103. 15), quam ejus virtutem vos labefactatis. Quæ enim lætitia ejus, qui non est in seipso, et sexcentis cruciatur doloribus, omnia circum ferri videt, caligineque occupatur, qui egeat, perinde atque febricitantes, ut caput ipsius oleo perfundatur? Hæc non omnibus dicta esse velim, imo omnibus: non quod omnes inebrientur: absit; sed quia ebriorum ii, qui ebrii non sunt, curam non habent. Idcirco vos potius alloquor, qui sobrii estis: nam et medicus, ægrotis omissis, illos qui ægrotis assident alloquitur. Vos itaque precor et oro, ne umquam hoc morbo capiamini, eosque qui illo correpti sunt, sollicite eruere curetis, ne brutis pejores videantur. Illa enim nihil plus quam opus est quærunt; hi vero illis irrationabiliores sunt, qui moderationis terminos excedunt. Quanto enim melior asinus ebrioso est? quanto melior canis? Nam hæc animalia, cæteraque omnia, seu comedant, seu bibant, terminum norunt, neque ultra quam satis est procedunt: etiamsi enim sexcenti homines cogerent, non excedent umquam. Hac ergo in re brutis deteriores estis; non apud mentis compotes solum; sed etiam apud vos ipsos. Quod enim vos canibus et asinis deteriores judicetis hinc palam est, quod animalia istæc numquam cogas ultra modum cibum sumere; et si quis tibi dixerit, Cur hoc? Ne lædam illa, inquies: tibi vero non pari ratione provides. Sic te illis viliorem esse putas, teque hisce fluctibus agitatum negligis. Nam non modo qua die ebrius es, damno afficeris, sed insequenti quoque; ac sicut cessante febre, manet tamen quædam ex febri ægritudo: sic excussa ebrietate, fluctuatio tamen quædam restat et in animo et in corpore; miserum corpus jacet resolutum, ut post naufragium navis: corpore miserior anima, etiam, resoluto illo, tempestatem excitat, et cupiditatem incendit; ac cum videtur sapere, tunc maxime insanit, vinum, dolia, phialas, crateras in imaginatione versans: et sicut post tempestatem manet ipsum tempestatis damnum: ita et post ebrietatem: ac quemadmodum illic merces jactantur, sic in ebrietate jactura fit omnium pene bonorum. Si continentiam invenerit, si pudorem, prudentiam, æquitatem, humilitatem, omnia in pelagus iniquitatis projicit ebrietas. Verum ea, quæ sequuntur, non sunt similia. Ibi enim post ejecta onera navis levior et expedita redditur; hic vero magis aggravatur. Nam loco divitiarum arenam recipit et aquam salsam, totamque ebrietatis colluviem, quæ navim cum vectoribus et gubernatore cito demergunt. Ne igitur his malis involvamur, hac nos tempestate liberemur. Ebriosus numquam potest regnum cælorum videre. *Nolite errare*, inquit Apostolus; *nec ebriosi, nec conviciatores regnum cælorum hæreditabunt* (1. *Cor.* 6. 9. 10). Et quid dico, regnum cælorum? Post ebrietatem enim ne præsentia quidem videre possumus: ebrietas quippe nobis dies in noctes vertit, et lucem in tenebras; apertis oculis ebrii ne illa quæ ad pedes sunt cernere possunt. Neque id solum mali parit ebrietas; sed postea illi graviores luunt pœnas, mœrores ratione vacuos, furorem, ægritudinem, ridiculique evadunt opprobriis semper expositi. Quæ venia igitur iis, qui tantis sese malis obruunt? Nulla plane. Hunc ergo morbum fugiamus, ut et præsentia et futura bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LVIII. al. LIX.

Cap. 17. v. 21. *Versantibus illis in Galilæa, dixit eis Jesus: Tradendus est Filius hominis in manus hominum,* 22. *et occident eum, et tertia die resurget. Et contristati sunt valde.*

1. Ne dicerent, Cur tanto tempore hic versamur? rursus de passione ipsis loquitur: quibus auditis ne videre quidem Jerosolyma volebant. Vide ergo quomodo, postquam Petrus increpatus fuerat, postquam Moyses et Elias, de illa re colloquuti, gloriam illam appellaverant, postquam Pater superne vocem emiserat, totque signa facta fuerant, cum jam resurrectio e vicino esset (non enim mortuus longo tempore mansurus, sed post triduum resurrecturus erat), neque sic illud ferre potuerunt, sed *Contristati sunt;* non quidem mediocriter, imo *Valde* contristati: idque quia dictorum vim ignorabant. Id vero Marcus et Lucas subindicant; ille cum ait, ipsos hoc verbum ignorasse, neque ausos fuisse illum interrogare (*Marc.* 9. 31); hic vero dicens, id absconditum ab eis fuisse, ne sentirent (*Luc.* 9. 45); nec ausos esse illum interrogare circa hoc verbum. Atqui si ignorabant, cur contristabantur? Quia non omnia ignorabant, sciebant enim ipsum moriturum esse, ut sæpe audierant. Quæ autem foret mors hujusmodi; quod cito solvenda esset, et quod hinc infinita bona orirentur; hæc nondum clare sciebant: neque noverant quæ futura esset illa resurrectio. Ideo dolebant: etenim magistrum admodum diligebant.

Didrachma quid esset. — 23. *Cum autem venissent in Capernaum, accesserunt ad Petrum qui didrachma accipiebant, et dixerunt: Magister vester non solvit didrachma?* Quæ sunt hæc *Didrachma?* Quando primogenita Ægyptiorum interfecit Deus, tunc tribum Levi pro ipsis accepit (*Num.* 3. 39. 47). Deinde quia in hac tribu minor capitum numerus erat, quam primogenitorum apud Judæos esset, pro deficientibus ad supplendum numerum siclum jussit deferri: ex illo autem tempore mos invaluit, ut primogenita hoc vectigal solverent. Quia igitur Christus primogenitus erat, et inter discipulos primus videbatur esse Petrus, ad ipsum accedunt. Puto autem, id illos in singulis urbibus exegisse: quapropter in patria adierunt eum, quæ patria Capernaum putabatur esse. Ipsum porro adire non ausi, Petrum conveniunt, nec cum vehe-

Digitized by Google

mentia, sed moderatius : neque enim ut criminantes, sed ut interrogantes dixerunt : *Magister vester non solvit didrachma?* Non enim adhuc de illo ut par erat sentiebant, sed hominem esse putabant, licet illum in honore haberent ob patrata signa. Quid igitur Petrus? 24. *Utique*, ait : illis quidem dixit, ipsum soluturum esse, ipsi vero non dixit, quod fortassis erubesceret de talibus ipsum alloqui. Ideo mansuetus ille, qui omnia clare noverat, prævenions illum ait : *Quid tibi videtur, Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis suis, an ab alienis?* 25. *Dixit ille, Ab alienis. Dicit illi Jesus : Ergo liberi sunt filii.* Ne putaret enim Petrus, Christum id ab illis audivisse, prævenit eum, ut hoc ipsum significaret, et una fiduciam inderet non audenti antea de illis loqui. Hoc autem vult significare : Immunis a censu sum. Nam si reges terræ a filiis suis nihil accipiunt, sed ab alienis : multo magis me immunem esse oportuit, qui non terreni, sed cælestis Regis Filius sum, et Rex. Viden' quomodo filios distinguat a non filiis? Si vero Filius non esset, frustra exemplum regum afferret. Etiam, inquies, filius est, sed non genuinus. Ergo non filius : si autem nec filius nec genuinus, non ipsius ergo est, sed alienus. Si alienus, exemplum illud vim suam non habet. Ille namque non de filiis tantum, sed de genuinis loquitur, de propriis, qui cum patribus regni sunt consortes. Ideoque ad distinctionem alienos apposuit, sic vocans illos qui a regibus nati non sunt, filios vero dicit eos, quos ex se genuerunt. Tu autem mihi perpende quomodo revelatam Petro cognitionem hinc confirmet. Neque hic stetit, sed per consensus modum hoc ipsum significat, id quod magnæ sapientiæ erat. Nam cum hæc dixisset, ait : 26. *Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, et mitte hamum : et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, et in ille invenies staterem*[1]*: illum assumens, da eis pro me et te.* Viden' quomodo neque recuset, neque omnino jubeat tributum pendere? Sed ubi prius ostendit, se non esse huic obnoxium, tunc dat illud; tum ne illi scandalizentur, tum ne hi idem patiantur. Neque enim ita dat quasi debeat, sed ut illorum infirmitati consulat.

2. Alibi vero scandalum contemnit; ut cum de cibis dissereret; ut nos doceat temporis opportunitatem explorare oportere, quibus par est scandala despicere, vel non despicere. Ex modo item dandi, se ipsum, qui nempe sit, ostendit. Cur enim non ex repositis jubet dari? Ut, quod jam dixi, in hoc se Deum universorum esse et mari imperare ostenderet. Id jam demonstraverat quando mare increpavit, et cum Petrum jussit supra fluctus ambulare. Id nunc quoque ostendit, etsi alio modo, sed qui multum pariat stuporem. Neque enim parum illud erat prædixisse, piscem illum, qui primus capiendus esset, vectigal soluturum esse, et rete in abyssum injectum piscem illum; qui staterem gestabat, ex ejus præcepto adducturum esse, sed esse illud divinæ et ineffabilis potestatis, quod mare dona sic afferret; et obsequentiam suam ostenderet, tum quando furens sedatum est, tum quando æstuans conservum suscepit; tum etiam nunc, cum pro ipso exactoribus solvit. *Et da illis pro me et pro te*, inquit. Vidisti honoris excellentiam? Vide et Petri philosophiam. Nam Marcus, qui hujus discipulus erat, hoc gestum non scripsit, quia hinc illi honor ingens accedebat : sed negationem ejus scripsit, quæ vero conspicuum illum reddebant tacuit, et fortasse vetante magistro ne magna de illo diceret. *Pro me et te*, inquit : quia et ipse primogenitus erat. Ut autem Christi potentiam cum stupore miratus es, mirare et discipuli fidem, qui in re tam inexspectata paruit. Res enim erat natura insolita atque stupenda. Ideo in mercedem fidei, in solvendo tributo illum sibi Christus conjunxit. (*Cap.* XVIII) 1. *In illa hora accesserunt ad Jesum discipuli dicentes : Quis major est in regno cælorum?* Humanum quidpiam passi discipuli sunt : quod et evangelista significat dicens, *In illa hora :* quando plus quam cæteros omnes illum honoravit. Nam cum ex Jacobo et Joanne alter primogenitus esset[1], nihil simile pro illis fecit. Hinc pudore affecti animi sui commotionem confessi sunt, neque aperte dicunt, Cur Petrum nobis prætulisti? num ille major nobis est? non audebant enim; sed indefinite interrogant : *Quis major est?* Nam cum tres viderunt præferri cæteris, nihil simile passi sunt; cum autem unus tantum honorem tulit, tunc dolore sunt affecti. Neque hoc solum, sed et alia multa congerentes, accensi sunt. Nam dixit illi : *Tibi dabo claves;* et, *Beatus es, Simon Bar-Jona* (*Matth.* 16. 19. 17); et hic, *Da ipsis pro me et te;* itemque fiduciam ejus et loquendi libertatem videntes pungebantur. Quod si Marcus non dicat, illos interrogasse, sed secum id cogitasse (*Marc.* 9. 34), id non esse oppositum huic narrationi : nam verisimile est illos utrumque fecisse : et primum quidem alio tempore semel et bis sic cogitasse, tunc vero et dixisse, et secum cogitavisse. Tu vero non id vitii solum respicias, sed et illud cogita : primo, illos nihil hic hujus sæculi quærere; deinde, illos hunc postea morbum deposuisse, et primas sibi mutuo detulisse. Nos autem neque ad defectus eorum possumus pertingere, nec quærimus quis major sit in regno cælorum, sed quis major in regno terræ, quis opulentior, quis potentior. Quid ergo Christus? Illorum conscientiam detegit, et affectui eorum, non verbis tantum, respondet. 2 *Et advocans Jesus parvulum*, 3. *dixit, Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis in regnum cælorum.* Vos perquiritis quis sit major, et de primatu contenditis : ego vero eum, qui non humillimus factus fuerit, non esse dignum dico qui intret in regnum cælorum. Recte exemplum affert; nec affert modo, sed et ipsum parvulum in medio statuit, ipso aspectu hortans et suadens ut sint humiles ac simplices. Nam puerulus liber est ab invidia, a vana gloria, ab amore primatus, maximamque hanc virtutem possidet, nempe simplicitatem et humilitatem.

[1] Unus, *tolle, et aperiens os ejus, invenies staterem.*

[1] Unus, *cum Jacobi et Joannis Petrus primogenitus esset*

Digitized by Google

Εἶτα ἐπειδὴ τὸν παλαιὸν ἀνέγνω νόμον, τὸν καὶ διὰ πραγμάτων καὶ διὰ ῥημάτων [85] εἰσενεχθέντα, καὶ ἀξιόπιστον ἀπὸ τοῦ δεδωκότος ἀπέφηνε, μετ' ἐξουσίας λοιπὸν καὶ αὐτὸς ἑρμηνεύει καὶ νομοθετεῖ λέγων· *Ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία*. Ὥσπερ οὖν σάρκα τεμεῖν [86] ἐναγὲς, οὕτω καὶ γυναῖκα διαστῆσαι παράνομον. Καὶ οὐκ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν ἐπήγαγε λέγων· *Ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω*· δεικνὺς ὅτι καὶ παρὰ φύσιν καὶ παρὰ νόμον τὸ γινόμενον· παρὰ φύσιν μὲν, ὅτι μία διατέμνεται σάρξ· παρὰ νόμον δὲ, ὅτι τοῦ Θεοῦ συνάψαντος καὶ κελεύσαντος μὴ διαχωρίζεσθαι [87], αὐτοὶ συνεπιτίθεσθε τοῦτο ῥῆξαι. Τί οὖν μετὰ ταῦτα ἐχρῆν; οὐχ ἡσυχάσαι, καὶ ἐπαινέσαι τὸ εἰρημένον; οὐχὶ θαυμάσαι τὴν σοφίαν; οὐκ ἐκπλαγῆναι τὴν συμφωνίαν τὴν πρὸς τὸν Πατέρα; Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ποιοῦσιν, ἀλλ' ὡς ὄῆθεν ἐπαγωνιζόμενοί φασι· *Πῶς οὖν Μωϋσῆς ἐνετείλατο ἀοῦναι βιβλίον ἀποστασίου, καὶ ἀπολῦσαι αὐτήν*; Καίτοιγε τοῦτο λοιπὸν οὐκ αὐτοὺς ἔδει προβαλεῖν [88], ἀλλ' αὐτὸν αὐτοῖς· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐπεμβαίνει, οὐδὲ λέγει τοῦτο αὐτοῖς, ὅτι Τοῦδε [89] οὐκ εἰμὶ λοιπὸν ὑπεύθυνος ἐγώ· ἀλλὰ καὶ τοῦτο διαλύεται. Καὶ μὴν εἰ ἀλλότριος ἦν τῆς παλαιᾶς, οὐκ ἂν ἠγωνίσατο ὑπὲρ Μωϋσέως· οὐκ [90] ἂν ἀπὸ τῶν ἄπαξ ἐν ἀρχῇ γενομένων ἰσχυρίσατο· οὐκ ἂν ἐσπούδασε τὰ αὐτοῦ δεῖξαι συμβαίνοντα τοῖς παλαιοῖς. Καίτοιγε πολλὰ καὶ ἄλλα Μωϋσῆς ἐκέλευσε, καὶ τὰ περὶ βρωμάτων, καὶ τὰ περὶ σαββάτου [91]· τίνος οὖν ἕνεκεν οὐδαμοῦ αὐτὸν προβάλλονται, ὡς ἐνταῦθα; Βουλόμενοι τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν ἐπιστρατεῦσαι αὐτῷ. Καὶ γὰρ ἀδιάφορον Ἰουδαίοις τοῦτο ἦν, καὶ πάντες τοῦτό γε ἔπραττον. Διὰ δὴ τοῦτο τοσούτων ἐν τῷ ὄρει λεχθέντων, ταύτης ἐμέμνητο μόνης τῆς ἐντολῆς νῦν. Ἀλλ' ὅμως ἡ ἀπόῤῥητος σοφία καὶ ὑπὲρ τούτων ἀπολογεῖται, καί φησι [92]· *Μωϋσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν οὕτως ἐνομοθέτησε*. Καὶ οὐδὲ ἐκεῖνον ἀφίησιν ὑπὸ κατηγορίαν [93-96] μένειν, ἐπειδὴ καὶ τὸν νόμον αὐτὸς ἦν αὐτῷ δεδωκώς· ἀλλ' ἐξαιρεῖται αὐτὸν τοῦ ἐγκλήματος, καὶ τὸ πᾶν εἰς τὴν ἐκείνων περιτρέπει κεφαλήν· ὁ παντοχοῦ ποιεῖ. Καὶ γὰρ ὅτε τοὺς μαθητὰς τίλλοντας τοὺς στάχυας [622] ἠτιῶντο, δείκνυσιν αὐτοὺς ὄντας ὑπευθύνους· καὶ ὅτε παράβασιν ἐνεκάλουν περὶ τοῦ μὴ νίπτεσθαι τὰς χεῖρας, δείκνυσιν αὐτοὺς ὄντας τοὺς παραβάτας· καὶ ἐπὶ τοῦ σαββάτου δὲ, καὶ πανταχοῦ, καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως. Εἶτα ἐπειδὴ φορτικὸν ἦν τὸ εἰρημένον, καὶ πολλὴν ἔφερεν αὐτοῖς τὴν διαβολὴν, ταχέως πάλιν ἐπὶ τὸν ἀρχαῖον ἀνάγει νόμον τὸν λόγον, λέγων ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν εἶπεν· *Ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐκ ἐγένετο οὕτω*· τουτέστιν, ὅτι διὰ τῶν πραγμάτων ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἐνομοθέτησε τὰ ἐναντία. Ἵνα γὰρ μὴ λέγωσι, Πόθεν δῆλον ὅτι διὰ τὴν ἡμῶν σκληρότητα τοῦτο εἶπε Μωϋσῆς; ἐκεῖθεν πάλιν αὐτοὺς ἐπιστομίζει. Εἰ γὰρ οὗτος προηγούμενος ἦν ὁ νόμος καὶ συμφέρων, οὐκ ἂν ἐκεῖνος ἐξ ἀρχῆς ἐδόθη· οὐκ ἂν οὕτω πλάττων ἔπλασεν ὁ Θεός· οὐκ ἂν τοιαῦτα εἶπε· *Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται*. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὺς ἐπεστόμισε, μετὰ αὐθεντίας νομοθετεῖ λοιπὸν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν βρωμάτων, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σαββάτου. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν βρωμάτων τρεψάμενος αὐτοὺς, τότε διελέχθη τοῖς ὄχλοις, ὅτι *Οὐ τὸ εἰσερχόμενον κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον*· καὶ ἐπὶ τοῦ σαββάτου ἐπιστομίσας αὐτούς φησιν· *Ὥστε ἔξεστιν ἐν σαββάτῳ καλῶς ποιεῖν*· καὶ ἐνταῦθα τὸ αὐτὸ τοῦτο. Ἀλλ' ὅπερ ἐκεῖ συνέβη, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ τῶν Ἰουδαίων ἐπιστομισθέντων οἱ μαθηταὶ ἐθορυβήθησαν, καὶ προσελθόντες αὐτῷ μετὰ Πέτρου ἔλεγον· *Φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν ταύτην*· οὕτω καὶ νῦν θορυβηθέντες ἔλεγον· *Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου, συμφέρει μὴ γαμῆσαι*. Καὶ γὰρ νῦν ἐνόησαν μᾶλλον ἢ πρότερον τὸ λεχθέν. Διὰ τοῦτο τότε μὲν ἐσίγησαν, νῦν δὲ, ἐπειδὴ ἀντίῤῥησις καὶ ἀπόκρισις γέγονε, καὶ ἐρώτησις καὶ πεῦσις, καὶ σαφέστερος ὁ νόμος ἐφάνη, ἐρωτῶσιν αὐτόν. Καὶ φανερῶς μὲν ἀντειπεῖν οὐ τολμῶσι· τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ βαρὺ δοκοῦν εἶναι καὶ φορτικὸν εἰς μέσον προάγουσι,

[78] τὸ] τά Ep. κατά G. [76] μητέρα] add. αὐτοῦ M. [77] ἔζευξεν K. M. [78] Hæc ἀλλὰ καὶ σφ. συμβαίνων desunt in Edd. præter Savilianam, casu ut videtur; nam per codices et Interp. immota manent. [77] διισχυριζόμενον Edd. Post v. δημιουργίας desunt quatuor folia codicis M. usque ad τούτων ἁπάντων p. 625 D. [78] ταύτην] τὴν L. Mor. [79] ἐποίησεν] add. αὐτούς Edd. [80] καὶ ante ἐκ delevi, auctoritibus G. K. Ep. et Interp. καὶ ante εἰς om. G. invitis cæteris. [81] γὰρ] add. φησὶν L. μίαν] add. φησὶν H. [82] ἀλλ' ὅτι] ἀλλὰ τί; L. invito Ge. ὃ] οὓς K. ὃ οὖν L. ὃ om. G. [83] ἐγὼ σοὶ λέγω τὸν Μωϋσέα, ἀλλὰ τὸν Δεσπότην, καὶ G. H. K. *ego tibi non Mosem, sed Deum produco* Ge. Mox Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς Edd. [84] συνήγαγε G. H. p. p. ἀφιέναι G. K. [85] διὰ ῥημ. καὶ διὰ γραμμάτων G. H. invito Interp. [86] τέμνειν L. [87] διαιρεῖσθαι L. χωρίζεσθαι H. Quæ sequuntur, αὐτοὶ συνεπιτίθεσθε τοῦτο ῥῆξαι non habent K. L. sed legisse videtur Interp. [88] προβάλλειν H. K. L. [89] τοῦδε] τούτου G. K. p. p. λοιπὸν om. G. H. K. [90] οὐκ] οὐδ' Edd. ἀπὸ] ὑπέρ codices *neque ea... confirmassel* Ge. Edd. ἀπό, quod mihi quidem verius videtur. [91] Sic K. L. Ge. cæteri σαββάτων. [92] φησὶν] add. ὅτι L. invitis Mosqq. [93-96] ὑπὸ τὴν κ. K. ὑπὸ τῇ κατηγορίᾳ L. αὐτῷ] οὕτω G.

Digitized by Google

dixerat, his verbis : Cur contraria dixisti? si eadem rursus quæ prius diceret, Moysem objicere. Quid ergo ille? Non dicit : *Cur me tentatis, hypocritæ* (*Matth.* 22. 18)? id quod postea dixit : sed hic non item. Quare? Ut cum potentia sua mansuetudinem quoque ostenderet. Neque enim semper tacet, ne putent id se latere; neque semper redarguit, ut nos doceat omnia mansuete esse ferenda. Quomodo ergo illis respondet? 4. *Non legistis, quia qui fecit hominem, masculum et feminam fecit eos? Et dixit :* 5. *Propterea relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una* (*Gen.* 2. 24). 6. *Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.* Vide sapientiam magistri. Interrogatus enim, *Si licet*, non statim dicit, Non licet, ne perturbarentur; sed antequam sententiam diceret, per apparatum illum id liquido statuit, ostendens Patris sui esse præceptum, nec Moysi adversatum se hoc præcepisse. Animadverte autem illum non a creatione solum illud affirmare, sed et a præcepto ejus. Non enim dixit, ipsum fecisse unum tantum hominem unamque mulierem; sed etiam præcepisse, ut unus uni copularetur. Si voluisset autem hanc dimitti, aliam duci, cum unum hominem fecit, multas fecisset mulieres. Nunc autem et ex modo creationis et ex forma legis ostendit, unum debere semper cum una habitare, neque umquam separari. Et vide quomodo dicat : *Qui fecit a principio, masculum et feminam fecit eos;* hoc est, ex una radice facti sunt, et in unum corpus convenerunt. *Erunt* enim, inquit, *duo in carne una.* Deinde ostendens tremendum esse hanc legem accusare, ipsamque legem statuens, non dixit, Ne disjungatis igitur, ne separetis : sed quid? *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Si Moysem opponas, ego tibi Moysis Dominum afferam [1], itemque a tempore firmabo. Nam Deus a principio masculum et feminam fecit eos (*Gen.* 1. 27) : ac vetustissima lex est, licet videatur nunc a me primum induci, et accuratissime statuta fuit. Neque enim simpliciter mulierem ad virum adduxit, sed jussit et matrem et patrem relinquere. Neque ad mulierem accedere tantum jussit, sed et illi adhærere, ex modo dicendi disjungi non posse declarans. Neque id satis habuit, sed et aliam majorem conjunctionem exquisivit : *Erunt duo in carne una*, inquit.

2. Deinde prisca recitata lege, quæ et rebus [2] et verbis inducta fuit, postquam illam fide dignam ex Legislatore demonstravit, cum potestate illam interpretatur, et legem sancit dicens : *Quapropter jam non sunt duo, sed una caro.* Sicut ergo carnem secare scelestum est, ita et uxorem dirimere iniquum. Neque hic stetit, sed Deum quoque attulit dicens : *Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet;* ostendens illud et contra naturam et contra legem esse : contra naturam, quia una caro dissecatur; contra legem, quia cum Deus conjunxerit, et jusserit non separare, vos id facere tentatis. Quid igitur post hæc faciendum erat? nonne quiescendum, nonne laudanda ea quæ dicta erant? nonne admirari oportebat illam sapientiam? nonne obstupescere de tanta cum Patre consonantia? Sed nihil horum faciunt, et quasi contentiose aiunt : 7. *Quomodo ergo Moyses jussit dare libellum repudii, et dimittere illam* (*Deut.* 24. 1)? Hoc porro non illi debebant objicere, sed Christus illis : attamen non carpit illos, neque dicit eis, Nihil hoc ad me; sed hanc objectionem solvit. Atqui si oppositus Veteri Testamento fuisset, non pro Moyse disputasset; neque ex iis quæ semel ab initio facta sunt, dicta sua confirmasset, neque ostendere studuisset sua cum priscis illis consentire. Etsi vero multa alia Moyses jusserit, tum de cibis, tum de sabbatis; cur nusquam illum ipsi opponunt, ut hoc loco? Quia id studebant, ut virorum multitudinem contra illum concitarent. Nam illud Judæi indifferenter observabant, omnesque id vulgo factitabant. Ideo cum multa in monte disseruisset, hujus tantum mandati nunc mentionem fecerunt. Attamen ineffabilis illa Sapientia pro his defensionem parat et dicit : 8. *Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri ita lege præcepit.* Neque illum simit accusatione impeti : nam ipse erat qui legem illi dederat; sed illum a culpa liberat, et totum in caput illorum convertit; quod etiam ubique facit. Nam cum discipulos spicas vellentes criminarentur, ipsos accusatores in culpa esse ostendit : et cum incusabant quod illotis manibus manducarent, ipsos esse transgressores comprobabat, et cum de sabbato, atque ubique, ut hoc loco. Deinde quia id quod dixerat onerosum erat, admodumque illos carpebat, ad veterem rursus legem sermonem cito transfert, repetens id quod supra dixit : *A principio autem non fuit sic;* id est, ex rebus ipsis contraria Deus a principio statuit. Ne dicerent enim : Unde palam nobis erit ob duritiam nostram hoc dixisse Moysem? hinc illos rursum comprimit. Nam si hæc lex præcipua utilisque fuisset, non illa alia a principio data fuisset : nec sic efformasset Deus, neque talia diceret : 9. *Ego autem dico vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, et aliam duxerit, mœchatur.* Postquam illos ad silentium compulit, cum auctoritate legem statuit, ut cum de cibis, et cum de sabbato ageret. Nam de cibis, postquam illos confutaverat, cum turbis disseruit, dicens, non id quod ingreditur coinquinare hominem (*Matth.* 15. 11); et de sabbato, cum illos confutavisset, dicit : *Itaque licet in sabbato benefacere* (*Matth.* 12. 13) : hic quoque eodem modo. Sed quod ibi accidit, hic quoque evenit. Sicut enim ibi Judæis refutatis, discipuli turbati sunt, et accedentes ad eum cum Petro dixerunt : *Expone nobis parabolam hanc* (*Matth.* 13. 36) : sic nunc quoque turbati dicebant : 10. *Si ita est causa hominis, expedit non nubere.* Etenim nunc melius quam antea dictum intellexerunt. Ideoque tunc siluerunt; nunc vero, quia objectio responsioque prodiit, et interrogatio cum explicatione, lexque clarior facta est, interrogant illum et palam contradicere non audent : quod autem ea in re grave

[1] Alii, *Si Moysem opponas, ego non affero tibi Moysem, sed Dominum.*

[2] Unus habet, *literæ*, pro, *rebus.*

Digitized by Google

et onerosum videtur, in medium adducunt, dicentes : *Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere.* Nam valde onerosum videbatur uxorem omni nequitia plenam habere, et tolerare, indomitamque ferum intus servare.

3. *Virginitatem Christus occulte quomodo suadeat. Suum mutilare corpus nefas. Doctrina de fato et necessitate perniciosa.* — Et ut discas, hoc illos admodum turbasse, Marcus referendus est dicens illos seorsim ipsi loquutos esse. Quid est, *Si ita est causa hominis cum uxore* (*Marc.* 10. 10)? Id est, Si ita conjuncti sunt, ut unum sint ; vel, Si hac de causa sic vir adstrictus est ut semper prævaricetur, cum ejicit : levius certe faciliusque est contra naturæ concupiscentiam et contra seipsum certare, quam contra improbam mulierem. Quid igitur Christus? Non dixit, Etiam facilius est ; et hoc facito, ne legem illud esse putarent : sed intulit : *Non omnes capiunt, sed quibus datum est.* Rem extollit, et magnam esse indicat, atque hoc modo attrahit et hortatur. Sed hic contradictionem videas. Ipse enim magnum illud esse dicit ; illi vero levissimum : utrumque certe commode factum ; ut et ipse magnum fateretur esse, ut illos ardentiores efficeret, et ex dictis superius illi levissimum ostenderent, ut hoc modo illi virginitatem et continentiam præferrent. Quia enim de virginitate loqui onerosum videbatur esse, ex dura legis necessitate, illos in ejus cupiditatem attraxit. Deinde ut commonstret posse illam servari, ait : 12. *Sunt eunuchi, qui ex ventre matris ita nati sunt : et sunt eunuchi, qui castrati sunt ab hominibus, et sunt eunuchi, qui se castraverunt propter regnum cœlorum ;* his occulte illos ad hoc genus vitæ deligendum inducens, et hanc virtutem servari posse suadens, ac si diceret : Cogita quid faceres, si ex natura talis esses, aut si idipsum per vim et injuriam passus esses? quid faceres cum ejusmodi voluptate privatus, nullam hinc mercedem exspectares? Gratias igitur nunc agè Deo, quod pro mercede et coronis illud patiaris, quod sine coronis patiuntur illi ; imo vero illud non ita durum, sed longe levius est : nam et spe præmii, et tantæ virtutis conscientia mitigatur, neque tantis cupiditatis fluctibus jactatur. Non enim ipsa membri amputatio ita fluctus illos sedare et tranquillitatem parere solet, ut rationis frenum ; imo longe magis hoc freno sedatur. Ideo igitur illos recensuit, ut hos incitaret : nam si non huc tenderet, quid sibi vellet illa eunuchorum recensio? Cum autem dicit, *Seipsos castraverunt*, non membrorum amputationem dicit ; absit ; sed pravarum cogitationum expulsionem. Nam qui membrum excidit, maledictioni obnoxius est, ut Paulus ait : *Utinam abscindantur qui vos conturbant* (*Gal.* 5. 12). Ac jure merito ; nam qui talis est, eadem aggreditur quæ homicidæ, et iis qui Dei creationem calumniantur dat occasionem, Manichæorumque ora aperit, ac perinde peccat atque ii apud gentiles, qui mutilantur. Membra enim amputare diabolicæ est operationis, et satanicarum insidiarum opus fuit ab initio ; ut Dei opificium calumnientur ; utque a Deo factum animal labefactent ; ut non proposito voluntatis, sed membrorum naturæ totum tribuentes, sic multi sine timore peccarent, quasi rationem non essent reddituri : ac dupliciter hoc animal læderent, tum quod membra amputarent, tum quod voluntatis studium a bonis exhibendis impedirent. Hanc porro diabolus legem constituit ; præter dicta autem aliud pessimum dogma inducens, nempe de fato et necessitate, hac vero parata via, libertatem nobis a Deo datam labefactat, suadens vitia esse naturalia ; multaque alia inde dogmata prava disseminans, etiamsi id non aperte faciat. Talia quippe sunt diaboli perniciosa toxica. Quapropter rogo, hanc fugiamus iniquitatem. Præter ea enim quæ diximus, non mitigatur inde cupiditas, imo fit ardentior : sperma namque aliunde fontes habet, et aliunde fluctibus agitatur. Alii enim ex cerebro, alii ex lumbis œstrum oriri dicunt. At ego non aliunde dixerim quam ab animo lascivo, et cogitationum neglectu : si animus temperans sit, nullum ex naturalibus motibus damnum oritur. De illis igitur eunuchis locutus, qui frustra eunuchi sunt, nisi ii si mente et animo temperantes sint, et de iis qui propter regnum cœlorum virginitatem servant, jam perorat his verbis : *Qui potest capere, capiat :* hincque validius inflammat, quod rem insignem et grandem esse demonstret, nec rem intra legis necessitatem includit, ob ineffabilem mansuetudinem suam. Et hoc dixit, maxime rem esse possibilem ostendens, ut major inde cupiditas voluntati accrescat.

4. *Magna gratiæ ope eget virginitas.* — Sed si res ex voluntate est, inquies, quomodo in principio dixit : *Non omnes capiunt, sed quibus datum est?* Ut discas magnum esse certamen, non ut sortem quamdam necessariam imagineris. Iis enim datum est qui voluerint. Sic porro dixit, ut ostenderet magno supernæ gratiæ auxilio opus habere eum qui hoc init certamen, quo plane fruetur quisquis voluerit. Solet quippe hac uti voce quando de magna quapiam re agitur, ut quando dicit : *Vobis datum est nosse mysteria* (*Luc.* 8. 10). Quod autem hoc sit verum, ex præsenti loco patet. Nam si supernum solummodo esset donum, nihilque de suo afferrent ii qui virginitatem colunt, superflue ipsis regnum cœlorum promitteret, nec merito illos a cæteris eunuchis distingueret. Tu vero mihi perpende, quomodo unde alii maligne agunt, alii lucrentur. Nam Judæi, cum nihil didicissent, abierunt : non enim ut discerent interrogabant ; discipuli vero inde lucrum retulerunt. 13. *Tunc oblati sunt ei pueruli, ut manus imponeret eis, et oraret. Discipuli autem increpaverunt eos.* 14. *Ille vero dixit eis : Sinite parvulos venire ad me ; talium est enim regnum cœlorum.* 15. *Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.* Cur discipuli pueros abigebant? Dignitatis causa. Quid ergo ille? Ut doceat illos modeste sapere, fastumque mundanum conculcare, et suscipit et ulnis complectitur, talibusque regnum cœlorum pollicetur ; id quod etiam dixit superius. Et nos itaque, si volumus heredes esse cœlorum, hanc virtutem cum diligentia magna sectemur. Hoc est enim philosophiæ culmen

Digitized by Google

λέγοντες· *Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός, οὐ συμφέρει γαμῆσαι.* Καὶ γὰρ σφόδρα ἐπαχθὲς ἐδόκει εἶναι τὸ γυναῖκα πάσης κακίας γέμουσαν ἔχειν, καὶ ἀνέχεσθαι ἀνημέρου θηρίου διαπαντὸς ἔνδον συγκεκλεισμένου.

γ'. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι σφόδρα τοῦτο αὐτοὺς ἐθορύβει, ὁ Μάρκος αὐτὸ δηλῶν ἔλεγεν, ὅτι κατ' ἰδίαν εἶπον αὐτῷ [97]. Τί δέ ἐστιν, *Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός;* Τουτέστιν, εἰ διὰ τοῦτο συνῆχθη [98], ἵνα ἐν ὦσιν· ἢ ἐκεῖνο, Εἰ αἰτίαν λήψεται ἐπὶ τούτοις ὁ ἀνήρ, καὶ πανταχοῦ παρανομεῖ ἐκβάλλων, κουφότερον πρὸς ἐπιθυμίαν μάχεσθαι φύσεως καὶ πρὸς ἑαυτὸν, ἢ πρὸς γυναῖκα πονηράν. Τί οὖν ὁ Χριστός; Οὐκ εἶπεν, ὅτι [99] Ναὶ, κουφότερον, καὶ ποιεῖ τοῦτο· ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι νόμος τὸ πρᾶγμά ἐστιν· ἀλλ' ἐπήγαγεν· *Οὐ πάντες χωροῦσιν, ἀλλ' οἷς δέδοται·* ἐπαίρων τὸ πρᾶγμα, καὶ δεικνὺς μέγα ὄν, καὶ ταύτῃ ἐφελκόμενος καὶ προτρέπων. Ἀλλ' ὅρα ἐνταῦθα ἐναντιολογίαν. Αὐτὸς μὲν γὰρ μέγα φησὶ [623] τοῦτο· ἐκεῖνοι δὲ κουφότερον. Καὶ γὰρ ἀμφότερα ἔδει γενέσθαι, καὶ παρ' αὐτοῦ μέγα ὁμολογηθῆναι, ἵνα προθυμοτέρους ἐργάσηται, καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων παρ' αὐτοῖς κουφότερον δειχθῆναι [1], ἵνα καὶ ταύτῃ μᾶλλον τὴν παρθενίαν ἕλωνται καὶ τὴν ἐγκράτειαν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ περὶ παρθενίας εἰπεῖν ἐπαχθὲς εἶναι ἐδόκει, ἐκ τῆς ἀνάγκης τοῦ νόμου τούτου εἰς τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοὺς ἐκείνην ἐνέβαλεν. Εἶτα τὸ δυνατὸν δεικνύς φησιν· *Εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτως· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι* [2], *οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν·* διὰ τούτων λανθανόντως ἐνάγων αὐτοὺς εἰς τὴν τοῦ πράγματος αἵρεσιν, καὶ τὸ δυνατὸν τῆς ἀρετῆς ταύτης κατασκευάζων, καὶ μόνον οὐχὶ λέγων, ὅτι [3] Ἐνόησον, εἰ ἐκ φύσεως τοιοῦτος ἦς, ἢ παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπηρεαζόντων τὸ αὐτὸ τοῦτο ὑπέμεινας, τί ἂν ἐποίησας, τῆς ἀπολαύσεως μὲν ἐστερημένος [4], μισθὸν δὲ οὐκ ἔχων; Οὐκοῦν εὐχαρίστει τῷ Θεῷ νῦν, ὅτι μετὰ μισθοῦ καὶ στεφάνων τοῦτο ὑπομένεις, ὃ χωρὶς στεφάνων ἐκεῖνοι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ [5] πολλῷ κουφότερον, τῇ τε ἐλπίδι διορθούμενος, καὶ τῷ συνειδότι τοῦ κατορθώματος, καὶ μηδὲ τὴν ἐπιθυμίαν οὕτω κυμαίνουσαν ἔχων. Οὐ γὰρ οὕτως ἐκτομὴ μέλους, ὡς λογισμοῦ χαλινὸς, τὰ τοιαῦτα οἶδε καταστέλλειν κύματα, καὶ γαλήνην ποιεῖν· μᾶλλον δὲ λογισμὸς μόνος [6]. Διὰ τοῦτο τοίνυν ἐκείνους παρήγαγεν, ἵνα τούτους; ἀλείψῃ ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο κατεσκεύαζε, τί βούλεται ὁ περὶ τῶν ἄλλων εὐνούχων λόγος αὐτῷ; Ὅταν δὲ λέγῃ, ὅτι [7] *Εὐνούχισαν ἑαυτούς*, οὐ τῶν μελῶν λέγει τὴν ἐκτομήν· ἅπαγε· ἀλλὰ τῶν πονηρῶν λογισμῶν τὴν ἀναίρεσιν. Ὡς ὅ γε τὸ μέλος ἐκτεμών, καὶ ἁρπᾷ ἐστιν ὑπεύθυνος, καθὼς [8] ὁ Παῦλός φησιν· *Ὀφείλει καὶ ἀποκόπτονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς.* Καὶ μάλα εἰκότως. Καὶ γὰρ τὰ τῶν ἀνδροφόνων ὁ τοιοῦτος τολμᾷ, καὶ τοῖς τοῦ Θεοῦ διαβάλλουσι τὴν δημιουργίαν δίδωσιν ἀφορμὴν, καὶ τῶν Μανιχαίων ἀνοίγει τὰ στόματα, καὶ τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἀκρωτηριαζομένοις τὰ αὐτὰ παρανομεῖ. Τὸ γὰρ ἀποκόπτειν τὰ μέλη, δαιμονικῆς ἐνεργείας καὶ σατανικῆς ἐπιβουλῆς ἐξ ἀρχῆς γέγονεν ἔργον· ἵνα τοῦ Θεοῦ τὸ ἔργον διαβάλλωσιν [9]· ἵνα τὸ ζῶον τοῦτο [10] λυμήνωνται· ἵνα μὴ τῇ προαιρέσει, ἀλλὰ τῇ τῶν μελῶν φύσει τὸ πᾶν λογισάμενοι, οὕτως ἀδεῶς ὁμαρτάνωσιν αὐτῶν οἱ πολλοὶ, ἅτε ἀνεύθυνοι ὄντες· καὶ διπλῇ παραβλάψωσι τὸ ζῶον τοῦτο, καὶ τῷ τὰ μέλη πηροῦν, καὶ τῷ τῆς προαιρέσεως τὴν ὑπὲρ τῶν ἀγαθῶν προθυμίαν κωλύειν. Ταῦτα δὲ ὁ διάβολος ἐνομοθέτησε, πρὸς [11] τοῖς εἰρημένοις καὶ ἕτερον πονηρὸν δόγμα εἰσάγων, καὶ τῷ περὶ εἱμαρμένης καὶ ἀνάγκης καὶ ἐντεῦθεν προοδοποιῶν λόγῳ [12], καὶ πανταχοῦ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθεῖσαν ἡμῖν ἐλευθερίαν λυμαινόμενος, καὶ πείθων φυσικὰ εἶναι τὰ κακὰ, καὶ πολλὰ ἕτερα ἐντεῦθεν ὑποσπείρων δόγματα πονηρὰ, εἰ καὶ μὴ προφανῶς. Τοιαῦτα γὰρ τοῦ διαβόλου [624] τὰ δηλητήρια. Διὰ τοῦτο παρακαλῶ φεύγειν τὴν τοιαύτην παρανομίαν. Μετὰ γὰρ τῶν εἰρημένων οὐδὲ τὰ τῆς ἐπιθυμίας ἡμερώτερα ἐντεῦθεν, ἀλλὰ καὶ χαλεπώτερα γίνεται. Ἑτέρωθεν γὰρ ἔχει τὰς πηγὰς τὸ σπέρμα τὸ ἐν ἡμῖν, καὶ ἑτέρωθεν κυμαίνει. Καὶ οἱ μὲν ἀπὸ ἐγκεφάλου, οἱ δὲ ἀπὸ ὀσφύος τὸν οἶστρον ἐκεῖνον φύσεθαι λέγουσιν· ἐγὼ δὲ οὐδαμόθεν ἄλλοθεν εἰπεῖμι ἂν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ γνώμης ἀκολάστου καὶ διανοίας ἡμελημένης, κἂν αὐτὴ σωφρονῇ, τῶν φυσικῶν κινημάτων βλάβος οὐδέν. Εἰπὼν τοίνυν τοὺς εὐνούχους, τοὺς εἰκῇ καὶ μάτην εὐνούχους, εἰ μὴ τῷ λογισμῷ καὶ αὐτοὶ [13] σωφρονοῖεν, καὶ τοὺς ὑπὲρ [14] τῶν οὐρανῶν παρθενεύοντας, πάλιν ἐπάγει λέγων· *Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω·* προθυμοτέρους τε ποιῶν τῷ δεῖξαι ὑπέρογκον ὂν τὸ κατόρθωμα, καὶ οὐκ ἀφιεὶς εἰς ἀνάγκην νόμου τὸ πρᾶγμα κατακλεισθῆναι [15], διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ ἡμερότητα. Καὶ τοῦτο εἶπεν, ὅτε [16] σφόδρα ἔδειξε δυνατὸν ὄν, ἵνα πλείων τῆς προαιρέσεως ἡ φιλοτιμία γένηται.

δ'. Καὶ εἰ προαιρέσεώς ἐστι, φησὶ, πῶς ἀρχόμενος ἔλεγεν, *Οὐ πάντες χωροῦσιν, ἀλλ' οἷς δέδοται;* Ἵνα μάθῃς ὅτι μέγας ὁ ἆθλος, οὐχ ἵνα ἀποκλήρωσίν τινα ἠναγκασμένην ὑποπτεύσῃς. Δέδοται γὰρ ἐκείνοις, τοῖς βουλομένοις. Εἶπε δὲ οὕτω, δεικνὺς ὅτι πολλῆς δεῖ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς τῷ εἰς τοῦτο εἰσελθόντι [17] τὸ σκάμμα, ἧς ἀπολαύσεται πάντως ὁ βουλόμενος. Ἔθος γὰρ αὐτῷ ταύτῃ κεχρῆσθαι τῇ λέξει, ὅταν μέγα τὸ κατορθούμενον ᾖ, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια.* Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, δῆλον καὶ ἐκ τοῦ παρόντος. Εἰ γὰρ τῆς ἄνωθεν δόσεως μόνης ἐστὶ, καὶ οὐδὲν αὐτοὶ συνεισφέρουσιν οἱ παρθενεύοντες, περιττῶς αὐτοῖς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἐπηγγείλατο, καὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς διεῖλεν εὐνούχων. Σὺ δέ μοι σκόπει, πῶς ἐξ ὧν ἕτεροι πονηρεύονται, κερδαίνουσιν ἕτεροι. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι μηδὲν μαθόντες ἀπῆλθον· οὐδὲ γὰρ ἵνα μάθωσιν ἠρώτων· οἱ δὲ μαθηταὶ καὶ ἐντεῦθεν ἐκέρδαινον. *Τότε προσηνέχθη αὐτῷ παιδία, ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς, καὶ προσεύξηται· καὶ ἐπετίμησαν οἱ μαθηταὶ* [18] *αὐτοῖς. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς·* Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. *Καὶ ἐπιθεὶς αὐτοῖς* [19] *τὰς χεῖρας, ἐπορεύθη ἐκεῖθεν.* Καὶ τίνος ἕνεκεν οἱ μαθηταὶ ἀπεσόβουν τὰ παιδία; Ἀξιώματος ἕνεκεν. Τί οὖν αὐτός; Διδάσκων αὐτοὺς μετριάζειν, καὶ τύφον καταπατεῖν κοσμικὸν [20], καὶ λαμβάνει καὶ ἐναγκαλίζεται, καὶ τοῖς τοιούτοις τὴν βασιλείαν ἐπαγγέλλεται [21]· ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν εἰρηκεν. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν, εἰ βουλοίμεθα κλη-

[97] αὐτῷ om. G. K. [98] συνήφθη] Sic codd. et Ep. « Ἴσ. συνῆφθησαν. » Sav. Ita Theoph. De seqq. vid. adnot. [99] ὅτι om. G. H. Mox ποιεῖ scripsimus cum uno cod. K. pro vulgato ποιεῖ. [1] λεχθῆναι G. [2] εὐνοῦχοι bis om. G. Mosqq. [3] ὅτι om. K. L. εἰ] ὅτι εἰ G. K. [4] στερούμενος G. H. [5] καὶ et p. p. τε om. G. H. K. invito Ep. [6] μόνον H. K. Ep. [7] ὅτι om. G. H. [8] καθὼς] ὡς G. H. K. [9] διαβάλωσι H. K. [10] τοῦτο] Sic K. L. pro vulgato τοῦ Θεοῦ. Neutrum habet Ep. *rationale animal* Ge. [11] πρὸς] add. δὲ G. H. [12] τῷ... λόγῳ] τὸν... λόγον G. καὶ ἀνάγκης om. G. H. K. et delevit Sav. [13] οὗτοι K. L. [14] ὑπὲρ] add. τῆς βασιλείας Edd. [15] κλεισθῆναι Edd. [16] εἶπεν, ὅτε] Sic K. L. M. Ep. vulgo εἰπὼν, ἔτι. [17] ἐλθόντι G. Lacunam habet L. usque ad φιλοκερδείας p. 627 A. [18] καὶ ἐπ. οἱ μ.] οἱ δὲ μ. ἐπ. K. 1 Mosq. [19] αὐτοῖς] αὐτὰ G. ἐπ' αὐτὰ Edd. αὐτοῖς om. H. 1 Mosq. [20] τύφον κ. κοσμικὸν] sic K. Ep. Ge. τὸν τύφον κ τὸν ἀνθρώπινον G. H. p. p. ἀγκαλίζεται G. [21] ἐπαγγέλλεται] χαρίζεται K

Digitized by Google

ρονόμοι γενέσθαι τῶν οὐρανῶν, τὴν ἀρετὴν ταύτην μετὰ πολλῆς κτησώμεθα τῆς ἐπιμελείας. Οὗτος γὰρ φιλοσοφίας ὅρος, μετὰ συνέσεως ἅπλαστον εἶναι· τοῦτο βίος ἀγγελικός. Καὶ γὰρ πάντων τῶν παθῶν καθαρεύει ἡ ψυχὴ τοῦ παιδίου [25]. [625] Τοῖς λελυπηκόσιν οὐ μνησικακεῖ, ἀλλ' ὡς φίλοις προσέρχεται, ὡς οὐδενὸς γενομένου. Καὶ ὅσα ἂν παρὰ τῆς μητρὸς μαστιχθῇ, ταύτην ἐπιζητεῖ, καὶ πάντων αὐτὴν προτιμᾷ. Κἂν βασιλίδα [26] δείξῃς μετὰ διαδήματος, οὐ προτίθησι τῆς μητρὸς ῥάκια περιεβεβλημένης, ἀλλ' ἕλοιτο ἂν μᾶλλον ἐκείνην ἰδεῖν μετὰ τούτων, ἢ τὴν βασιλίδα μετὰ κόσμου. Τὸ γὰρ οἰκεῖον καὶ ἀλλότριον οὐ πενίᾳ καὶ πλούτῳ [26], ἀλλὰ φιλίᾳ διαγινώσκειν οἶδε. Καὶ τῶν ἀναγκαίων οὐδὲν πλέον ἐπιζητεῖ, ἀλλ' ὅσον ἐμπλησθῆναι τοῦ μαστοῦ, καὶ ἀφίσταται τῆς θηλῆς. Τὸ παιδίον οὐ λυπεῖται ἐφ' οἷς ἡμεῖς· οἷον ἐπὶ ζημίᾳ χρημάτων, καὶ τοῖς τοιούτοις· καὶ οὐ χαίρει πάλιν ἐφ' οἷς ἡμεῖς, τοῖς ἐπικήροις τούτοις· οὐκ ἐπτόηται πρὸς κάλλη σωμάτων. Διὰ τοῦτο ἔλεγε· *Τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*· ἵνα τῇ προαιρέσει ταῦτα ἐργαζώμεθα, ἃ τῇ φύσει τὰ παιδία ἔχει. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ Φαρισαῖοι οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ὡς [26] ἀπὸ κακουργίας καὶ ἀπονοίας ἔπραττον ἃ ἔπραττον, διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω τοὺς μαθητὰς ἀφελεῖς εἶναι κελεύει, ἐκείνους τε αἰνιττόμενος, καὶ τούτους παιδεύων. Καὶ γὰρ οὐδὲν οὕτως εἰς ἀλαζονείαν ἐπαίρει, ὡς ἀρχὴ καὶ προεδρία. Ἐπεὶ οὖν ἔμελλον οἱ μαθηταὶ ἀπολαύειν τιμῆς πολλῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, προκαταλαμβάνει αὐτῶν τὴν διάνοιαν, οὐκ ἀφιεὶς ἀνθρώπινόν τι παθεῖν, οὐδὲ τιμᾶς ἀπαιτεῖν παρὰ τοῦ πλήθους, οὐδὲ τὸ [26] σοβεῖν πρὸ αὐτῶν. Εἰ γὰρ καὶ μικρὰ ταῦτα εἶναι δοκεῖ, ἀλλὰ μεγάλων κακῶν ἐστιν αἰτία. Οὕτω γοῦν οἱ Φαρισαῖοι παιδοτριβούμενοι εἰς τὴν κορωνίδα τῶν κακῶν ἐξέπεσον, τοὺς ἀσπασμούς, τὰς προεδρίας, τοὺς μεσασμοὺς ἐπιζητοῦντες· ἀπὸ γὰρ τούτων εἰς δοξομανίαν, εἶτα ἐκεῖθεν εἰς ἀσέβειαν ἐξώκειλαν. Διὰ δὴ τοῦτο ἐκεῖνοι μὲν ἀρὰν ἐπισπασάμενοι διὰ τοῦ πειράζειν, ἀπῆλθον· τὰ παιδία δὲ εὐλογίαν, ἅτε τούτων ἁπάντων ἠλευθερωμένα. [27] Γενώμεθα δὴ καὶ ἡμεῖς κατὰ τὰ παιδία, καὶ τῇ κακίᾳ νηπιάζωμεν. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἕτερος ἰδεῖν τὸν [26] οὐρανόν· ἀλλ' ἀνάγκη πάντως εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν τὸν ὕπουλον καὶ πονηρόν. Καὶ πρὸ τῆς γεέννης δὲ ἐνταῦθα τὰ ἴσχατα πεισόμεθα. *Ἐὰν γὰρ κακὸς γένῃ*, φησί, *μόνος ἀπολήσεις τὰ κακά· ἐὰν δὲ ἀγαθὸς, σαυτῷ καὶ τῷ πλησίον*. Σκόπει γοῦν, ὡς τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων συνέβη. Οὔτε γὰρ πονηρότερόν τι τοῦ Σαοὺλ γέγονεν, οὔτε ἁπλούστερον καὶ ἀφελέστερον τοῦ Δαυΐδ. Τίς οὖν ὁ [26] ἰσχυρότερος ἦν; Οὐ δεύτερον αὐτὸν εἰς χεῖρας ἔλαβεν ὁ Δαυΐδ, καὶ κύριος τοῦ ἀνελεῖν γενόμενος, ἀπέστη; οὐχ ὡς ἐν σαγήνῃ καὶ δεσμωτηρίῳ συνειλημμένον εἶχε, καὶ ἐφείσατο; Καὶ ταῦτα καὶ [26] ἑτέρων παροξυνόντων, καὶ αὐτὸς μυρία ἐγκαλεῖν ἔχων ἐγκλήματα· ἀλλ' ὅμως ἀφῆκε σῶον ἀπελθεῖν. Καίτοι ὁ μὲν μετὰ πάσης αὐτὸν τῆς στρατιᾶς ἐδίωκεν, ὁ δὲ μετὰ ὀλίγων φυγάδων ἀπεγνωσμένων ἦν [21], ἁλώμενος καὶ τόπους ἐκ τόπων [628] ἀμείβων· ἀλλ' ὅμως ὁ φυγὰς τοῦ βασιλέως περιεγένετο· ἐπειδὴ ὁ μὲν μετὰ ἁπλότητος, ὁ δὲ μετὰ πονηρίας παρετάττετο. Τί γὰρ ἂν γένοιτο πονηρότερον ἐκείνου, ὃς τὸν αὐτῷ στρατηγοῦντα, καὶ τοὺς πολέμους ἅπαντας κατορθοῦντα, καὶ τῆς νίκης καὶ τῶν τροπαίων τοὺς μὲν πόνους ὑπομένοντα, τοὺς δὲ στεφάνους ἐκείνῳ κομίζοντα ἀνελεῖν ἐπεχείρει;

ε'. Τοιοῦτον γὰρ ἡ βασκανία· ἀεὶ τοῖς οἰκείοις ἐπιβουλεύει καλοῖς, καὶ τὸν ἔχοντα αὐτὴν τήκει, καὶ μυρίαις περιβάλλει συμφοραῖς. Καὶ ὁ δείλαιος τοῦν ἐκεῖνος, ἕως ὅτε ὁ Δαυΐδ ἀπέστη, οὐκ ἐῤῥῆξε τὴν φωνὴν ἐκείνην τὴν ἐλεεινὴν, ὀλοφυρόμενος καὶ λέγων· *Θλίβομαι σφόδρα, καὶ οἱ ἀλλόφυλοι πολεμοῦσιν ἐν* [22] *ἐμοὶ, καὶ Κύριος ἀπέστη ἀπ' ἐμοῦ*. Ἕως ὅτε ἐχωρίσθη τοῦ Δαυΐδ, οὐκ ἔπεσεν ἐν πολέμῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ καὶ ἐν δόξῃ ἦν· καὶ γὰρ εἰς τὸν βασιλέα τοῦ στρατηγοῦ διέβαινεν ἡ δόξα. Οὐδὲ γὰρ τυραννικὸς ἦν ὁ ἀνὴρ, οὐδὲ θρόνου ἐκβαλεῖν ἐπεχείρει, ἀλλ' αὐτῷ πάντα κατώρθου, καὶ σφόδρα περὶ αὐτὸν διέκειτο· καὶ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα δῆλον. Ὅτε μὲν γὰρ ὑπ' αὐτῷ ταττόμενος ἦν, ἴσως τῷ νόμῳ τῆς ὑποταγῆς ταῦτα ἂν τις λογίσαιτο τῶν οὐκ ἀκριβῶς ἐξεταζόντων· ἐπειδὴ δὲ ἐξήγαγεν ἑαυτὸν [23] τῆς βασιλείας ἐκείνου, τί λοιπὸν ἦν τὸ κατέχον αὐτὸν, καὶ πεῖθον τοῦ πρὸς ἐκεῖνον ἀπέχεσθαι πολέμου; μᾶλλον δὲ, τί οὐκ ἦν παροξῦνον ἐπὶ τὴν σφαγήν; Οὐ πονηρὸς καὶ [24] ἄπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις περὶ αὐτὸν γέγονεν; οὐχὶ παθὼν εὖ; οὐχὶ μηδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν; οὐκ ἐπικίνδυνος αὐτῷ καὶ ἐπισφαλὴς ἡ βασιλεία αὐτοῦ καὶ ἡ σωτηρία ἦν; οὐ πλανᾶσθαι ἔδει διηνεκῶς καὶ φεύγειν [25], καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων τρέμειν, ζῶντος; ἐκείνου καὶ κρατοῦντος; Ἀλλ' ὅμως; οὐδὲν τούτων αὐτὸν ἠνάγκασεν αἱμάξαι τὸ ξίφος· ἀλλὰ καὶ καθεύδοντα ὁρῶν, καὶ δεδεμένον, καὶ μόνον, καὶ ἐν μέσοις αὐτοῖς [26], καὶ τῆς κεφαλῆς ἁψάμενος, καὶ πολλῶν ὄντων τῶν διεγειρόντων, καὶ Θεοῦ ᾐφνω εἶναι λεγόντων τὴν τοιαύτην εὐκαιρίαν, ἐκεῖνος καὶ ἐπετίμησε τοῖς; παρορμῶσι, καὶ ἀπέσχετο τοῦ φόνου, καὶ σῶον ἐξέπεμψε καὶ ὑγιῆ· καὶ ὥσπερ σωματοφύλαξ ὢν αὐτοῦ μᾶλλον, καὶ ὑπασπιστὴς, οὐ [27] πολέμιος, οὕτως ἐνεκάλει τῷ στρατοπέδῳ τὴν εἰς τὸν βασιλέα προδοσίαν. Τί ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν τῆς ψυχῆς; τί τῆς ἡμερότητος ἐκείνης; Τοῦτο γὰρ δυνατὸν μὲν καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων συνιδεῖν· πολλῷ δὲ πλέον καὶ ἐκ τῶν νυνὶ γενομένων [26]. Ὅταν γὰρ τὴν ἡμετέραν καταμάθωμεν φαυλότητα, τότε ἀκριβέστερον εἰσόμεθα τῶν ἁγίων ἐκείνων τὴν ἀρετήν. Διὸ παρακαλῶ πρὸς τὸν ζῆλον ἐκείνων [29] τρέχειν. Καὶ γὰρ εἰ δόξης ἐρᾷς, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιβουλεύεις τῷ πλησίον, τότε αὐτῆς ἀπολαύσῃ μειζόνως, ὅταν αὐτὴν διαπτύσας ἀπόσχῃ τῆς ἐπιβουλῆς. Ὥσπερ γὰρ τὸ χρηματίζεσθαι [30] φιλαργυρίας ἐναντίον· οὕτω πρὸς τὸ δόξης ἐπιτυχεῖν, τὸ δόξης ἐρᾷν [31]. Καὶ εἰ βούλεσθε, καθ' ἕκαστον ἐξετάσωμεν. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς γεέννης ἡμῖν φόβος οὐδεὶς, οὐδὲ τῆς βασιλείας λόγος πολὺς, φέρε κἂν ἀπὸ τῶν παρόντων ὑμᾶς ἐναγάγωμεν. Τίνες γάρ εἰσιν οἱ καταγέλαστοι; εἰπέ μοι· οὐχὶ [32] οἱ διὰ δόξαν τι ποιοῦντες τὴν τῶν πολλῶν; Τίνες δὲ [627] ἐπαινετοί; οὐχὶ οἱ τὸν παρὰ τῶν πολλῶν διαπτύοντες ἔπαινον; Οὐκοῦν εἰ τὸ κενῆς δόξης ἐρᾷν ἐπονείδιστον, ὁ δὲ κενόδοξος οὐ δύναται λαθεῖν ἐρῶν αὐτῆς, ἐπονείδιστος ἔσται πάντως, καὶ γέγονεν αὐτῷ τὸ δόξης ἐρᾷν ἀτιμίας αἴτιον. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον καταισχύνεται, ἀλλὰ καὶ τὸ πολλὰ ἀναγκάζεσθαι ποιεῖν αἰσχρὰ, καὶ δουλοπρεπείας τῆς ἐσχάτης γέμοντα. Καὶ ὥσπερ [33-35] εἰς τὸ κερδαίνειν βλάπτεσθαι μάλιστα ἀπὸ τοῦ νοσήματος τῆς φιλοχρηματίας εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι· (πολλὰς γοῦν ἀπάτας ὑφίστανται, καὶ τὰ μικρὰ κέρδη μεγάλας ποιεῖ ζημίας· διὸ καὶ εἰς παροιμίαν ὁ λόγος

[22] ἡ ψ. τοῖς παιδίοις G. τοῖς π. ἡ ψ. K. Vulgatum tuetur Ep. [23] τὴν βασιλίδα H. προτίθησι] add. ταύτην K. add. αὐτὴν Edd. [24] Sic K. Ge. οὐ πενία καὶ πλοῦτος; G. οὐ πενία, οὐ πλούτου H. οὐ πενία, οὐ πλούτῳ Edd. φιλίᾳ] φιλία H. φιλοσοφία G. [25] ὡς] Sic Reg. 694. ἢ ὡς G. H. ἢ Reg. 688. ἀλλ' ἢ K. Hoc edidit Sav. ἀλλ' ἢ ὡς Mor. Ben. ἃ] ἅπερ K. [26] τὸ om. Sav. Ben. [27] ΗΘΙΚΟΝ. Περὶ τῆς ἀνεξικακίας τοῦ Δαυΐδ, καὶ τῆς πονηρίας Σαούλ· καὶ παραίνεσις τοῦ δεῖ (sic) ἡμᾶς τῆς μὲν ἀντέχεσθαι, τῆς δὲ ἀπέχεσθαι. G. [28] τὸν deest in Edd. [29] ὁ om. G. Mox τοῦ ante ἀνελεῖν om. K. M. [30] καὶ om. G. H. M. [31] ἦν] add. πλανώμενος K. ἀπεγνωσμένων om. idem. [32] ἐν] ἐπ' M. [33] ἑαυτὸν] Sic H. K. vulgo αὐτὸν p. p. ἐκείνου om. G. [34] καὶ deest in Edd. [35] φεύγειν περὶ τῶν ἐσχ. καὶ τρ. M. φ. περὶ τῶν ἐσχ. (om. καὶ τρέμειν) G. τρέμειν] κινδυνεύειν K. [36] αὐτῶν G. M. [37] οὐ] ἢ K. [38] γινομένων H. K. [39] ἐκείνου G. K. [40] Sic Sav. et Interp. codices cum caeteris Edd. τὸ μὴ χρηματίζεσθαι. [41] Sic Edd. et Interp. codices τὸ μὴ δ. ἐ. [42] οὐχὶ bis om. G. K. M. p. p. τὴν om. G. H. M. [43] τὸ τῆς δ. Edd. [33-35] ὥσπερ] ὡς G. M. Καὶ ὥσπερ... ἄνθρωποι] Οὕτω καὶ οἱ εἰς τὸ κερδαίνειν διαπαντὸς μεμηνότες βλάπτεσθαι μ. ἀ. τ. ν. τ. φ. εἰώθασιν ἅπαντες Sav. Ben. [et sic Reg. 688.]

Digitized by Google

simplicem esse cum prudentia : hæc vita est angelica. Anima enim puerulo omnibus animi morbis vacua est ; non memoriam retinet injuriarum, sed eas inferentes adit ut amicos, ac si nihil factum esset. Et quantumvis a matre verberibus cædatur, eam semper quærit, et omnibus anteponit. Si reginam ipsi ostendas diademate ornatam, non præferet eam matri pannis detritis vestitæ, maletque illam incultam videre, quam reginam magnifice amictam. Nam quod suum, quod alienum est, non ex paupertate vel divitiis, sed ex amore æstimare solet : et nihil plus requirit, quam necessaria, atque ut lacte repletus est, statim abscedit a mamma. Non iisdem, quibus nos, ærumnis premitur parvulus, non pecuniarum jactura, rebusque similibus ; nec de iisdem, quibus nos, fluxis rebus lætatur, neque corporum pulchritudinem miratur. Ideo dicebat : *Talium est enim regnum cælorum :* ut ex proposito voluntatis illa operemur, quæ natura sua pueri faciunt. Quia enim Pharisæi non aliunde, quam a nequitia et arrogantia ad agendum ferebantur, ideo ubique discipulos suos simplices esse jubet, illosque subindicat, dum hos instituit. Nihil enim ita superbiam parit, ut principatus et primi consessus. Quoniam igitur discipuli per totum terrarum orbem multum honoris consequuturi erant, ipsorum animos prævenit, nec sinit eos humanum quid pati, nec honorem a vulgo expetere, vel ante illos sese efferre. Nam etiamsi hæc parva videantur esse, at malis ingentibus causam præbent. Sic enim instituti Pharisæi in malorum culmen ascenderunt, salutationes, primos consessus et incessus medios requirentes : hinc in ardentem gloriæ cupiditatem, inde vero in impietatem lapsi sunt. Idcirco illi postquam tentando maledictum sibi attraxerant, recesserunt : pueri vero benedictionem habuere, utpote illis omnibus immunes. Simus ergo nos ut pueri, et malitia infantes. Neque enim possumus, non possumus certe alio modo cælum videre : sed necesse prorsus in gehennam incidere eum qui sit fraudulentus et improbus. Imo ante gehennam hic quoque extrema patiemur. Nam *Si malus fueris*, inquit, *solus hauries mala ; si autem bonus, et tibi et proximo bonus eris* (*Prov.* 9. 12). Animadvertas enim, ita quoque prisce actum esse. Nihil enim scelestius Saule fuit, neque simplicius Davide. Quis ergo fortior fuit ? Annon bis illum præ manibus habuit David, et cum posset occidere, abstinuit ? annon illum quasi sagena et carcere conclusum habuit, et pepercit ei ? Etiamsi alii concitarent ipsum, etiamsi ille innumeras querimoniæ causas haberet, attamen salvum dimisit. Quamquam Saül ipsum cum toto exercitu insequebatur, Davidque cum paucis fugitivis omni spe destitutis errabat interceptus, a loco in locum transiens : attamen fugitivus regem superavit : quia ille cum simplicitate, Saül cum malitia castrametabatur. Quid enim scelestius illo fuerit, qui ducem exercitus sui, qui omnia bella recte gerebat, cum victoriis et tropæis, qui labores ferebat, et coronas regi parabat, tentabat occidere ?

5. *Invidia bonis quoque suis insidiatur.* — Talis quippe est invidia : bonis ipsa propriis semper insidiatur, invidumque tabefacit, et mille calamitatibus involvit. Miser ergo ille, donec David ab illo recessit, miserabilem illam vocem lugens non emisit : *Nimium coarctor, alienigenæ bellum mihi inferunt, et Dominus recessit a me* (1. *Reg.* 28. 15). Antequam David discederet, non incidit in bellum, sed in securitate et in gloria degebat : gloria quippe ducis in regem transibat. Neque enim tyrannus erat David, neque ipsum a solio dejicere tentabat ; sed pro illo præclare rem gerebat, bene erga illum affectus : id quod etiam ex sequentibus manifestum fuit. Nam quamdiu sub illo militabat, legi fortasse subjectionis illud attribuent, qui non accurate rem explorant : sed postquam illum e regno suo expulit, quid illum impediebat, quid illi suadebat ut a bello ipsi inferendo abstineret ? imo vero, quid non incitabat ut necem illi inferret ? Annon semel, bis et pluries ipsi insidiatus erat improbus ille ? annon beneficiis affectus ? annon erga insontem id egerat ? annon cum periculo suo Saûl regnabat, et salvus erat ? annon illo vivente et imperante errandum semper ipsi erat et fugiendum, ac de extremis periclitandum ? Nihil tamen eorum ipsum inducere potuit ut gladium cruentaret : imo dormientem videns, captum et solum in medio suorum, cum caput ejus contingeret, multique essent qui illum concitabant, dicebantque Dei nutu talem sibi opportunitatem offerri, ille et incitantes se increpavit, et a cæde abstinuit, salvumque et sanum ipsum reliquit : ac quasi corporis ejus custos, ac protector, non hostis fuerit, sic exercitum accusavit quod regem prodidisset. Quid huic animo par fuerit ? quæ mansuetudo huic æqualis ? Id enim ex dictis, multoque magis ex iis quæ modo facta sunt, conspicere licet. Si enim pravitatem nostram consideremus, tunc melius sanctorum virtutem cognoscemus. Quapropter obsecro ut ad illorum imitationem curramus. Nam si gloriam amas, et ideo proximo tuo insidiaris, tunc maxime illa frueris cum gloriam respuens, ab insidiis abstinueris. Sicut enim pecuniarum contemptus avaritiæ contrarius est : sic gloriam consequi et gloriam amare sunt contraria. Et si placet, singula scrutemur. Quia enim nullus nobis inest gehennæ timor, neque regni cælorum cura ulla, age, ex præsentibus ad illa vos inducamus. Quinam, quæso, ridiculi sunt ? nonne ii qui propter multitudinis auram agunt ? Quinam vero laudandi ? nonne ii qui vulgarem laudem contemnunt ? Ergo si vanæ gloriæ amor vituperandus est, et si vanæ gloriæ cupidus non potest ea in re latere, plane vituperandus erit, amorque gloriæ erit illi causa dedecoris. Neque hac solum de causa dehonestatur, sed etiam quod multa turpia et servilia facere cogatur. Sic etiam omnes, qui lucro ceu furentes student, ab amore lucri sæpe lædi solent : multas quippe fraudes adhibent, et quam minima lucra magna pariunt detrimenta. Quapropter hoc ipsum in proverbium transiit. Sic etiam lascivo, impedimento ad voluptatem est ipse nimius

Digitized by Google

affectus : nam viles illos effeminatos quasi mancipia mulieres traducunt ; neque dignantur illis ut viris uti, colaphis et sputis dehonestantes, circumagentes, ridentes illos, atque omnia ipsis imperantes. Sic nihil vilius, nihil abjectius arroganle ac vanæ gloriæ cupido, qui sibi sublimis et altus videtur. Nam contentiosum est humanum genus, et nulli ita adversatur ut arroganti, superbo, et gloriæ servo. Ipse vero, ut sibi illum arrogantiæ modum servet, quasi mancipii officia apud multos exhibet, adulatur, assentatur, et plus quam ii qui ære empti sunt, se gravissimæ servituti subjicit. Hæc ergo omnia cum sciamus, hosce deponamus affectus, ne et hic pœnas demus, et illic in æternum cruciemur. Virtutis ergo amatores simus. Sic enim etiam ante regnum, maximum hic fructum decerpemus, et illuc migrantes æternis potiemur bonis : quæ utinam omnes consequamur, gratia et misericordia Domini Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LXIII. al. LXIV.

CAP. 19. v. 16. *Et ecce unus accedens dixit illi : Magister bone, quid faciendo vitam æternam hereditabo?*

1. *Pecuniarum amor malorum omnium radix.* — Quidam hunc juvenem ut fraudulentum et improbum criminantur, ut qui tentandi causa Jesum adierit : ego vero illum avarum et pecuniarum amantem dicere non dubitem, quando Christus talem illum esse demonstravit ; fraudulentum vero nequaquam, quandoquidem non tutum est de occultis audacter judicare, cum maxime de quopiam accusando agitur : atque etiam quod Marcus illam suspicionem removerit : nam ait : *Accurrens et genuflectens rogabat eum;* et, *Respiciens Jesus dilexit eum* (*Marc.* 10. 17. 21). Sed multa est pecuniarum tyrannis, quod vel hinc palam est : licet enim virtutes alias colamus, hæc omnia bona labefactat. Jure ergo Paulus illam omnium malorum radicem esse dixit : *Radix enim omnium malorum est avaritia* (1. *Tim.* 6. 10). Quare ergo Christus ita respondit illi dicens : *Nemo bonus?* Quia illum ut simplicem hominem habebat et vulgo, et ut doctorem Judaicum : ideoque ut homo ipsum alloquitur. Nam sæpe secundum rogantium opinionem respondet [1], ut cum dicit : *Nos adoramus quod scimus* (*Joan.* 4. 22): et, *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum* (*Joan.* 5. 31). Cum igitur ait, *Nemo bonus*, non hoc dicit ut se bonum non esse significet, absit : non enim dixit, *Quid me dicis bonum?* non sum bonus : sed, *Nemo bonus* (*Marc.* 10. 18) ; id est, nullus hominum. Ipse vero cum hoc dicit, non homines a bonitate excludit ; sed comparatione facta cum Dei bonitate. Quapropter adjicit, *Nisi solus Deus.* Neque dixit, Nisi Pater meus, ut discas, ipsum non se juveni illi manifestavisse. Sic etiam supra malos dicebat homines his verbis : *Si autem vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris* (*Matth.* 7. 11). Nam illic malos vocavit, non quod toti naturæ malitiam adscriberet ; nam illud, *Vos*, non omnes homines significat, sed hominum bonitatem cum Dei bonitate comparans, sic loquutus est ; ideoque subjunxit, *Quanto magis Pater vester dabit bona petentibus se?* Ecquid illum urgebat, inquies, aut quid commodi ex hujusmodi responso? Paulatim illum ad altiora adducit, atque instituit ut omni sit adulatione vacuus, a terrenisque abducens Deo conjungit, suadetque futura quærere, discereque, quis sit vere bonus, quis radix et fons omnium, ipsique honorem referre. Nam quando dicit, *Nolite magistrum vocare super terram* (*Matth.* 23. 9), tum in comparationem sui ita dicit, tum etiam ut discant quod sit primum rerum omnium initium. Neque enim modicum juvenis ille hactenus studium ostenderat et amorem, ita ut, cum alii tentarent Christum, alii pro morbis aut suis aut aliorum accederent, ipse pro vita æterna veniret atque interrogaret. Pinguis certe terra et fertilis ager erat, sed spinarum multitudo semen suffocavit. Animadverte enim quam sit paratus ad obediendum mandatis : *Quid faciendo*, inquit, *vitam æternam possidebo?* Sic promptus esse ad parendum videbatur. Quod si tentans accessisset, illud certe nobis declarasset evangelista, quemadmodum et in aliis faciebat, ut in legis doctore. Si vero ipse siluisset, non sivisset Christus ipsum latere, sed vel aperte ipsum redarguisset, vel occulte tetigisset, ne videretur decepisse et latere, sicque læsus fuisse. Si enim tentans accessisset, non mœrens ob illa quæ audierat recessisset. Hoc enim numquam ex Pharisæis aliquis est passus, sed confutati magis indignabantur. Ille vero non sic, sed tristis abit ; quod signum non parvum est, ipsum non cum mala voluntate accessisse, sed cum imbecilliore, et vere vitam concupivisse ; sed gravissimo fuisse morbo detentum. Cum dixisset ergo Jesus : 17. *Si vis ad vitam intrare, serva mandata :* dicit ille, *Quænam?* non tentans, absit ; sed quod existimaret alia quædam esse mandata præter legalia, quæ vitam sibi possent afferre ; quod desiderio flagrantis erat. Deinde, cum dixisset Jesus legis mandata, respondit ille : 20. *Hæc omnia servavi ab adolescentia mea.* Neque hic finem fecit, sed rursus quæsivit, *Quid adhuc mihi deest?* quod et ipsum signum erat illum desiderio flagrasse : nec parvum illud erat, quod sibi putaret aliquid deesse, neque putaret satis esse ea, quæ dicta fuerant, ut optatum assequeretur. Quid ergo Christus? Quia magnum quidpiam præcepturus erat, præmia prius proponit, et dicit : 21. *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus : et habebis thesaurum in cœlis : et veni, sequere me.*

2. Viden' quot bravia, quot coronas huic stadio tribuit? Si vero tentasset, non hæc illi dixisset. Nunc

[1] Editi, *secundum opinionem multorum respondet.*

Digitized by Google

οὗτος ἐξενίκησεν[46].) οὕτω καὶ τῷ λάγνῳ κώλυμα πρὸς τὸ ἡδονῆς ἀπολαύειν τὸ πάθος γίνεται. Τοὺς γοῦν σφόδρα καταφερεῖς[47] καὶ γυναικοδούλους, τούτους μάλιστα ὡς ἀνδράποδα περιφέρουσιν αἱ γυναῖκες, καὶ οὐκ ἂν ποτε καταξιώσαιεν[48] ἐκεῖναι ὡς ἀνδράσιν αὐτοῖς κεχρῆσθαι, ῥαπίζουσαι, διαπτύουσαι, ἄγουσαι καὶ περιάγουσαι πανταχοῦ, καὶ θρυπτόμεναι, καὶ πάντα ἐπιτάττουσαι μόνον[49]. Οὕτω καὶ τοῦ ἀπονενοημένου καὶ δοξομανοῦντος καὶ δοκοῦντος εἶναι ὑψηλοῦ, οὐδὲν ταπεινότερον καὶ[50] ἀτιμότερον. Καὶ γὰρ φιλόνεικον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀντικαθίσταται, ὡς πρὸς ἀλαζόνα καὶ ὑπερόπτην καὶ δόξης δοῦλον. Καὶ αὐτὸς δὲ ἐκεῖνος, ὥστε διατηρῆσαι τὸ σχῆμα τῆς ἀπονοίας, τὰ τῶν ἀνδραπόδων πρὸς τοὺς πλείονας ἐπιδείκνυται, κολακεύων, θεραπεύων, παντὸς ἀργυρωνήτου ζουλείαν δουλεύων χαλεπωτέραν. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα εἰδότες, καταθώμεθα[51] ταῦτα τὰ πάθη, ἵνα μὴ καὶ ἐνταῦθα δίκην δῶμεν, καὶ ἐκεῖ κολασθῶμεν ἀπέραντα. Γενώμεθα τῆς ἀρετῆς ἐρασταί. Οὕτω γὰρ καὶ πρὸ τῆς βασιλείας τὰ μέγιστα ἐνταῦθα καρπωσόμεθα καλά, καὶ ἀπελθόντες ἐκεῖ τῶν αἰωνίων μεθέξομεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν[52], χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[46] ἐξενήνεκται Mor. Ben. [47] κατωφερεῖς Edd. Vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 439. [48] καταξιώσειεν G. M. καταξιώσειαν H. [49] μόνον om. L. [50] καὶ] τε καὶ Edd. [51] ἀποθώμεθα H. καταμάθωμεν L. [52] μετασχεῖν G. M.

ΟΜΙΛΙΑ ΞΓ'.

Καὶ ἰδοὺ εἷς προσελθὼν εἶπεν αὐτῷ· Διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

α'. Τινὲς μὲν[53] διαβάλλουσι τὸν νεανίσκον τοῦτον, ὡς ὑπουλόν τινα καὶ πονηρὸν, καὶ μετὰ πείρας τῷ Ἰησοῦ προσελθόντα· ἐγὼ δὲ φιλάργυρον μὲν αὐτὸν καὶ χρημάτων ἐλάττονα οὐκ ἂν παραιτησαίμην εἰπεῖν, ἐπειδὴ καὶ ὁ Χριστὸς τοιοῦτον αὐτὸν ἤλεγξεν ὄντα· ὑπουλον δὲ οὐδαμῶς, διὰ τὸ μήτε ἀσφαλὲς εἶναι τῶν ἀδήλων κατατολμᾶν, καὶ μάλιστα ἐν ἐγκλήμασι, καὶ τὸ[54] τὸν Μάρκον ταύτην ἀνηρηκέναι τὴν ὑποψίαν· καὶ γάρ φησιν, ὅτι *Προσδραμὼν καὶ γονυπετῶν* [628] *παρεκάλει αὐτόν*· καὶ, ὅτι *Ἐμβλέψας αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ἠγάπησεν αὐτόν*. Ἀλλὰ πολλὴ τῶν χρημάτων ἡ τυραννὶς, καὶ δῆλον ἐντεῦθεν· κἂν γὰρ τὰ ἄλλα ὦμεν ἐνάρετοι, πάντα αὖτη[55] λυμαίνεται τὰ ἄλλα. Εἰκότως οὖν καὶ ὁ Παῦλος ῥίζαν αὐτὴν ἁπάντων τῶν κακῶν εἶναι ἔφησε· *Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία*, φησί. Διατί οὖν οὕτω πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο ὁ Χριστὸς, λέγων· *Οὐδεὶς ἀγαθός; Ἐπειδὴ ὡς ἀνθρώπῳ προσῆλθε*[56] ψιλῷ, καὶ ἑνὶ τῶν πολλῶν, καὶ διδασκάλῳ Ἰουδαϊκῷ· διὰ δὴ τοῦτο ὡς ἀνθρωπος αὐτῷ διαλέγεται. Καὶ γὰρ πολλαχοῦ πρὸς τὰς ὑπονοίας τῶν προσιόντων[57] ἀποκρίνεται, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν*· καὶ, *Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής*. Ὅταν οὖν εἴπῃ, *Οὐδεὶς ἀγαθὸς*, οὐχ ἑαυτὸν ἐκβάλλων τοῦ ἀγαθὸς εἶναι τοῦτο λέγει· ἅπαγε· οὐ γὰρ εἶπε, *Τί με λέγεις ἀγαθόν;* Οὐκ εἰμὶ ἀγαθὸς· ἀλλ', *Οὐδεὶς ἀγαθὸς*· τουτέστιν, οὐδεὶς ἀνθρώπων. Καὶ αὐτὸ[58] δὲ τοῦτο ὅταν λέγῃ, οὐδὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀποστερῶν ἀγαθότητος λέγει, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν, *Εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός*. Καὶ οὐκ εἶπεν, Εἰ μὴ ὁ Πατήρ μου, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐκ ἐξεκάλυψεν ἑαυτὸν τῷ νεανίσκῳ. Οὕτω καὶ ἀνωτέρω πονηροὺς ἐκάλει τοὺς ἀνθρώπους, λέγων· *Εἰ δὲ ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν*. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ πονηροὺς ἐκάλεσεν, οὐ τῆς φύσεως ἁπάσης πονηρίαν καταγινώσκων· (τὸ γάρ, *ὑμεῖς*, οὐχ ὑμεῖς[59] οἱ ἄνθρωποί φησιν·) ἀλλὰ τὴν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθότητα τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητι παραβάλλων, οὕτως ὠνόμασε· διὰ τοῦτο καὶ ἐπήγαγε, *Πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὑμῶν δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν;* Καὶ τί τὸ κατεπείγον ἦν, φησὶν, ἢ τί τὸ χρήσιμον, ὥστε οὕτως αὐτὸν ἀποκρίνασθαι; Ἀνάγει αὐτὸν κατὰ μικρὸν, καὶ παιδεύει κολακείας ἀπηλλάχθαι πάσης, τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἁπάντων, καὶ τῷ Θεῷ προσηλῶν, καὶ πείθων τὰ μέλλοντα ζητεῖν, καὶ εἰδέναι τὸ[60] ὄντως ἀγαθὸν, καὶ τὴν ῥίζαν καὶ τὴν πηγὴν ἁπάντων, καὶ αὐτῷ τὰς τιμὰς ἀναφέρειν. Ἐπεὶ καὶ ὅταν λέγῃ, *Μὴ καλέσητε διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς*, πρὸς ἀντιδιαστολὴν αὐτοῦ τοῦτό φησιν, καὶ ἵνα μάθωσι τίς ἡ πρώτη τῶν ὄντων ἁπάντων ἀρχή. Οὐδὲ γὰρ μικρὰν ὁ νεανίσκος ἐπεδείξατο προθυμίαν τέως[61], εἰς ἔρωτα τοιοῦτον ἐμπεσὼν, καὶ τῶν ἄλλων, τῶν μὲν πειραζόντων, τῶν δὲ ὑπὲρ νοσημάτων προσιόντων, ἢ τῶν οἰκείων, ἢ τῶν ἀλλοτρίων, αὐτὸς ὑπὲρ ζωῆς αἰωνίου καὶ προσιὼν καὶ διαλεγόμενος. Καὶ γὰρ λιπαρὰ ἦν ἡ γῆ καὶ πίων, ἀλλὰ τῶν ἀκανθῶν τὸ πλῆθος τὸν σπόρον συνέπνιγε. Σκόπει γοῦν πῶς ἐστι παρεσκευασμένος τέως πρὸς τὴν τῶν ἐπιταγμάτων[62] ὑπακοήν. *Τί γὰρ ποιήσας* φησὶ, *ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;* Οὕτως ἕτοιμος ἦν πρὸς ἐργασίαν τῶν λεχθησομένων. Εἰ δὲ πειράζων προσῆλθεν, ἐδήλωσεν ἂν ἡμῖν καὶ τοῦτο ὁ [629] εὐαγγελιστὴς, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ποιεῖ[63], ὡς ἐπὶ τοῦ νομικοῦ. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐσίγησεν, ὁ Χριστὸς αὐτὸν οὐκ ἂν εἴασε λαθεῖν, ἀλλ' ἤλεγξεν ἂν σαφῶς, ἢ καὶ ἠνίξατο, ὥστε μὴ δόξαι ἠπατηκέναι καὶ λανθάνειν, καὶ ταύτῃ βλαβῆναι. Εἰ[64] πειράζων προσῆλθεν, οὐκ ἂν ἀπῆλθε λυπούμενος ἐφ' οἷς ἤκουσε. Τοῦτο γοῦν οὐδείς ποτε ἔπαθε τῶν Φαρισαίων, ἀλλ' ἡγριαίνοντο ἐπιστομιζόμενοι. Ἀλλ' οὐχ οὕτως[65]· ἀλλ' ἄπεισι κατηφὴς· ὅπερ οὐ μικρὸν σημεῖον ἦν τοῦ μὴ μετὰ πονηρᾶς γνώμης αὐτὸν προσελθεῖν, ἀλλ' ἀσθενεστέρας, καὶ ἐπιθυμεῖν μὲν τῆς ζωῆς, κατέχεσθαι δὲ ἑτέρῳ πάθει χαλεπωτάτῳ. Εἰπόντος τοίνυν τοῦ Χριστοῦ· *Εἰ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς*[66] *τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς*· λέγει, *Ποίας;* οὐχὶ πειράζων, μὴ γένοιτο· ἀλλὰ νομίζων ἑτέρας τινὰς παρὰ τὰς νομικὰς εἶναι τὰς τῆς ζωῆς προξένους αὐτῷ γενησομένας· ὃ σφόδρα ἐπιθυμοῦντος ἦν. Εἶτα, ἐπειδὴ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τὰς ἀπὸ τοῦ νόμου, φησὶ· *Ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου*. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθά ἐστι, ἀλλὰ πάλιν ἐρωτᾷ, *Τί ἔτι ὑστερῶ;* ὃ καὶ αὐτὸ σημεῖον ἦν[67] τῆς σφοδρᾶς ἐπιθυμίας αὐτοῦ. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τὸ νομίζειν αὐτὸν ὑστερεῖν, μηδὲ ἠγεῖσθαι ἀρκεῖν τὰ εἰρημένα εἰς[68] τὸ τυχεῖν ὧν ἐπιθύμει. Τί οὖν ὁ Χριστός; Ἐπειδὴ ἔμελλε μέγα τι ἐπιτάττειν, προτίθησι τὰ ἔπαθλα, καί φησιν· *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς· καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς· καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι.*

β'. Εἶδες πόσα βραβεῖα, πόσους στεφάνους τίθησι[69] τῷ σταδίῳ τούτῳ; Εἰ δὲ ἐπείραζεν, οὐκ ἂν αὐτῷ ταῦτα

2. *Abductio asinæ et aselli, nemine recusante, quid probet. Christi vita nobis exemplum.* — Ne putes id quod factum est parvum quid esse. Quis enim illis persuasit, dum sua auferrentur, pauperes cum essent, et fortassis agricolæ, non repugnare? et quid dico non repugnare? ne respondere quidem, vel post responsionem tacere ac recedere? Nam utrumque perinde mirabile erat, quod nihil dixerint, dum subjugales abducerentur, et quod audientes, Dominum ipsis opus habere, recesserint, nec contradixerint, maxime cum non ipsum Dominum, sed discipulos ejus viderent. Hinc docet eos, se potuisse Judæos vel invitos omnino cohibere, quando se invasuri essent, ipsosque mutos reddere, sed noluisse. Hinc etiam docet discipulos, quidquid ipse peteret dandum oportere, etiamsi juberet ipsam animam tradere, nec contradicendum esse. Nam si ignoti paruerunt, multo magis ipsos omnia relinquere oportebat. Ad hæc aliam duplicemque prophetiam implebat; aliam per opera, aliam per verba, nempe Zachariæ prophetæ, qui dixit, regem sessurum esse super asinam (*Zach.* 9. 9); nam sedens ipse prophetiam implevit. Aliud iterum prophetiæ initium dabat, gestis suis futura præsignificans. Quo pacto? Impurarum gentium vocationem prænuntiabat : fore nempe ut in ipsis requiescat, ut veniant ad eum, ipsumque sequantur ; sic prophetam prophetiam excepit. Mihi vero non ea solum de causa videtur super asinam sedisse, sed ut nobis philosophiæ modum traderet. Non modo enim prophetias implebat, neque tantum dogmata veritatis inserebat, sed per hæc nobis rectum vitæ institutum tradebat, ubique nobis regulas assignans ad necessarium usum, et ad vitam probe semper agendam. Idcoque cum nasciturus esset, non splendidam domum quæsivit, non matrem divitem et illustrem, sed pauperem et sponsum fabrum habentem, atque in tugurio nascitur et in præsepio reclinatur. Cum discipulos elegit, non rhetoras et sophos quæsivit, neque opulentos et nobiles, sed pauperes, pauperum filios, et ignobiles. Et cum mensam apponeret, modo panes hordeaceos inducit, modo discipulos in foro jubet emere ; et cum lectos ad mensam parat, fœno ad id utitur. Vestimentis induitur vilibus et ad vulgi usum pertinentibus : domum ne habuit quidem. Si vero ex loco in locum abire opus esset, id pedibus facit, atque ita ut defatigetur. Sedens non solio opus habet, neque pulvinari, sed in solo ipso sedet, aliquando in monte, aliquando ad fontem ; nec ad fontem tantum, sed solus cum Samaritana loquitur (*Joan.* 4). Item qui dolori modum statuit, cum lugere oportet, paululum lacrymatur, ubique, ut dixi, regulas terminosque ponens, quousque procedi debeat, et ubi sistere gradum par sit. Ideo nunc etiam, quia contigit quosdam infirmiores opus habere subjugalibus, hic quoque modum posuit, ostendens non equis, non mulorum jugis opus esse ; sed asino utendum, nec ultra procedendum esse, idque ad usum satis esse. Videamus quoque prophetiam verbis et factis [1] expressam. Quæ est ergo illa prophetia? *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, conscendens subjugalem et pullum juvenem :* non currus agens, ut cæteri reges ; non vectigalia exigens, non terrorem incutiens, et satellites circumagens : sed modestiam hinc quoque magnam exhibens. Interroga itaque Judæum : Quis rex asino vectus ingressus est Jerosolymam? Sed non alium quam hunc dicere possint. Illa porro faciebat, ut dixi, futura prænuntians. Hic enim per pullum Ecclesia significatur, necnon populus novus, olim impurus, postquam autem Jesus insedit, purus effectus. Et vide imaginem ubique servatam. Nam discipuli solvunt subjugalia. Per apostolos enim et ipsi et nos vocati sumus, per apostolos adducti : quia vero gloria vocationis nostræ æmulationem eorum accendit, ideo videtur asina pullum sequi. Postquam enim Christus insederit super gentes, tunc venient et illi malo studio incensi ; id quod declarat Paulus his verbis : *Quia cæcitas ex parte Israeli accidit, donec plenitudo gentium intraret : et sic* [2] *omnis Israel salvabitur* (*Rom.* 11. 25. 26). Quod enim id prophetia esset, planum est ex jam dictis ; nisi enim ita esset, non curasset propheta tam diligenter asinæ ætatem dicere. Non hæc tantum per supra dicta si-

[1] Morel. omittit, *et factis.*

[2] Morel. et quidam alii legunt, *et tunc.*

Digitized by Google

ἦγγισεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθεν [55] *εἰς Βηθφαγὴ πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ἀπέστειλε δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ* [56], *λέγων· Πορεύεσθε εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν, καὶ εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς· λύσαντες ἀγάγετέ μοι. Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, ἐρεῖτε, ὅτι* [57] *Ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει· καὶ εὐθέως ἀποστέλλει αὐτούς. Τοῦτο δὲ* [58] *γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου Ζαχαρίου· Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών, Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πρᾶος, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου.* Καίτοι πολλάκις ἐπέβη τῶν Ἱεροσολύμων πρότερον, ἀλλ' οὐδέποτε μετὰ τοσαύτης περιφανείας. Τί οὖν τὸ αἴτιον; Προοίμια ἦν τότε τῆς οἰκονομίας· καὶ οὔτε αὐτὸς σφόδρα κατάδηλος ἦν, οὔτε ὁ καιρὸς τοῦ παθεῖν ἐγγύς· διόπερ [59] ἀδιαφορώτερον αὐτοῖς ἀνεμίγνυτο, καὶ μᾶλλον κρύπτων ἑαυτόν. Οὔτε γὰρ ἂν ἐθαυμάσθη φαινόμενος οὕτω, καὶ εἰς μείζονα ἂν αὐτοὺς ἐξήγαγεν ὀργήν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως πεῖραν ἔδωκεν ἱκανὴν, καὶ ὁ σταυρὸς ἐπὶ θύραις ἦν, μειζόνως ἐκλάμπει λοιπὸν, καὶ μετὰ πλείονος ἅπαντα πράττει περιφανείας τὰ μέλλοντα αὐτοὺς ἐκκαίειν. Δυνατὸν μὲν γὰρ ἦν καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν τοῦτο γενέσθαι· ἀλλ' οὐ χρήσιμον, οὐδὲ λυσιτελὲς οὕτω. Σὺ δέ μοι θέα ὅσα θαύματα γίνεται [60], καὶ ὅσαι πληροῦνται προφητεῖαι. Εἶπεν, ὅτι *Εὑρήσετε ὄνον·* προεῖπεν ὅτι οὐδεὶς κωλύσει, ἀλλ' ὅτι ἀκούσαντες σιγήσουσι. Τοῦτο δὲ οὐ μικρὸν κρῖμα Ἰουδαίων, εἰ τοὺς οὐδέποτε γνωρίμους αὐτῷ, οὐδὲ φανέντας, πείθει τὰ αὐτῶν προέσθαι καὶ μηδὲν ἀντειπεῖν, καὶ διὰ τῶν μαθητῶν· οὗτοι δὲ αὐτῷ θαυματουργοῦντι [61] παρόντες οὐκ ἐπείσθησαν.

β'. Μηδὲ [62] μικρὸν εἶναι νομίσῃς τὸ γεγενημένον. Τίς γὰρ αὐτοὺς ἔπεισε, τῶν ἰδίων ἀφαιρουμένων, καὶ [655] ταῦτα πένητας ὄντας ἴσως καὶ γεωργοὺς, μὴ ἀντειπεῖν; τί λέγω μὴ ἀντειπεῖν; μὴ ἐρίσθαι, ἢ καὶ ἑρμένους σιγῆσαι καὶ παραχωρῆσαι; Καὶ γὰρ ἀμφότερα ὁμοίως θαυμαστὰ ἦν. καὶ εἰ μηδὲν εἶπον, ἑλκομένων τῶν ὑποζυγίων, καὶ εἰ εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες, ὅτι ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει, παρεχώρησαν καὶ οὐκ ἀντέστησαν, καὶ ταῦτα οὐκ αὐτὸν ὁρῶντες, ἀλλὰ τοὺς μαθητάς. Ἀπὸ τούτων αὐτοὺς παιδεύει, ὅτι καὶ Ἰουδαίους ἐδύνατο καὶ ἄκοντας κωλῦσαι διόλου μέλλοντας αὐτῷ ἐπιέναι, καὶ ἀφώνους καταστῆσαι, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησε. Καὶ ἕτερον δὲ μετὰ τούτων διδάσκει τοὺς μαθητὰς, ὅπερ ἂν αἰτήσῃ διδόναι· κἂν αὐτὴν κελεύσῃ τὴν ψυχὴν προέσθαι. καὶ ταύτην παρέχειν, καὶ μὴ ἀντιλέγειν. Εἰ γὰρ οἱ ἄγνωστοι αὐτῷ παρεχώρησαν, πολλῷ μᾶλλον αὐτοὺς ἁπάντων ἐξίστασθαι δεῖ. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ ἑτέραν πάλιν προφητείαν ἐπλήρου διπλῆν· τὴν μὲν δι' ἔργων, τὴν δὲ διὰ ῥημάτων. Καὶ ἡ μὲν διὰ τῶν ἔργων ἦν, ἡ διὰ τῆς καθέδρας τοῦ [63] ὄνου· ἡ δὲ διὰ τῶν ῥημάτων, ἡ τοῦ προφήτου Ζαχαρίου· καὶ γὰρ εἶπεν, ὅτι καθεδεῖται ὁ βασιλεὺς ἐπὶ ὄνου. Καὶ καθίσας αὐτὸς καὶ πληρώσας αὐτὴν, ἑτέραν πάλιν ἐδίδου προφητείας ἀρχήν. δι' ὧν ἐποίει τὰ μέλλοντα προδιατυπῶν. Πῶς; καὶ τίνι τρόπῳ; Τῶν ἀκαθάρτων ἐθνῶν τὴν κλῆσιν προανεφώνει, καὶ ὅτι αὐτοῖς ἐπαναπαύσεται [64], καὶ εἴξουσιν [65] αὐτῷ καὶ ἕψονται· καὶ προφητεία διεδέχετο προφητείαν. Ἐμοὶ δὲ οὐ διὰ τοῦτο δοκεῖ μόνον ἐπὶ [66] τὸν ὄνον καθίσαι, ἀλλὰ καὶ μέτρον ἡμῖν φιλοσοφίας παρέχων. Οὐ γὰρ δὴ μόνον προφητείας ἐπλήρου, οὐδὲ δόγματα ἐφύτευε τὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον ἡμῖν [67] διώρθου δι' αὐτῶν τούτων, πανταχοῦ κανόνας ἡμῖν τιθεὶς τῆς ἀναγκαίας χρείας, καὶ διὰ πάντων τὴν ζωὴν κατορθῶν τὴν ἡμετέραν. Διά τοι τοῦτο καὶ ἡνίκα τίκτεσθαι ἔμελλεν, οὐκ ἐπεζήτησε λαμπρὰν οἰκίαν, οὐδὲ μητέρα πλουσίαν καὶ περιφανῆ, ἀλλὰ πτωχὴν, καὶ μνηστῆρα τέκτονα ἔχουσαν, καὶ ἐν καλύβῃ γεννᾶται, καὶ ἐν φάτνῃ τίθεται· καὶ μαθητὰς ἐκλέγων, οὐ ῥήτορας καὶ σοφοὺς, οὐδὲ εὐπόρους καὶ εὐγενεῖς, ἀλλὰ πένητας καὶ ἐκ πενήτων καὶ πάντοθεν ἀσήμους ἐξέλεξε· καὶ τράπεζαν παρατιθέμενος, ποτὲ μὲν κριθίνους ἄρτους παρατίθεται, ποτὲ δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν καιρὸν ἐξ ἀγορᾶς τοὺς μαθητὰς ὠνεῖσθαι κελεύων [68]· καὶ στιβάδα ποιῶν, ἀπὸ χόρτου ποιεῖ· καὶ ἱμάτια ἀμφιεννύμενος, εὐτελῆ καὶ τῶν πολλῶν οὐδὲν διαφέροντα περιβάλλεται· οἰκίαν δὲ οὐδὲ ἔσχεν. Εἰ δὲ καὶ μεταβῆναι ἐκ τόπου [69] εἰς τόπον ἴδοι, ὁδοιπορῶν τοῦτο ποιεῖ, καὶ οὕτως ὁδοιπορῶν, ὡς καὶ κοπιᾶν. Καὶ καθήμενος οὐ θρόνου [70] δεῖται, οὐδὲ προσκεφαλαίου, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, ποτὲ μὲν ἐν τῷ ὄρει, ποτὲ δὲ παρὰ τὴν πηγήν· καὶ οὐ παρὰ τὴν πηγὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ μόνος, καὶ Σαμαρειτιδι διαλέγεται. Πάλιν λύπης μέτρα τιθεὶς, ἡνίκα θρηνῆσαι ἴδοι, δακρύει ἠρέμα, πανταχοῦ κανόνας, ὅπερ ἔφην, καὶ ὅρους πηγνὺς, μέχρι ποῦ προβαίνειν δεῖ, καὶ περαιτέρω μηκέτι. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ νῦν, ἐπειδὴ συνέβαινέ τινας ἀσθενεστέρους [656] ὄντας ὑποζυγίων δεῖσθαι, κάνταῦθα μέτρον ἔθηκε, δεικνὺς ὅτι οὐχ ἵππους, οὐδὲ ἡμιόνους ζεύξαντας φέρεσθαι δεῖ, ἀλλὰ ὄνῳ κεχρῆσθαι, καὶ περαιτέρω μὴ προβαίνειν, καὶ πανταχοῦ τῆς χρείας εἶναι. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὴν προφητείαν, τὴν διὰ τῶν ῥημάτων, τὴν διὰ τῶν πραγμάτων. Τίς οὖν ἡ προφητεία; *Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πρᾶος, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον·* οὐχὶ ἅρματα ἐλαύνων, ὡς οἱ λοιποὶ βασιλεῖς· οὐ φόρους ἀπαιτῶν, οὐ σοβῶν καὶ δορυφόρους περιάγων· ἀλλὰ πολλὴν τὴν ἐπιείκειαν κἀντεῦθεν ἐπιδεικνύμενος. Ἐρώτησον τοίνυν τὸν Ἰουδαῖον· ποῖος βασιλεὺς ἐπὶ ὄνου [71] ὀχούμενος ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ; Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι [72] εἰπεῖν, ἀλλ' ἢ τοῦτον μόνον. Ἐποίει δὲ ταῦτα, ὅπερ ἔφην, τὰ μέλλοντα προδηλῶν. Ἐνταῦθα γὰρ ἡ Ἐκκλησία δηλοῦται διὰ τοῦ πώλου, καὶ ὁ λαὸς ὁ νέος, ὁ ποτὲ μὲν ἀκάθαρτος, μετὰ δὲ τὸ καθίσαι τὸν Ἰησοῦν καθαρὸς γενόμενος. Καὶ ὅρα διόλου τὴν εἰκόνα σωζομένην. Οἱ γὰρ μαθηταὶ λύουσι τὰ ὑποζύγια. Διὰ γὰρ τῶν ἀποστόλων κἀκεῖνοι καὶ ἡμεῖς ἐκλήθημεν· διὰ τῶν ἀποστόλων προσήχθημεν [73]. Ἐπειδὴ δὲ [74] καὶ ἡ ἡμετέρα εὐδοκίμησις ἐκείνους παρεζήλωσε, διὰ τοῦτο φαίνεται ἡ ὄνος ἀκολουθοῦσα τῷ πώλῳ Μετὰ γὰρ τὸ καθίσαι τὸν Χριστὸν ἐπὶ τὰ ἔθνη, τότε ἤξουσι κἀκεῖνοι παραζηλοῦντες [75]. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ· καὶ οὕτω* [76] *πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται.* Ὅτι γὰρ προφητεία ἦν, ὅλον ἐκ τῶν εἰρημένων. Οὐ γὰρ ἂν ἐμέλησε τῷ προφήτῃ μετὰ τοσαύτης ἀκριβείας τοῦ [77] ὄνου τὴν ἡλικίαν εἰπεῖν, εἰ μὴ τοῦτο ἦν. Οὐ ταῦτα δὲ μόνον δηλοῦνται διὰ τῶν εἰρημένων. ἀλλ' ὅτι καὶ μετ' εὐκολίας αὐτοὺς ἄξουσιν οἱ ἀπόστολοι. Ὥσπερ γὰρ ἐν-

[55] ἦλθον L. invitis Mosqq. ἐλαιῶν] add. τότε ὁ Ἰησοῦς Edd. [56] τῶν μ. αὐτοῦ] μαθητάς K. L. M. 1 Mosqq. p. p. ἀπέναντι L. [57] ὅτι om. K. M. καὶ εὐθ.] εὐθέως δέ Edd. [58] δὲ] add. ὅλον L. 1 Mosq. [59] διόπερ] add. καὶ G. H. invito Ep. [60] γίνονται L. [61] Sic locum restituimus ex K. L. Post ἀντειπεῖν edebatur οὗτοι δὲ καὶ διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ θαυματουργοῦντι κ. ε. ἐ. astipulante Interprete. Post φανέντας sic pergit Ep. πείθει τὰ ἴδια αὐτῶν παραστῆσαι εὐγνωμόνως, καὶ ταῦτα διὰ τῶν μαθητῶν. Μηδὲ γὰρ μικρὸν κ. τ. ἐ. Ergo nobiscum facit. [62] Μηδὲ] Sic L. Ep. vulgo Μὴ δή. [63] τοῦ] τῆς G. [64] Sic Ep. Euth. προσαναπαύσεται G. K. M. [65] Sic G. H. L. et Reg. 694. Vulgatum ἤξουσιν tuetur Ge. ἕψονται] ὄψονται G. K. M. idem p. p. διαδέχεται habent. [66] ἐπὶ om. G. K. L. M. τὴν ὄνον G. [67] ἡμῖν om. G. K. M. [68] κελεύει H. p. p. στιβάδας K M. [69] τόπων H. M. τόπον (sic), ω suprascr. G. [70] θρόνων G. H. p. p. παρὰ τῇ πηγῇ bis G. [71] ὄνον K. ἦλθεν] Sic L. Euth. cæteri εἰσῆλθεν. [72] Sic Euth. ἔχοις M ἔχοιεν H. [73] προσηνέχθημεν L. (τὴν δὲ αὐτῶν προσέγεξεν τῶν ἐθνῶν Ep.) [74] δέ recepi ex H L. et Reg. 688. Hæc aliter distinguuntur in Edd. [75] οἱ παραζ. G. K. M. invito Ep. [76] οὕτω] τότε L. Mor. Cf. *Matthæi.* ad Euthym. Tom. I, p. 798. [77] τοῦ] τῆς G. τοῦ om. M. p. p. δηλοῦται L.

Digitized by Google

ταῦτα οὐδεὶς ἀντεῖπεν εἰς τὸ κατασχεῖν, οὕτως οὐδὲ ἐπὶ τῶν ἐθνῶν οὐδεὶς ἠδυνήθη διακωλῦσαι τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἔμπροσθεν. Οὐ κάθηται δὲ ἐπὶ γυμνὸν τὸν πῶλον, ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἱμάτια τῶν ἀποστόλων. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν πῶλον ἔλαβον, ἅπαντα λοιπὸν προΐενται, καθὼς καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν.* Σκόπει δὲ τὸ εὐήνιον τοῦ πώλου, πῶς ἀδάμαστος ὢν καὶ χαλινοῦ ἄπειρος, οὐκ ἐσκίρτησεν, ἀλλ' εὐτάκτως ἐφέρετο. Ὅ καὶ αὐτὸ προφητεία τοῦ μέλλοντος ἦν, δηλοῦσα τὸ καταπεπιθὲς τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν ἀθρόαν εἰς εὐταξίαν μεταβολήν. Καὶ γὰρ πάντα τὸ ῥῆμα εἰργάσατο τὸ λέγον· *Λύσαντες ἀγάγετέ μοι*· ὥστε τὰ ἄτακτα εὔτακτα, καὶ τὰ ἀκάθαρτα γενέσθαι λοιπὸν [68] καθαρά.

γ'. Ἀλλ' ὅρα τὸ ταπεινὸν τῶν Ἰουδαίων. Τοσαῦτα θαύματα εἰργάσατο, καὶ οὐδέποτε αὐτὸν οὕτως ἐξεπλάγησαν· ἐπειδὴ δὲ εἶδον ὄχλον συντρέχοντα, τότε θαυμάζουσιν. *Ἐσείσθη γὰρ πᾶσα ἡ πόλις λέγουσα· Τίς ἐστιν οὗτος; Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ προφήτης, ὁ ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας.* Καὶ ὅτε ἔδοξαν μέγα τι [69] λέγειν, τότε χαμαίζηλος ἦν αὐτῶν ἡ γνώμη, καὶ ταπεινὴ καὶ σεσυρμένη. Ταῦτα δὲ [657] αὐτὸς ἐποίει, οὐ πομπήν τινα ἐπιδεικνύμενος, ἀλλ' ὁμοῦ μὲν, ὅπερ εἶπον, καὶ προφητείαν πληρῶν, καὶ φιλοσοφίαν παιδεύων, ὁμοῦ δὲ καὶ τοὺς μαθητὰς παραμυθούμενος λυπουμένους διὰ τὸν θάνατον, καὶ δεικνὺς ὅτι ταῦτα πάντα πάσχει ἑκών. Σὺ δέ μοι θαύμασον τοῦ προφήτου [70] τὴν ἀκρίβειαν, πῶς πάντα προεῖπε· καὶ τὰ μὲν ὁ Δαυὶδ, τὰ δὲ ὁ Ζαχαρίας προανεφώνησεν. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν [71], καὶ ὑμνῶμεν, καὶ τὰ ἱμάτια προϊώμεθα τοῖς αὐτὸν φέρουσι. Τίνος γὰρ ἂν εἴημεν ἄξιοι, ὅταν οἱ μὲν τὴν ὄνον περιβάλλωσιν εἰς ἣν ἐκάθητο, οἱ δὲ τοῖς ποσὶν αὐτῆς ὑποστρωννύωσι τὰ ἱμάτια, ἡμεῖς δὲ αὐτὸν γυμνὸν ὁρῶντες, καὶ οὐδὲ ἀποδῦναι [72] κελευόμενοι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν κειμένων δαπανᾷν, μηδὲ οὕτως ὦμεν φιλότιμοι; κἀκεῖνοι μὲν παρακολουθῶσιν ἔμπροσθεν καὶ ὀπισθεν, ἡμεῖς δὲ καὶ προσιόντα παραπεμπόμεθα [73] καὶ διακρουώμεθα καὶ ὑβρίζωμεν; Πόσης ταῦτα κολάσεως ἄξια; πόσης τιμωρίας; Προσέρχεταί σοι δεόμενος ὁ Δεσπότης, καὶ οὐδὲ ἀκοῦσαι βούλει τῆς ἱκετηρίας, ἀλλ' ἐγκαλεῖς καὶ ἐπιτιμᾷς, καὶ ταῦτα ἀκούσας τοιούτων ῥημάτων. Εἰ δὲ ἕνα ἄρτον διδοὺς καὶ ἀργύριον ὀλίγον, οὕτω βάναυσος εἶ καὶ ὀλιγωρος καὶ ὀκνηρὸς, εἰ πάντα κενῶσαι ἔδει, τίς ἂν ἐγένου; Οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἐν τῷ θεάτρῳ φιλοτίμους, ὅσα ταῖς πόρναις προΐενται; σὺ δὲ οὐδὲ τὸ ἥμισυ τούτων δίδως, οὐδὲ τὸ πολλοστὸν πολλάκις. Ἀλλ' ὁ μὲν διάβολος κελεύει δοῦναι τοῖς τυχοῦσι, γέενναν προξενῶν [74], καὶ δίδως· ὁ δὲ Χριστὸς τοῖς δεομένοις, βασιλείαν ἐπαγγελλόμενος, καὶ οὐ μόνον οὐ δίδως, ἀλλὰ καὶ ὑβρίζεις· καὶ αἰρῇ μᾶλλον ὑπακοῦσαι τῷ διαβόλῳ, ἵνα κολασθῇς, ἢ πεισθῆναι τῷ Χριστῷ καὶ σωθῆναι. Καὶ τί ταύτης χεῖρον γένοιτ' ἂν τῆς παραπληξίας; Ὁ μὲν γέενναν προξενεῖ, ὁ δὲ βασιλείαν· καὶ τοῦτον ἀφέντες, ἐκείνῳ προστρέχετε. Καὶ τὸν μὲν προσιόντα παραπέμπεσθε, τὸν δὲ μακρὰν ὄντα προσκαλεῖσθε [75]. Καὶ ταύτὸν γίνεται, οἷον ἂν εἰ βασιλεὺς μὲν ἀλωργίδα ἔχων, καὶ διάδημα πρωτεινόμενος, μὴ πείθοι, λῃστὴς δὲ μάχαιραν ἐπισείων, καὶ θάνατον ἀπειλῶν πείθοι. Ταῦτ' οὖν ἐννοοῦντες, ἀγαπητοὶ, διαβλέψωμεν ὀψὲ γοῦν ποτε, καὶ ἀνανήψωμεν. Καὶ γὰρ ἐγὼ λοιπὸν αἰσχύνομαι περὶ ἐλεημοσύνης διαλεγόμενος, διὰ τὸ πολλάκις περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως εἰπὼν, μηδὲν ἄξιον ἀνῦσαι τῆς παραινέσεως. Γέγονε μὲν γάρ τι πλέον, οὐ τοσοῦτον δὲ ὅσον ἐβουλόμην. Ὁρῶ μὲν γὰρ σπείροντας ὑμᾶς, οὐ δαψιλεῖ δὲ τῇ δεξιᾷ. Διὸ καὶ φοβοῦμαι μήπως καὶ φειδομένως θερίσητε. Ὅτι γὰρ φειδομένως σπείρομεν, ἐξετάσωμεν, εἰ δοκεῖ, τίνες [76] πλείους ἐν τῇ πόλει, πένητες ἢ πλούσιοι· καὶ τίνες οὔτε πένητες, οὔτε πλούσιοι, ἀλλ' οἱ [77] μέσην χώραν ἔχοντες. Οἷον, ἔστι τὸ δέκατον μέρος πλουσίων, καὶ τὸ δέκατον πενήτων τῶν οὐδὲν ὅλως ἐχόντων· οἱ δὲ λοιποὶ τῶν μέσων εἰσί. Διέλωμεν τοίνυν εἰς τοὺς δεομένους τὸ πᾶν [78] πλῆθος τῆς πόλεως, καὶ ὄψεσθε [658] τὴν αἰσχύνην ὅση. Οἱ μὲν γὰρ σφόδρα πλουτοῦντες ὀλίγοι· οἱ δὲ μετ' ἐκείνους πολλοί· πάλιν οἱ [79] πένητες πολλῷ τούτων ἐλάττους. Ἀλλ' ὅμως τοσούτων ὄντων τῶν δυναμένων τοὺς πεινῶντας τρέφειν, πολλοὶ πεινῶντες καθεύδουσιν· οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι μετ' εὐκολίας αὐτοῖς ἐπαρκεῖν τοὺς ἔχοντας, ἀλλὰ διὰ τὴν παλλὴν αὐτῶν ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν. Εἰ γὰρ διέλοιντο οἵ τε πλουτοῦντες, οἵ τε μετ' ἐκείνους, τοὺς δεομένους ἄρτων καὶ ἐνδυμάτων, μόλις ἂν πεντήκοντα ἀνδράσι ἢ [80] καὶ ἑκατὸν λάχοι πένης εἷς. Ἀλλ' ὅμως καὶ ἐν τοσαύτῃ ἀφθονίᾳ τῶν προστησομένων ὄντες, ὀδύρονται καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Καὶ ἵνα μάθῃς αὐτῶν τὴν ἀπανθρωπίαν, ἐνὸς τῶν ἰσχάτων εὐπόρων καὶ τῶν μὴ σφόδρα πλουτούντων πρόσοδον ἡ Ἐκκλησία ἔχουσα, ἐννόησον ὅσαις ἐπαρκεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν χήραις, ὅσαις παρθένοις· καὶ γὰρ εἰς τὸν τῶν τρισχιλίων ἀριθμὸν ὁ κατάλογος αὐτῶν ἔφθασε. Μετὰ τούτων τοῖς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦσι, τοῖς ἐν τῷ ξενοδοχείῳ κάμνουσι, τοῖς ὑγιαίνουσι, τοῖς ἀποδημοῦσι [81], τοῖς τὰ σώματα λελωβημένοις, τοῖς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύουσι, καὶ τροφῆς καὶ ἐνδυμάτων ἕνεκεν, τοῖς ἁπλῶς προσιοῦσι καθ' ἑκάστην ἡμέραν· καὶ οὐδὲν αὐτῇ τὰ τῆς οὐσίας ἠλάττωται. Ὥστε εἰ δέκα ἄνδρες μόνον οὕτως ἠθέλησαν ἀναλίσκειν, οὐδεὶς ἂν ἦν πένης.

δ'. Καὶ τι ἔμελλον [82], φησὶν, οἱ παῖδες ἡμῶν διαδέχεσθαι; Τὸ κεφάλαιον ἔμενε, καὶ ἡ πρόσοδος πάλιν πλείων ἐγίνετο, ἐν οὐρανῷ θησαυριζομένων αὐτοῖς τῶν κτημάτων. Ἀλλ' οὐ βούλεσθε οὕτω; Κἂν ἐξ ἡμισείας [83], κἂν ἀπὸ τρίτης μοίρας, κἂν ἀπὸ τετάρτης, κἂν ἀπὸ δεκάτης. Διὰ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν δέκα πόλεων πέντας δυνατὸν ἦν θρέψαι τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν. Καὶ εἰ βούλεσθε, ποιήσωμέν τινα τούτων συλλογισμόν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ συλλογισμοῦ χρεία· καὶ γὰρ αὐτόθεν κατάδηλός ἐστιν ἡ εὐκολία τοῦ πράγματος. Ὁρᾶτε γοῦν εἰς τὰς λειτουργίας τὰς πολιτικὰς, ὅσα οἰκία μία ἀναλίσκουσα πολλάκις; οὐκ ὤκνησεν, ἀλλ' οὐδὲ μικρὸν [84] ἤσθετο τῆς δαπάνης· ἦν εἰ τῶν πλουσίων ἕκαστος εἰς τοὺς πέντας λειτουργεῖν λειτουργίαν ἐβούλετο, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ ἥρπασεν ἂν τὸν οὐρανόν. Τί οὖν ἂν εἴη συγγνώμη, τοία [85] ἀπολογίας σκιά, ὅταν μηδὲ ὧν ἀφίστασθαι μέλλομεν πάντως ἀπαγόμενοι ἐντεῦθεν, μηδὲ τούτων μεταδιδῶμεν τοῖς δεομένοις μετὰ δαψιλείας τοσαύτης, μεθ' ὅσης τοῖς ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἕτεροι, καὶ ταῦτα τοσαῦτα μέλλοντες καρποῦσθαι ἐκ τούτων; Ἔδει μὲν γὰρ, εἰ καὶ διαπαντὸς ἐνταῦθα ἦμεν, μηδὲ οὕτω φείδεσθαι τῆς καλῆς ταύτης δαπάνης· ὅταν δὲ μικρὸν ὕστερον ἐντεῦθεν ἀπαγώμεθα, καὶ πάντων ἀφελκώμεθα γυμνοὶ, ποίαν ἕξομεν ἀπολογίαν, μηδὲ ἀπὸ τῶν προσόδων παρέχοντες τοῖς λιμώτ-

[68] λοιπόν om. G. K. M. sed tuetur Ep. [69] μέγα τι] Sic Ep. τι μέγα G. H. μέγα L. μεγάλα Mor. [70] τῶν προφητῶν ei p. p. προεῖπον K. Ep [71] ΗΘΙΚΟΝ. Περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ ὅτι δεῖ πρὸ τῶν τελεσμάτων ταύτην παρέχειν, τοῦ Θεοῦ πολλὰ ἡμῖν δωρησαμένου καὶ μέλλοντος δωρεῖσθαι G. [72] ἀποδοῦναι K. ἀποδυθῆναι H. ἀποδύεσθαι L. Infra παρακολουθοῦσιν G. K. L. M. Ep. [73] παραπεμπόμεθα G. K. L. M. Ep. διακρουόμεθα et ὑβρίζομεν G. L. Ep. [74] ὁ γέενναν πρ. K. ὁ γέενναν ἀπειλῶν G. M. [75] καλεῖτε G. K. M. [76] τίνες] add. εἰσί Edd. [77] ἀλλ' οἱ] ἀλλὰ H. ἄλλοι G. M. set in his præcedentia καὶ τίνες οὔτε π. οὔτε πλ. excidernnt. [78] πᾶν om. G. M. [79] οἱ om. G. K. M. [80] ἢ om. G. K. M. [81] Hæc τοῖς ὑγιαίνουσι, τοῖς ἀποδημοῦσι non habet L. τοῖς ὑγιαίνουσι non expressit Ge. [82] μέλλουσι G. H. K. M. [83] ἡμισείας] add. εἰ δὲ μὴ ἐξ ἡμισείας H. τετάρτης] add. κἂν ἀπὸ πέμπτης Mor. Ben. invito Interprete. In L. etiam hæc κἂν ἀπὸ δεκάτης desiderantur. [84] μικρόν] Sic H. L. vulgo κατὰ μικρόν. [85] ποίας K. L.

Digitized by Google

gnificantur, sed etiam quod apostoli facile illos adducturi sint. Sicut enim hic nullus contradixit, ut retineret asinam, sic in conversione gentium nullus eorum qui illos ante occupaverant, ipsos impedire valuit. Non sedet autem supra nudum pullum, sed supra vestimenta apostolorum. Quia enim pullum acceperant, omnia jam præbent, ut dicebat Paulus : *Ego autem libentissime impendam et impendar pro animabus vestris* (2. *Cor.* 12. 15). Tu vero pulli mansuetudinem considera, quomodo indomitus cum esset, et freni expers, non resiliit, sed quiete agebatur. Quod et ipsum prophetia rei futuræ erat, morigeras gentes significans, et promptam ordinis mutationem. Nam omnia efficit verbum illud : *Solventes adducite mihi;* ita ut inordinata in ordinem redigerentur, et immunda demum munda fierent.

3. *Judæorum abjectus animus. Christus quam ob causam sic triumphare voluerit. Eleemosyna commendatur. Antiochenorum eleemosynæ ipsorum facultatibus conferuntur.* — Sed vide mihi Judæorum abjectum animum. Tot miracula patravit, et numquam sic ipsum admirati sunt : quia autem viderunt turbam concurrentem, tunc mirati sunt. 10. *Commota quippe est universa civitas dicens : Quis est hic? Turbæ autem dicebant : Hic est Jesus propheta a Nazareth Galilææ.* Et cum sibi videbantur aliquid magnum dicere, tunc humi repens et humilis et abjecta illorum sententia erat. Hæc autem ille faciebat, non ad ostentationem, sed simul, quod dixi, prophetiam implens, et philosophiam docens, simulque discipulos consolans ob mortem suam dolentes, ostendensque se isthæc omnia libenter passurum esse. Tu vero mihi admirare prophetæ accurationem, quomodo omnia prædixerit. Et alia quidem David, alia Zacharias prænuntiavit. Ita et nos faciamus, et hymnis celebremus, et vestimenta tradamus iis qui ipsum afferunt. Qua enim venia digni erimus, si cum alii asinam cui insidebat vestimentis operiunt, alii ejus pedibus vestimenta substernunt, nos nudum illum videntes, nec jussi nos exuere, sed aliquid impendere, ne hanc quidem liberalitatem exhibeamus? illi sequuntur ante et post, nos vero et accedentem repellimus, et contumeliis afficimus? Quanto hæc supplicio, quanta ultione digna sunt? Ad te accedit Dominus egenus; nec supplicationem vis audire; sed incusas, increpas, et hæc talibus auditis verbis. Si vero vel panem unicum largiens et tantillum pecuniæ, ita tenax es, avarus et segnis, quis futurus esses, si omnia essent evacuanda? Non vides illos in theatro liberales homines quanta meretricibus profundunt? Tu vero ne dimidiam quidem illorum partem, imo sæpe ne quam minimam partem erogas. At diabolus quibuscumque dare jubet; dum gehennam nobis conciliat, et tamen das : Christus vero egenis dare jubet, et regnum promittit, et tu non modo non das, sed etiam contumeliosus es; mavisque obedire diabolo, ut crucieris, quam Christo, ut salutem consequaris. Quid hac stultitia deterius? Ille gehennam tibi affert, hic regnum : et tamen hoc relicto ad illum accurritis. A hunc accedentem repellitis,

illum procul positum advocatis. Neque aliter res se habet, quam si rex purpura vestitus et diademate ornatus non persuadeat : latro autem ensem vibrans, mortemque comminatus facile persuadeat. Hæc itaque cogitantes, dilecti, tandem aliquando oculos aperiamus, et vigilemus. Nam certe pudet me de eleemosyna loqui, cum tam sæpe hoc argumentum tractaverim sine magno admonitionum fructu. Plus certe quidpiam præstatis, sed non quantum vellem. Vos seminantes video, sed non larga manu. Quamobrem timeo ne parce metatis. Quod enim parce seminemus, si placeat, exploremus, utrum plures sint in civitate pauperes quam divites, et quinam nec pauperes nec divites sint, sed medium locum tenentes. Decima pars civium divites, decima pars pauperes qui nihil habent : reliqui vero sunt in medio loco positi. Dividamus itaque per egenorum numerum totam urbis multitudinem, et quantum sit dedecus videbitis. Nam admodum divites pauci sunt; qui hos sequuntur plurimi; rursum pauperes longe his pauciores sunt. Attamen cum tot sint qui esurientes alere possint, multi sunt qui esurientes lectum petant, non quod non valeant opulenti illis facile necessaria subministrare, sed quia admodum duri inhumanique sunt. Nam si divites et ii qui facultatibus mediocriter pollent inter se dividant eos qui pane et vestibus egent, vix quinquaginta, vel forte centum viris pauper unus alendus reperietur. Attamen in tanta copia eorum qui necessaria subministrare possunt, quotidie pauperes egestatem suam deplorant. Et ut discas illorum immanitatem, Ecclesia unius admodum divitis et unius mediocris fortunæ reditum habet, et cogites velim quot viduas, quot virgines alat quotidie : earum certe catalogus ad ter mille pertingit. Ad hæc etiam in carcere vinctos, in xenodochio ægros, alios bene valentes, peregrinos, membris mutilos, altari assidentes, alimenti vestisque causa, aliosque casu accedentes fovet quotidie : neque tamen ejus facultates imminutæ sunt. Itaque si decem viri tantum paria subministrare vellent, nullus foret pauper.

4. Ecquid, inquies, liberis nostris supererit? Sors semper manet, et reditus augetur, si in cælis facultates eorum reponantur. Quod si ita non vultis, saltem dimidiam, vel tertiam, vel quartam, quintam, aut decimam numerate. Per Dei gratiam enim posset hæc civitas nostra decem civitatum pauperes alere. Et si placet, hæc computemus; imo nulla computandi necessitas : manifestum quippe est quam facilis res illa sit. Videte igitur quot quantaque una domus ad urbana onera sæpe subministrare non gravetur, vixque tamen hunc sumptum sentiat : si hoc quisque divitum ministerium in pauperes exercere vellet, uno temporis momento cælum abriperet. Quæ venia igitur, quæ excusationis umbra, quando ne ea quidem, quæ hic migrantes relicturi sumus, tam largiter egenis suppeditamus, quam alii scenicis erogant, cum tantum inde fructum carpere debeamus? Etiamsi enim hic semper mansuri essemus, hic pulcris sumptibus parcere non oporteret; cum autem post tantillum temporis hunc

Digitized by Google

migraturi, nudique rapiendi simus, quam defensionem habebimus, qui ex proventibus famelicis et oppressis non largimur? Non te cogo ut possessiones minuas, non quod nolim, sed quod te admodum segnem videam. Non hoc ergo dico: sed ex fructibus expende, neque hic pecunias collige. Satis est tibi, si pecuniarum proventum quasi ex fonte fluentem habeas: fac earum consortes pauperes, et esto bonus œconomus eorum quæ tibi a Deo data sunt. Sed, inquies, vectigalia pendo. Ideone hic contemnis, quia nemo exigit? Et illi quidem qui, sive terra proventum tulerit, sive sœvus, te cogit et vexat, repugnare non audes: illi vero, qui ita mansuetus est, et tunc solum exigit, cum terra protulerit, ne verbum quidem respondes? Ecquis te liberabit ab intolerabilibus illis suppliciis? Nullus plane. Si enim hic ideo studiose solvis, quia non danti gravissimæ pœnæ paratæ sunt, cogites velim hic graviores parari, non quod vinculis constringaris, non quod in carcerem conjiciaris, sed quod in ignem abeas æternum. Quamobrem hæc prima vectigalia solvamus. Magna quippe facilitas, major merces, copiosior negotiatio, gravior nobis ultio, si improbe agamus. Nam supplicium nos excipiet nullum finem habiturum. Quod si mihi milites alleges, qui pro te contra barbaros pugnant, est quoque hic pauperum exercitus, qui pro te bellum gerunt et pugnant. Cum enim accipiunt, precibus Deum tibi placant: placantes autem, non barbaros, sed dæmonum insidias repellunt: non permittunt ut te malignus ille fortiter invadat, nec ut frequenter insurgat, sed ejus vires resolvunt.

5. Cum ergo hos milites videas quotidie contra diabolum propter te pugnantes precibus orationibusque, a teipso hoc pulcherrimum tributum repete, alimenta nempe ipsorum. Cum enim mansuetus hic Rex sit, non imposuit tibi exactores, sed vult te sponte deponere: etiamsi parum deponas, accipit tamen; si non ita locuples post multum temporis reposueris, non cogit non habentem. Ne igitur patientia ejus abutamur, sed thesaurizemus nobis non iram, sed salutem; non mortem, sed vitam; non supplicium et ultionem, sed honores et coronas. Non est hic quid pendendum ad vecturam oblatorum; non laborandum ad argentum corradendum. Si deponas illa, ipse Dominus in cælum transfert: ipse tibi negotiationem parat multum lucri afferentem. Non est hic quærendus homo qui deposita transferat: tantum depone, statim depositum ascendit; non ut alii milites alantur, sed ut tibi maneant cum magno fœnore. Hic enim cum das, data repetere non licet: illic vero magno cum honore illa rursum recipies, majoraque ac spiritualia lucra referes. Hic quæ dantur sunt exactio, illic usura, fœnus, debitum. Nam chirographa tibi Deus fecit: ait enim: *Qui miseretur pauperis, Deo fœneratur* (*Prov.* 19. 17). Dedit tibi arrham et vades, etsi Deus sit. Quæ arrha, qui vades? Quæ sunt in præsenti vita, sensibilia, spiritualia, exordia futurorum. Quid igitur tardas et dubitas, cum tot tantaque jam receperis, tot exspectes? Nam quæ recepisti hæc sunt: corpus tibi efformavit, animam tibi indidit; te solum in terra ratione ornavit; eorum quæ sub aspectum cadunt omnium usum dedit; cognitionem sui tibi largitus est; Filium suum pro te tradidit; baptisma tot refertum donis concessit, necnon sacram mensam; promisit regnum et ineffabilia bona. Tot ergo acceptis et tot accepturus (id enim rursum dicam), circa perituras pecunias parcus es? ecquam habebis veniam? Sed liberos respicis, et illorum causa dare refugis? Et hos quoque institue ad hujusmodi facienda lucra. Nam si argentum haberes sub fœnore collocatum, et debitor probus esset, malles certe syngraphum quam aurum filio relinquere, ut inde proventus ipsi esset magnus, nec cogeretur alios quærere ubi posset collocare. Nunc chirographum hujusmodi filiis dato, et Deum ipsis relinque debitorem. Agros non vendis, sed filiis relinquis, ut proventus maneat, ut accessio illis pecuniarum fiat: hoc porro chirographum, quovis agro, quibusvis proventibus fructuosius, et tot ferens fructus, relinquere times? ecqua stultitia, quæ insania hæc est? Et hoc cum scias te, etiamsi illud filiis relinquas, illud tamen abeuntem tecum esse portaturum. Talia quippe sunt spiritualia, magnaque largitate fruuntur. Ne itaque ita pauperes animo simus, neque erga nos ipsos inhumani evadamus, sed hanc quæstuosam mercaturam suscipiamus, ut et ipsi hinc migrantes illam auferamus, et tamen filiis relinquamus, futuraque consequamur bona, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LXVII. al. LXVIII.

CAP. 21. v. 12. *Et ingressus Jesus in templum, ejecit omnes vendentes et ementes, et mensas numulariorum evertit, et cathedras vendentium columbas,* 13. *et dicit eis: Scriptum est*[1], *Domus mea domus orationis vocabitur* (*Isai.* 56. 7): *vos autem fecistis illam speluncam latronum.*

1. Hoc et Joannes (*Cap.* 2. 14-16) dicit; sed ille quidem in principio Evangelii, hic autem in fine. Unde verisimile est hoc bis factum fuisse, et diversis temporibus: quod palam esse videtur tum a tempore, tum etiam a responsione. Illic enim ipso Paschatis tempore advenit: hic vero diu ante Pascha. Ibi dicunt Judæi, *Quod signum ostendis nobis* (*Ibid. v.* 18)? hic vero tacent, etiamsi increpentur: eo quod scilicet apud omnes in admiratione esset. Hæc autem accusatio gravior contra Judæos erat, quod, etsi semel et bis id fecisset, in hujusmodi commercio perseverarent: ipsumque Deo adversarium dicebant, cum oportuisset ediscere ipsum honorem Patri debitum curare, et magnam potentiam habere. Etenim jam signa fe-

[1] In Morel. non legitur, *scriptum est.*

Digitized by Google

τουσι καὶ ἀγχομένοις; Οὐδὲ γὰρ ἀναγκάζω σε τὰ ὄντα μειῶσαι· οὐκ ἐπειδὴ μὴ βούλομαι, ἀλλ' ἐπειδὴ σφόδρα [76] ὀκνοῦντα ὁρῶ. Οὐ τοίνυν τοῦτό φημι· ἀλλ' ἀπὸ τῶν καρπῶν ἀνάλωσον, καὶ μηδὲν θησαυρίσῃς ἐντεῦθεν. Ἀρκεῖ σοι ὥσπερ ἐκ πηγῆς [77] ἔχειν ἐπιῤῥέοντα τὰ χρήματα τῶν προσόδων· [659] ποίησον κοινωνοὺς τοὺς πένητας, γενοῦ καλὸς οἰκονόμος τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ σοι δοθέντων. Ἀλλὰ τελέσματα δίδωμι, φησί. Διὰ τοῦτο οὖν καταφρονεῖς, ὅτι ἐντοῦθα οὐδεὶς ἀπαιτεῖ; κἀκείνῳ μὲν τῷ [78], κἂν ἐνέγκῃ, κἂν μὴ ἐνέγκῃ ἡ γῆ, λαμβάνοντι μετὰ ἀνάγκης καὶ στρεβλοῦντι οὐ τολμᾷς ἀντειπεῖν· τῷ δὲ οὕτως ἡμέρῳ, καὶ τότε ἀπαιτοῦντι, ὅταν ἐνέγκῃ ἡ γῆ, οὐδὲ μέχρι λόγου ἀποκρίνῃ; Καὶ τίς σε ἐξαιρήσεται τῶν ἀκαρτερήτων ἐκείνων κολάσεων; Οὐκ ἔστιν οὐδείς. Εἰ γὰρ ἐπειδὴ ἐκεῖ πάντως ἕψεται τιμωρία χαλεπωτάτη μὴ ὄντι, διὰ τοῦτο γίνῃ σπουδαῖος περὶ τὴν ἔκτισιν, ἐννόησον ὅτι καὶ ἐνταῦθα χαλεπωτέρα· οὐ τὸ [79] δεθῆναι, οὐδὲ τὸ εἰς δεσμωτήριον ἐμπεσεῖν, ἀλλὰ τὸ ἀπελθεῖν εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Πάντων οὖν ἕνεκεν ταῦτα πρῶτον [80] καταθῶμεν [81] τὰ τελέσματα. Καὶ γὰρ πολλὴ ἡ εὐκολία, καὶ μείζων ὁ μισθὸς, καὶ πλείων ἡ ἐμπορία, καὶ χείρων ἡ κόλασις ἀγνωμονοῦσιν ἡμῖν. Κόλασις γὰρ διαδέχεται [82] τέλος οὐκ ἔχουσα. Εἰ δὲ τοὺς στρατιώτας μοι λέγεις τοὺς ὑπὲρ σοῦ πολεμοῦντας [83] βαρβάροις, ἔστι καὶ ἐνταῦθα στρατόπεδον, τὸ τῶν πτωχῶν, καὶ πόλεμος, ὃν ὑπὲρ σοῦ πολεμοῦσιν οἱ πένητες. Ὅταν γὰρ λάβωσιν [84], εὐχόμενοι τὸν Θεὸν ἕλεω ποιοῦσιν· ἕλεω δὲ ποιοῦντες, ἀποκρούονται ἀντὶ βαρβάρων τὰς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλάς· οὐκ ἀφιᾶσι σφοδρὸν εἶναι τὸν πονηρὸν, οὐδὲ ἐπιτίθεσθαι συνεχῶς, ἀλλ' ἐκλύουσιν αὐτοῦ τὴν ἰσχύν.

ε'. Ὁρῶν τοίνυν τοὺς στρατιώτας τούτους καθ' ἑκάστην ἡμέραν πυκτεύοντας ὑπὲρ σοῦ τῷ διαβόλῳ διὰ τῶν δεήσεων καὶ τῶν εὐχῶν, ἀπαίτησον σαυτὸν τὴν καλὴν ταύτην εἰσφοράν, τὰς [85] ἐκείνων τροφάς. Καὶ γὰρ ἥμερος ὢν ὁ Βασιλεὺς οὗτος, οὐκ ἔδωκέ σοι τοὺς ἀπαιτοῦντας, ἀλλ' ἐκόντα βούλεται καταθεῖναι· κἂν κατὰ μικρὸν καταβάλῃς, δέχεται· κἂν ἀπορῶν διὰ πολλοῦ χρόνου καταβῇς, οὐ κατεπείγει τὸν οὐκ ἔχοντα. Μὴ δὴ τῆς μακροθυμίας αὐτοῦ καταφρονῶμεν, ἀλλὰ θησαυρίζωμεν ἑαυτοῖς μὴ ὀργὴν, ἀλλὰ σωτηρίαν· μὴ θάνατον, ἀλλὰ ζωὴν· μὴ κόλασιν καὶ τιμωρίαν, ἀλλὰ τιμὰς καὶ στεφάνους. Οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα δοῦναι μισθὸν τῆς μετακομιδῆς τῶν εἰσφερομένων, οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα καμεῖν ἐξαργυρίζοντας. Ἂν καταβάλῃς αὐτὰ, αὐτὸς αὐτὰ μετατίθησιν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ Δεσπότης· αὐτός σοι τὴν πραγματείαν κατασκευάζει [86] κερδαλεωτέραν. Οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα παράπομπον εὑρεῖν [87] τῶν καταβληθέντων· μόνον κατάβαλε, καὶ εὐθέως ἄνεισιν· οὐχ ἵνα στρατιῶται ἕτεροι τραφῶσιν, ἀλλ' ἵνα σοι μένῃ μετ' ἐμπορίας πολλῆς. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἄπερ ἂν δῷς, ἀναλαβεῖν οὐκ ἔνι· ἐκεῖ δὲ μετὰ πολλῆς ἀπολήψῃ πάλιν αὐτὰ τῆς τιμῆς, καὶ κερδανεῖς μείζω καὶ πνευματικώτερα κέρδη. Ἐνταῦθα τὰ διδόμενα ἀπαίτησίς ἐστιν· ἐκεῖ [88] χρῆσις καὶ δάνειον καὶ ὄφλημα. Καὶ γὰρ [89] χειρόγραφά σοι ἐποίησεν ὁ Θεός· *Ὁ γὰρ ἐλεῶν*, φησὶ, *πτωχὸν, δανείζει Θεῷ*. Ἔδωκέ σοι καὶ ἀῤῥαβῶνα καὶ ἐγγυητὰς, καὶ ταῦτα Θεὸς ὤν. Ποῖον ἀῤῥαβῶνα [90]; [660] Τὰ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, τὰ αἰσθητὰ, τὰ πνευματικὰ, τὰ προοίμια τῶν μελλόντων. Τί τοίνυν ἀναβάλλῃ καὶ ὀκνεῖς, τοσαῦτα ἤδη λαβὼν, τοσαῦτα προσδοκῶν; Ἃ μὲν γὰρ ἔλαβες, ἔστι ταῦτα· σῶμα αὐτός σοι διέπλασε· ψυχὴν αὐτός σοι ἐνέθηκεν [91]· ἐτίμησέ σε λόγῳ μόνον τῶν ἐπὶ γῆς· τῶν ὁρωμένων σοι ἁπάντων τὴν χρῆσιν ἔδωκεν· ἐχαρίσατό σοι τὴν ἑαυτοῦ [92] γνῶσιν· τὸν Υἱὸν ἐπέδωκεν ὑπὲρ σοῦ· βάπτισμα τοσούτων γέμον ἀγαθῶν ἐδωρήσατο· ἔδωκέ σοι τράπεζαν ἱεράν· ἐπηγγείλατο βασιλείαν καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἀγαθά. Τοσαῦτα τοίνυν λαβὼν, τοσαῦτα μέλλων λαμβάνειν (πάλιν γὰρ τὸ αὐτὸ ἐρῶ, περὶ χρήματα ἀπολλύμενα μικρολογῇ [93]; καὶ ποίαν ἕξεις συγγνώμην; Ἀλλὰ τοὺς παῖδας πάντως ὁρᾷς, καὶ διὰ τούτους [94] ἀναδύῃ; Καὶ μὴν κἀκείνους παίδευσον τοιαῦτα κερδαίνειν κέρδη. Καὶ γὰρ εἰ ἀργύριον ἦν σοι δεδανεισμένον καὶ τόκους φέρον, εἶτα ὀφειλέτης εὐγνώμων ἦν, μυριάκις ἂν εἶλου ἀντὶ τοῦ χρυσίου τὸ γραμματεῖον καταλιπεῖν τῷ παιδὶ, ὥστε αὐτῷ τὰς προσόδους γενέσθαι πολλὰς, καὶ μὴ ἀναγκάζεσθαι περιϊέναι καὶ ζητεῖν ἑτέρους τοὺς δανεισομένους [95]. Καὶ νῦν τοῦτο δὸς τὸ χειρόγραφον τοῖς παιδίοις, καὶ [96] κατάλιπε τὸν Θεὸν αὐτοῖς ὀφειλέτην. Σὺ δὲ τοὺς μὲν ἀγροὺς οὐ πωλεῖς καὶ δίδως τοῖς παιδίοις, ἀλλ' ἐᾷς, ὅπως ἡ πρόσοδος μένῃ [97], καὶ ὁ τῶν χρημάτων πλεονασμὸς αὐτοῖς γένηται πλείων ἐντεῦθεν· τὸ δὲ χειρόγραφον τοῦτο, παντὸς ἀγροῦ καὶ προσόδων εὐπορώτερον, καὶ τοσούτους φέρον καρποὺς, τοῦτο δέδοικας καταλιπεῖν; καὶ πόσης ἂν εἴη τοῦτο εὐηθείας τε καὶ παραπληξίας; Καὶ ταῦτα εἰδὼς ὅτι κἂν αὐτοῦ αὐτὸ [98] καταλίπῃς, καὶ αὐτὸς αὐτὸ λαβὼν ἀπελεύσῃ πάλιν. Τοιαῦτα γὰρ τὰ πνευματικά· πολλὴν ἔχει τὴν φιλοτιμίαν. Μὴ δὴ πτωχεύωμεν, μηδὲ ἀπάνθρωποι καὶ ὠμοὶ περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς γινώμεθα, ἀλλ' ἐμπορευσώμεθα τὴν καλὴν ταύτην πραγματείαν· ἵνα καὶ αὐτοὶ λαβόντες αὐτὴν ἀπέλθωμεν, καὶ τοῖς υἱοῖς τοῖς ἑαυτῶν καταλείψωμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[76] σφόδρα] σε σφόδρα H. σφόδρα σε Mor. Ben. [77] ἐκ πηγῆς] ἐκ πηγῶν L. ἐπὶ γῆς G. [78] τῷ om. M. μὲν τῷ] μέντοι L. [79] τὸ] τῷ ter Edd. et sic ex corr. G. ἀπελθεῖν] ἐμπεσεῖν L. [80] πρῶτα L. [81] καταμάθωμεν K. κατορθῶμεν M. [82] διαδέξεται L. [83] πολεμοῦντας] add. πολλὰ L. Mor. [84] λαμβάνωσιν L. p. p. δαιμονίων Edd. [85] τὰς] καὶ τὰς K. L. [86] κατασκευάσει K. L. [87] εὑρεῖν] ἐπιζητεῖν G. H. L. M. καταβληθέντων] κατατεθέντων G. H. M. [88] ἐκεῖ] add. δέ Edd. ὄφλημα] ὀφείλημα H. K. M. [89] γάρ] add. καὶ L. [90] ἀῤῥαβῶνα] add. καὶ ἐγγυητάς Edd. Τὰ ἐν] Τὸν ἐν L. [91] συνέθηκεν G. H. M. [92] αὐτοῦ G. H. K. M. [93] μικρολογεῖς G. K. L. M. [94] ὅτι' αὐτούς L. διὰ τοῦτο Ep. [95] δανειζομένους H. L. [96] καὶ om. L. κατάλειπε G. K. L. M. Ep. [97] μένῃ] Sic L. ceteri μένοι. Sed p. p. solus L. γένοιτο habet. μένοι et γένοιτο Edd. [98] αὐτό om. L.

ΟΜΙΛΙΑ ΞΖ'.

Καὶ εἰσελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν [99], *ἐξέβαλε πάντας* [661] *τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς, καὶ λέγει αὐτοῖς· Γέγραπται· Ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν.*

α'. Τοῦτο καὶ Ἰωάννης φησὶν· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗτος δὲ πρὸς τῷ τέλει. Ὅθεν εἰκὸς δεύτερον γεγενῆσθαι τοῦτο, καὶ κατὰ διαφόρους καιρούς. Καὶ δῆλον καὶ ἀπὸ τῶν χρόνων, καὶ ἀπὸ τῆς ἀποκρίσεως. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν αὐτῷ τῷ Πάσχα παρεγένετο· ἐνταῦθα δὲ πρὸ πολλοῦ. Κἀκεῖ μὲν λέγουσιν Ἰουδαῖοι [1]· *Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν;* ἐνταῦθα δὲ σιγῶσι, καίτοι ἐπιτιμηθέντες, διὰ τὸ ἤδη θαυμάζεσθαι αὐτὸν παρὰ πᾶσι. Τοῦτο δὲ κατηγορία μείζων Ἰουδαίων, ὅτι καὶ ἅπαξ καὶ δὶς τοῦτο αὐτοῦ ποιήσαντος, ἐνέμενον ἔτι τῇ καπηλείᾳ, καὶ ἀντίθεον αὐτὸν εἶναι ἔλεγον, δέον κἀντεῦθεν μαθεῖν αὐτοῦ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα τιμὴν, καὶ τὴν οἰκείαν ἰσχύν. Καὶ γὰρ καὶ ἐθαυματούργησε, καὶ ἐώρων τοὺς λόγους τοῖς πράγμασι συμφωνοῦντας. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐπείθοντο, ἀλλ' ἠγανάκτουν· καὶ ταῦτα τοῦ προφήτου βοῶντος ἀκούοντες, καὶ τῶν παιδίων παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἀνακηρυττόντων αὐτόν. Διόπερ καὶ αὐτὸς τὸν Ἡσαΐαν αὐτοῖς ἐπιτειχίζει κατήγορον, λέγων [2]· *Ὁ*

[99] ἐν τῷ ἱερῷ] H L. Mor. p. p. ἐν τῷ ἱερῷ om. ildem. [1] Ἰουδαῖοι om. L. οἱ Ἰουδαῖοι G. K. [2] κατήγορον, λέγων] Sic L. Ep. vulgo κατηγορῶν καὶ λέγων.

Digitized by Google

οἰκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν, ἀλλὰ καὶ τῷ θεραπεῦσαι ποικίλα νοσήματα· *Προσῆλθον γὰρ αὐτῷ χωλοὶ καὶ τυφλοί, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς*· καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐξουσίαν ἐνδείκνυται. Οἱ δὲ οὐδὲ οὕτως ἐπείθοντο, ἀλλὰ μετὰ τῶν λοιπῶν θαυμάτων καὶ τῶν παίδων [a] ἀκούοντες ἀνακηρυττόντων αὐτὸν ἀπεπνίγοντο [b], καί φασιν· *Οὐκ ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσι;* Καὶ μὴν τοῦτο τοῦ Χριστοῦ ἦν εἰπεῖν πρὸς αὐτούς· Οὐκ ἀκούετε τί οὗτοι λέγουσιν; ὡς [c] γὰρ Θεῷ ἥδον ἐκεῖνοι. Τί οὖν αὐτός; Ἐπειδὴ τοῖς φανεροῖς ἀντέλεγον, ἐπιπληκτικώτερον κέχρηται τῇ διορθώσει, λέγων· *Οὐδέποτε ἀνέγνωτε· Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον;* Καὶ καλῶς εἶπεν, *Ἐκ στόματος*. Οὐ γὰρ τῆς διανοίας αὐτῶν ἦν τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως τρανούσης τὸ τῆς γλώττης ἐκείνων ἄωρον. Τοῦτο δὲ καὶ τύπος τῶν ἐθνῶν ἦν, τῶν ψελλιζόντων καὶ ἀθρόον ἠχησάντων μεγάλα μετὰ διανοίας καὶ πίστεως. Καὶ τοῖς ἀποστόλοις δὲ [d] ἐντεῦθεν οὐ μικρὰ παράκλησις. Ἵνα γὰρ μὴ διαπορῶσι, πῶς ἰδιῶται ὄντες δυνήσονται τὸ κήρυγμα καταγγεῖλαι, προλαβόντες οἱ παῖδες πᾶσαν αὐτῶν ἐξέβαλον [662] τὴν ἀγωνίαν [e], ὅτι δώσει καὶ αὐτοῖς λόγον ὁ τούτους [f] ποιήσας ὑμνεῖν. Οὐ ταύτῃ [g] δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ τῆς φύσεώς ἐστι δημιουργός, ἐδήλου τὸ θαῦμα. Οἱ μὲν οὖν παῖδες, καίτοι ἄωρον ἔχοντες τὴν ἡλικίαν, εὔσημα ἐφθέγγοντο καὶ τοῖς ἄνω [h] συνῳδά· οἱ δὲ ἄνδρες παραφροσύνης γέμοντα καὶ μανίας. Τοιοῦτον γὰρ ἡ κακία. Ἐπεὶ οὖν πολλὰ ἦν αὐτοὺς τὰ παροξύνοντα, τά παρὰ τῶν ὄχλων, τὰ παρὰ τῆς ἐκβολῆς τῶν πωλούντων, τὰ τῶν θαυμάτων, τὰ τῶν παιδίων [i], πάλιν αὐτοὺς καταλιμπάνει, χαλῶν αὐτῶν τὸν ὄγκον τοῦ πάθους, καὶ μὴ βουλόμενος ἄρχεσθαι τῆς διδασκαλίας, ἵνα μὴ ζέοντες τῷ φθόνῳ δυσχεραίνωσιν ἐπιπλέον πρὸς τὰ λεγόμενα.

Πρωΐας δὲ ἐπανάγων εἰς τὴν πόλιν, ἐπείνασε. Πῶς πρωΐας πεινᾷ; Ὅτε συνεχώρησε τῇ σαρκί, τότε ἐπιδείκνυται αὐτῆς τὸ πάθος. *Καὶ ἰδὼν συκῆν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ οὐδὲν εὗρεν εἰ μὴ φύλλα μόνον.* Ἄλλος φησὶν εὐαγγελιστής, ὅτι *Οὐδέπω καιρὸς ἦν*· εἰ δὲ καιρὸς οὐκ ἦν, πῶς ἕτερος εὐαγγελιστὴς [j] φησιν, *Ἦλθεν, εἰ ἄρα εὕροι καρπὸν ἐν αὐτῇ;* Ὅθεν δῆλον, ὅτι τῆς ὑπονοίας τῶν μαθητῶν ἦν τοῦτο, ἀτελέστερον ἔτι διακειμένων. Καὶ γὰρ τὰς ὑπονοίας τῶν μαθητῶν πολλαχοῦ γράφουσιν οἱ εὐαγγελισταί. Ὥσπερ οὖν τοῦτο τῆς ὑπονοίας αὐτῶν ἦν, οὕτω καὶ τὸ νομίζειν διὰ τοῦτο αὐτὴν κατηράσθαι [k], διὰ τὸ μὴ ἔχειν καρπόν. Τίνος οὖν ἕνεκεν κατηράθη; Τῶν μαθητῶν ἕνεκεν, ἵνα θαῤῥῶσιν. Ἐπειδὴ γὰρ πανταχοῦ μὲν εὐηργέτει, οὐδένα δὲ ἐκόλασεν· ἴδει δὲ καὶ τῆς τιμωρητικῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἀπόδειξιν παρασχεῖν, ἵνα μάθωσι καὶ οἱ μαθηταὶ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι δυνάμενος ξηρᾶναι τοὺς σταυροῦντας αὐτὸν, ἐκὼν συγχωρεῖ [l], καὶ οὐ ξηραίνει· οὐκ ἐβούλετο δὲ τοῦτο εἰς ἀνθρώπους ἐνδείξασθαι· εἰς [m] τὸ φυτὸν τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ τῆς τιμωρητικῆς τὴν ἀπόδειξιν παρέσχετο. Ὅταν δὲ εἰς τόπους, ἢ εἰς φυτὰ, ἢ εἰς ἄλογα γίνηταί [n] τι τοιοῦτον, μὴ ἀκριβολογοῦ, μηδὲ λέγε· Πῶς οὖν δικαίως ἐξηράνθη ἡ συκῆ, εἰ καιρὸς οὐκ ἦν; τοῦτο γὰρ ἰσχάτης ληρῳδίας λέγειν· ἀλλὰ τὸ [o] θαῦμα δρα, καὶ θαύμαζε καὶ δόξαζε τὸν θαυματουργόν. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τῶν χοίρων πολλοὶ τοῦτο εἰρήκασι τῶν καταπεντισθέντων, τὸν τοῦ δικαίου γυμνάζοντες λόγον· ἀλλ' οὐδὲ ἐνταῦθα προσεκτέον αὐτούς· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἄλογα, ὥσπερ ἐκεῖνο φυτὸν ἄψυχον. Τίνος οὖν ἕνεκεν περίκειται τοιοῦτον σχῆμα τῷ πράγματι, καὶ τῆς κατάρας αὕτη ἡ πρόφασις; Ὅπερ ἔφην, τῆς τῶν μαθητῶν ὑπονοίας τοῦτο ἦν. Εἰ δὲ μηδέπω καιρὸς ἦν, εἰκῆ τινες τὸν νόμον δηλοῦσθαι ἐνταῦθα λέγουσι. Καὶ γὰρ τούτου καρπὸς ἦν ἡ πίστις, καὶ τότε ἦν ὁ καιρὸς τοῦ καρποῦ τούτου, καὶ ἥνεγκε γοῦν αὐτόν. *Ἤδη γὰρ αἱ χῶραι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν*, φησί· καὶ, *Ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ἃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε.*

β'. Οὐκ ἄρα τούτων τι αἰνίττεται ἐνταῦθα, ἀλλ' ὅπερ ἔφην ἐστὶ [p], τὴν δύναμιν ἐπιδείκνυται τὴν τιμωρητικήν· καὶ τοῦτο [663] ἐκ τοῦ λέγειν, *Οὔπω γὰρ ἦν καιρὸς*, δείκνυσι· δηλῶν ὅτι προηγουμένως εἰς τοῦτο ἦλθεν, οὐ διὰ τὴν πεῖναν [q], ἀλλὰ διὰ τοὺς μαθητὰς, οἳ καὶ σφόδρα ἐθαύμασαν, καίτοι πολλῶν ἤδη σημείων γενομένων μειζόνων· ἀλλ' ὅπερ ἔφην, ξένον τοῦτο ἦν· νῦν γὰρ πρῶτον τὴν τιμωρητικὴν [r] ἐπαιδείξατο δύναμιν. Διὸ οὐδὲ ἐν ἄλλῳ φυτῷ, ἀλλ' ἐν τῇ πάντων ὑγροτάτῃ τὸ θαῦμα [s] ἐποίησεν, ὥστε κἀντεῦθεν μεῖζον φανῆναι τὸ θαῦμα. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι δι' αὐτοὺς τοῦτο γέγονεν, ἵνα εἰς τὸ θαῤῥεῖν αὐτοὺς ἀλείψῃ, ἄκουε τῶν ἑξῆς ὧν λέγει. Τί δέ φησιν; Καὶ ὑμεῖς μείζονα ἐργάσεσθε, ἐὰν θέλητε πιστεύειν, καὶ εὐχῇ θαῤῥεῖν. Ὁρᾷς ὅτι τὸ πᾶν δι' αὐτοὺς γέγονεν, ὥστε μὴ δεδοικέναι καὶ τρέμειν ἐπιβουλάς; Διὸ καὶ δεύτερον τοῦτο λέγει, εὐχῇ προσηλῶν καὶ πίστει. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο ἐργάσεσθε μόνον, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ὄρη μεταστήσετε, καὶ ἕτερα πλείονα ποιήσετε, πίστει καὶ εὐχῇ θαῤῥοῦντες. Ἀλλ' οἱ ἀλαζόνες Ἰουδαῖοι καὶ τετυφωμένοι, διακόψαι βουλόμενοι τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, προσελθόντες ἠρώτων· *Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς;* Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς σημείοις ἐπισκῆψαι οὐκ εἶχον, τὴν τῶν καπηλευόντων ἐν τῷ ἱερῷ προφέρουσιν αὐτῷ διόρθωσιν. Τοῦτο δὲ καὶ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ φαίνονται ἐρωτῶντες, εἰ καὶ μὴ τούτοις τοῖς [t] ῥήμασιν, ἀλλὰ τῇ αὐτῇ γνώμῃ. Καὶ γὰρ ἐκεῖ λέγουσι· *Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς;* Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἀποκρίνεται αὐτοῖς λέγων· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐγὼ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν*· ἐνταῦθα δὲ εἰς ἀπορίαν αὐτοὺς ἐμβάλλει. Ὅθεν δῆλον, ὅτι τότε μὲν ἀρχὴ [u] καὶ προοίμιον ἦν τῶν θαυμάτων, ἐνταῦθα δὲ τέλος. Ὃ δὲ λέγουσι, τοῦτό ἐστι· Τὸν διδασκαλικὸν ἐδέξω θρόνον; ἱερεὺς ἐχειροτονήθης, ὅτι τοσαύτην ἐξουσίαν ἐπαιδείξω; φησί. Καὶ μὴν οὐδὲν ἐποίησεν αὐθάδειαν ἔχον, ἀλλὰ τῆς εὐταξίας προενόησε τοῦ ἱεροῦ· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἔχοντες εἰπεῖν, τούτῳ [v] ἐπισκήπτουσι. Καὶ ὅτε μὲν ἐξέβαλεν, οὐκ ἐτόλμησαν εἰπεῖν οὐδέν [w], διὰ τὰ θαύματα· ἐπειδὴ δὲ ὤφθη, τότε ἐπιτιμῶσι. Τί οὖν αὐτός; Οὐκ ἐξ εὐθείας αὐτοῖς ἀποκρίνεται, δεικνὺς ὅτι εἰ ἤθελον ἰδεῖν αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν, ἠδύναντο· ἀλλ' ἀντερωτᾷ αὐτοὺς λέγων· *Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἐστίν; ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων;* Καὶ ποία αὕτη ἀκολουθία [x]; Μεγίστη μὲν οὖν. Εἰ γὰρ εἶπον, Ἐξ οὐρανοῦ, εἶπεν ἂν αὐτοῖς· Διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; Εἰ γὰρ ἐπίστευσαν, οὐκ ἂν ἠρώτησαν ταῦτα. Περὶ γὰρ αὐτοῦ ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι *Οὐκ* [y] *εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος αὐτοῦ*· καὶ, *Ἰδοὺ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κό-*

[a] παιδίων L. [b] Sic codd. et Ep. κατεπνίγοντο Edd. [c] ὥσπερ L. Ep. αὐτός] ὁ Ἰησοῦς G. H. K. M. [d] δέ recepi ex Ep. et Reg. 688. Ita edidit Sav. [e] ἀγωνίαν] add. καὶ θαῤῥεῖν παρεσκεύασεν Reg. 688. add. καὶ θ. παρεσκεύασαν Sav. Ben. *cum dubitare nequissent* Ge. Hæc. quæ tacite invexit Savilius, non leguntur in meis, nec in Ep. [f] τοιούτους G. π. ὑμνεῖν] ἔχειν ποιήσας G. M. invito Ep. [g] ταῦτα L. [h] τοῖς ἄνω om. G. H. K. [i] παίδων Edd. χαλῶν] χαλινῶν M. [j] « Alius πῶς ὁ αὐτὸς εὐαγγ. » *Montef.* Sic Reg. 688. [k] καταρᾶσθαι H. [l] συνεχώρει G. K. M. [m] εἰς] ἀλλ' εἰς H. M. Protasis paulo prolixior fefellit librarios. [n] Sic Mor. Ben. γένηται G. H. cæteri cum Sav. γίνεται. [o] τὸ] καὶ Edd. καὶ δόξαζε om. L. Ep. [p] ἐστὶ om. G. et delevit Sav. [q] τὴν πεῖναν G. H. τὸ πεινᾷν L. M. *ad experiendum fructum* Ge. h. e. τὴν πεῖραν. In cod. G. litera v super rasuram est. [r] τιμωρητικὴν] add. αὐτοῦ K. M. [s] θαῦμα] σημεῖον Reg. 688. idque receperunt Sav. Ben. [t] τούτοις τοῖς] αὐτοῖς τοῖς Mor. τοῖς αὐτοῖς Ep. Mox Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ G. H. [u] Sic G. H. K. M. et Regii 688 et 694. ἐκεῖ μὲν ἀρχὴ L. τὸ μὲν ἀρχὴ Sav. τὸ μὲν ἐν ἀρχῇ Mor. Ben. [v] τοῦτο G. K. L. M. [w] οὐδὲν om. Mor. Ben. ὤφθη] add. διδάσκων M. Ep. Ge. [x] ἡ ἀκολ. Edd. ἦν ἀκολ. M. [y] ὅτι οὐ οὐκ M. p. p. αὐτοῦ om. K M.

Digitized by Google

erat, et videbant opera cum verbis consonare : sed neque sic obtemperarunt, imo indignabantur, etiamsi hæc clamare prophetam audirent, ac pueros plus quam ætas ferret prædicantes eum. Quapropter incusantem illos Isaiam inducit dicens : *Domus mea domus orationis vocabitur.* Neque hoc tantummodo suam potentiam ostendit, sed quod curet varias infirmitates : nam 14. *Accesserunt ad eum claudi et cæci, et curavit eos;* et sic virtutem potestatemque suam monstrat. Illi vero neque sic obtemperarunt, sed cum miracula viderent, puerosque audirent ipsum prædicantes, suffocabantur et dicebant : 16. *Non audis quid isti dicunt?* Atqui id Christus ipsis dicere potuisset : Non auditis quid isti dicunt? Nam illi quasi Deo canebant. Quid igitur ille? Quia rebus manifestis contradicebant, acrius illos carpit dicens : *Numquam legistis : Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem* (*Psal.* 8. 3)? Et recte dixit, *Ex ore.* Non enim secundum mentem ipsorum illa verba erant, sed virtute ipsius immatura ipsorum lingua dirigebatur. Hoc vero figura erat gentium balbutientium, quæ confestim magna insonuerunt et animo et fide, et apostolis hinc non parva consolatio. Ne enim ambigerent, quomodo rudes homines prædicationem annuntiare poterunt, præoccupantes pueri illam animi angustiam ejecerunt, et spem fecerunt, facultatem dicendi daturum sibi esse eum qui pueros hymnum cantare docuit; neque hoc tantum, sed etiam esse illum naturæ conditorem, hoc miraculo ostensum est. Pueri igitur etsi immaturæ ætatis, fausta et supernis consona loquebantur : viri autem insania et furore plena. Talis res est nequitia. Quia igitur multa erant quæ illos commoverent, turbæ videlicet, ejectio vendentium, miracula, pueri canentes, rursus eos relinquit, ut illorum sedet tumorem et iram, noluitque docere, ne invidia ferventes dicta sua ægre ferrent.

Historia ficus a Christo maledictæ commentatur. Cur Christus ficui maledixit. — 18. *Mane autem revertens in urbem, esuriit.* Quomodo mane esurilt? Quando id carni concessit, tunc illius sensus ostenditur. 19. *Et videns ficum in via, venit ad eam, et nihil invenit nisi folia.* Alius evangelista (*Marc.* 11. 13) dicit, nondum tempus fuisse; sed si nondum tempus erat, quomodo alter evangelista [1] ait, *Venit, ut si forte fructum inveniret in ea?* Unde manifestum est, illud ex opinione discipulorum fuisse, qui adhuc imperfectiores erant. Nam opiniones discipulorum sæpe describunt evangelistæ. Sicut igitur illud secundum illorum opinionem erat, sic quoque cum putabant, ipsum maledixisse ficui, quod fructum non haberet. Cur ergo maledicta fuit? Propter discipulos, ut nempe illi confiderent. Quia enim ubique beneficia præstabat, nullumque puniebat : et tamen oportebat ultricis suæ potestatis exemplum præbere, ut discerent et discipuli et Judæi, ipsum cum posset eos qui se crucifixerunt exstinguere, libenter tamen id concessisse, neque exstinxisse. Noluit porro id in hominibus factum exhibere, sed in arbore ultricis suæ potestatis exemplum dedit. Cum autem in loca, vel in arbores, vel in bruta animantia tale quidpiam immittitur, ne curiose inquiras, nec dicas : Quomodo juste exsiccata ficus est, si tempus fructuum non erat? illa enim quæstio nugacissima est : sed miraculum respice, mirare, et miraculorum patratori gloriam refer. Nam et de submersis porcis idipsum multi dixerunt, justitiæ rationem inquirentes; sed illis non attendere oportet : nam hæc irrationabilia erant, ut arbor anima carebat. Cur ergo hac ratione res acta est, et cur hæc est maledictionis causa? Ut jam dixi, hoc ad discipulorum opinionem pertinet. Quod si nondum tempus erat, temere quidam hic legem significari dicunt. Nam hujus fructus fides erat, fideique tempus tunc advenerat, quem fructum ille attulit. *Jam enim regiones albæ sunt ad messem,* inquit, et, *Misi vos metere quæ non laborastis* (*Joan.* 4. 35. 38).

2. Nihil ergo hujusmodi hic subindicatur, sed, ut dixi, potestatem ultricem indicat, et hoc ostendit dicens, *Nondum enim erat tempus,* significans se ideo præcipue venisse, non quod esuriret, sed propter discipulos, qui admodum mirati sunt, etsi multa majora signa jam facta fuerant; sed, ut dixi, hoc insolitum erat, nunc enim primo potestatem ultricem ostendit. Idcirco non in alia arbore, sed in omnium humidissima signum fecit, ita ut inde majus videretur esse miraculum. Et ut discas, hoc propter illos factum esse, ut illis fiduciam inderet, audi ea quæ postea dicit. Quid igitur dicit? Et vos majora facietis, si credere volueritis, et in oratione confidere. Viden' totum propter illos factum esse, ne insidias formidarent? Ideo illud iterum repetit, ut precibus et fidei firmiter hærere suadeat. Non enim hoc tantum facietis, inquit, sed etiam montes transferetis, et plurima alia operabimini, si fidei et orationi cum fiducia hæreatis. Verum Judæi arrogantes et inflati, ut doctrinam ejus interpellarent, accedentes sciscitabantur : 23. *In qua potestate hæc facis?* Quia enim miraculis detrahere non poterant venditores ex templo pulsos et emendatos illi objiciunt. Eadem ratione apud Joannem interrogant, licet non iisdem verbis, verum eadem sententia; nam dicunt : *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis* (*Joan.* 2. 18. 19)? Sed ibi respondet illis : *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud;* hic autem in dubitationem illos conjicit. Unde manifestum est, illud quidem in principio factum esse, cuando miracula edere incipiebat, hoc autem in fine (*a*). Quod autem dicunt, hujusmodi est : An doctrinæ sedem occupas? num sacerdos ordinatus es, quia tantam potestatem exhibuisti? Atqui nihil arroganter egit, sed templi honori ac decori prospexit : attamen cum nihil aliud dicere possent, hanc accusandi ansam arripiunt. Ac cum vendentes ejiceret, nihil ausi sunt dicere, quia ille miracula ediderat : postea ubi viderunt eum, increpare cœperunt. Quid ergo ille? Non ad quæsitum directe respondet, nec ostendit, posse illos, si vellent suam potestatem vi-

[1] Alius, *quomodo idem Evangelista;* recte : verba enim sunt Marci, cap. 11. v. 13.

(*a*) His innuitur Christum bis vendentes ejecisse e templo.

Digitized by Google

dere; sed aliam opponit interrogationem: 25. *Baptisma Joannis unde erat? ex cœlo, an ex hominibus?* Et quid hæc, inquies, ad rem præsentem? Hæc maxime quadrant: nam si dixissent, E cœlo, respondisset eis: Quare ergo non credidistis ei? Si enim credidissent, non ita interrogassent. Nam de ipso Joannes dixerat: *Non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus* (*Luc.* 3. 16); et, *Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi*; et, *Ipse est Filius Dei*; et, *Qui de sursum venit, supra omnes est* (*Joan.* 1. 29. 34. *et* 3. 31); et, *Ventilabrum in manu ejus, et purgabit aream suam* (*Matth.* 3. 12). Quare si Joanni credidissent, nihil impedire poterat quominus viderent in qua potestate hæc faceret. Deinde quia maligne illi responderunt, 27. *Nescimus*, non dixit ille, Neque ego scio: sed quid? *Neque ego dico vobis.* Nam si ignorabant, doceri illos oportebat. Quia vero maligne agebant, jure nihil ipsis respondet. Cur autem non dixerunt, Ex hominibus est baptisma? Timebant turbas, inquit. Viden' cor perversum? Ubique Deum despiciunt, et cuncta propter homines faciunt; nam et Joannem propter illos timebant; non virum ipsum reveriti, nisi hominum causa tantum; Christo etiam credere hominum causa nolebant: et hæc causa illis malorum omnium. Deinde dicit: 28. *Quid vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, et dixit primo: Vade, hodie operare in vinea.* 29. *Ille autem respondens dixit: Nolo. Postea autem pœnitentia motus abiit.* 30. *Et accedens ad secundum, dixit similiter. Ille autem respondit, Abeo* [1], *et non abiit.* 31. *Quis ergo ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei, Primus.* Rursus per parabolas ipsos arguit; tum illorum improbitatem, tum reprobatarum gentium obsequentiam subindicans. Nam hic duo filii significant id quod apud gentes et quod apud Judæos factum est. Gentes enim cum non promisissent obedientiam, nec audissent legem, operibus obsequentiam exhibuerunt: hi contra postquam dixerant, *Omnia quæcumque dixerit Deus faciemus et audiemus* (*Exod.* 19. 8), operibus non obsequuti sunt. Ideo ne putarent legem ipsos juvare, ostendit hoc ipsum illos damnare; id quod etiam dicit Paulus: *Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur* (*Rom.* 2. 13). Idcirco [2] ut suo ipsi judicio damnarentur, rem sic dirigit, ut ipsi sententiam ferant: quod etiam in sequenti parabola vineæ facit.

3. Utque res ita succederet, aliam personam inducit quæ accusationem ferret. Quia enim nolebant directe fateri, per parabolam eos quo volebat adducit. Quando autem dictorum scopum non intelligentes sententiam tulerunt, tunc ipse aperit id quod occulte agebatur, et dicit: *Publicani et meretrices præcedent vos in regno Dei.* 32. *Venit enim Joannes ad vos in via justitiæ, et non credidistis ei: publicani vero crediderunt ei. Vos autem videntes, non pœnitentiam egistis postea, ut crederetis ei.* Nam si simpliciter dixisset, Meretrices præcedunt vos, sermo illis onerosus visus fuisset: nunc autem post sententiam ab ipsis latam mitior videtur. Ideo causam adjicit. Quænam illa est? *Venit Joannes*, inquit, *ad vos*, non ad illos. Neque hoc solum, sed et *In via justitiæ.* Neque potestis eum criminari, quod negligens inutilisque fuerit: sed et vita ejus omni culpa libera, et providentia singularis, et tamen non attendistis ei. Post hoc etiam aliud crimen est, quod publicani attenderint; hinc aliud quod vos ne quidem post illos crediderit. Oportuit enim vos ante illos credere, quod vero neque post illos, omni venia indignum est: laus illorum eximia, crimen vestrum auget. Ad vos venit, nec admisistis illum; non venit ad illos, et susceperunt eum; neque illos doctores admittitis. Vide quot argumentis laus illorum, et horum crimen ostenditur. Ad vos venit, non ad illos. Vos non credidistis; hoc illis offendiculo non fuit. Illi crediderunt, id vobis non profuit. Illud enim, *Præcedent*, non dicitur, quasi hi sequantur; sed quod spem habeant, si velint. Nihil enim magis quam æmulatio rudiores concitat. Propterea semper dicit: *Novissimi primi, et primi novissimi.* Ideoque meretrices et publicanos induxit, ut illos zelo inflammaret. Hæc enim duo peccata extrema sunt, ex ferventi amore parta, alio corporum, alio pecuniarum. Ostendit autem, illud vere esse audire legem Dei, si Joanni credatur. Nec vero gratiæ solum est quod meretrices introeant, verum etiam justitiæ. Non enim manentes meretrices introierunt, sed obedientes et credentes, et mundatæ et mutatæ, sic introierunt. Viden' quomodo minus onerosam et breviorem orationem fecit tum per parabolam, tum per meretricum commemorationem? Neque enim statim dixit, Cur non credidistis Joanni? sed quod longe acrius erat, publicanis meretricibusque propositis, tunc illud induxit, ex rerum serie illos venia indignos arguens, ostendensque, ipsos ob metum hominum et vanam gloriam omnia facere. Nam Christum non confitebantur præ timore, ne a synagoga pellerentur; et Joannem non audebant carpere, non ob pietatem, sed propter metum. Quæ omnia ille probavit ex supradictis, et gravius postea vulnus inflixit dicens: *Vos autem videntes non pœnitentiam egistis, ut crederitis ei.* Improbum enim est ab initio bonum non eligere; majus vero crimen, non mutari. Nam hoc maxime multos improbos efficit, id quod jam in multis video, ob extremam stoliditatem. Sed nemo talis sit, oro: verum etiamsi in extremum nequitiæ lapsus sit, ne desperet de resipiscentia; facile quippe est ex profundo improbitatis emergere.

Historia meretricis cujusdam quæ mutata postea sanctam vitam duxit.— Annon audistis quomodo meretrix illa, quæ lascivia omnes superabat, omnes postea pietate vicit? Non de illa loquor quæ in evangeliis fertur; sed de illa quæ nostro ævo ex Phœniciæ civitate omnium nequissima fuit. Hæc quippe meretrix apud nos erat, primasque in scena tenebat, cujus nomen ubique celebrabatur, nec in nostra urbe tantum, sed usque ad Cilicas et Cappadocas. Multorumque opes exhausit, pupillos multos

[1] Alii habent, *Ego, Domine.*

[2] Unus, post verba S. Pauli, sic habet: *Melius est enim dicere, Nolo, et postea obsequi. Idcirco.*

Digitized by Google

σμου· καὶ, *Οὗτός* [16] *ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ*· καὶ, *Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος ἐπάνω πάντων ἐστί*· καὶ, ὅτι *Τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ*. Ὥστε εἰ ἐπίστευσαν ἐκείνῳ, οὐδὲν ἦν τὸ κωλύον αὐτοὺς εἰδέναι ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖ. Εἶτα ἐπειδὴ κακουργοῦντες ἔλεγον, *Οὐκ* [664] *ἴσμεν*, οὐκ εἶπεν, Οὐδὲ ἐγὼ οὐκ οἶδα· ἀλλὰ τί; *Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν*. Εἰ μὲν γὰρ ἠγνόουν, διδάσκεσθαι αὐτοὺς ἔδει· ἐπειδὴ δὲ ἐκακούργουν, εἰκότως οὐδὲν αὐτοῖς ἀποκρίνεται. Καὶ πῶς οὐκ εἶπον, ὅτι Ἐξ ἀνθρώπων τὸ βάπτισμα; *Ἐφοβοῦντο τοὺς ὄχλους*, φησίν. Εἶδες διεστραμμένην καρδίαν; Πανταχοῦ τοῦ Θεοῦ καταφρονοῦσι, καὶ διὰ τοὺς ἀνθρώπους ἅπαντα πράττουσι. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτον δι' αὐτοὺς ἐφοβοῦντο, οὐκ αἰδούμενοι τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἀνθρώπους· καὶ τῷ Χριστῷ πιστεύειν διὰ τοὺς ἀνθρώπους οὐκ ἤθελον· καὶ πάντα ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἐτίκτετο τὰ κακά. Εἶτά φησι· *Τί ὑμῖν δοκεῖ; Ἄνθρωπος εἶχε υἱοὺς* [29] *δύο, καὶ λέγει τῷ πρώτῳ· Ὕπαγε, σήμερον ἐργάζου εἰς τὸν ἀμπελῶνα. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε. Καὶ προσελθὼν τῷ δευτέρῳ, εἶπεν ὡσαύτως. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἐγὼ, κύριε* [30]· *καὶ οὐκ ἀπῆλθε. Τίς οὖν ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τοῦ πατρὸς τὸ θέλημα; Λέγουσιν* [31], *Ὁ πρῶτος*. Πάλιν διὰ παραβολῶν αὐτοὺς ἐλέγχει [32], τὴν τε αὐτῶν ἀγνωμοσύνην, καὶ τὸ τῶν σφόδρα κατεγνωσμένων καταπεπιθὲς αἰνιττόμενος. Τὰ γὰρ τέκνα ταῦτα τὰ δύο τοῦτο δηλοῖ [33], ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ἐθνῶν καὶ ἐπὶ Ἰουδαίων γέγονε. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι [34] οὐχ ὑποσχόμενοι ἀκούσεσθαι, οὐδὲ γενόμενοι ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, διὰ τῶν ἔργων ἐπεδείξαντο τὴν ὑπακοήν· καὶ οὗτοι εἰπόντες, *Πάντα ὅσα ἂν εἴπῃ ὁ Θεὸς, ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα*, διὰ τῶν ἔργων παρήκουσαν. Διά τι; τοῦτο ἵνα μὴ νομίσωσι τὸν νόμον αὐτοὺς ὠφελεῖν, δείκνυσιν ὅτι αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο αὐτοὺς καταδικάζει· ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι *Οὐκ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται* [35]. Διὰ τοῦτο ἵνα καὶ αὐτοκατακρίτους ποιήσῃ παρ' αὐτῶν ἐξενεχθῆναι παρασκευάζει τὴν ψῆφον· ὅπερ καὶ ἐν τῇ ἐπιούσῃ παραβολῇ ποιεῖ [36] τοῦ ἀμπελῶνος.

γ'. Καὶ ἵνα τοῦτο γένηται, ἐπ' ἄλλου προσώπου γυμνάζει τὸ ἔγκλημα. Ἐπειδὴ γὰρ ἐξ εὐθείας οὐκ ἠθέλησαν ὁμολογῆσαι, διὰ παραβολῆς αὐτοὺς ἐμβάλλει λοιπὸν εἰς ὅπερ ἐβούλετο. Ὅτε δὲ οὐ συνιέντας τὰ λεγόμενα τὴν ψῆφον ἐξήνεγκαν, τότε ἀποκαλύπτει τὸ συνεσκιασμένον λοιπὸν, καὶ λέγει· *Ὅτι τελῶναι καὶ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν* [37]. *Ἦλθε γὰρ ὁ Ἰωάννης πρὸς ὑμᾶς ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ· οἱ δὲ τελῶναι ἐπίστευσαν αὐτῷ· ὑμεῖς δὲ ἰδόντες οὐ μετεμελήθητε ὕστερον, τοῦ πιστεῦσαι αὐτῷ*. Εἰ μὲν γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, Πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς, ἔδοξεν ἂν φορτικὸς εἶναι αὐτοῖς ὁ λόγος· νυνὶ δὲ, μετὰ τὴν αὐτῶν ψῆφον ἀποφαινόμενος, ἀνεπαχθὴς εἶναι δοκεῖ. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησι. Τίς δὲ ἦν αὕτη; *Ἦλθεν Ἰωάννης*, φησὶ, *πρὸς ὑμᾶς*, οὐ πρὸς ἐκείνους· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ *Ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης*. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἔχετε ἐγκαλεῖν, ὅτι ἠμελημένος τις ἦν, καὶ οὐδὲν ὠφελῶν· ἀλλὰ καὶ ὁ βίος ἀνεπίληπτος [38], καὶ ἡ πρόνοια πολλή, καὶ οὐ προσέσχετε αὐτῷ. Καὶ μετὰ τοῦτου καὶ ἕτερον ἔγκλημα, ὅτι τελῶναι προσέσχον· καὶ μετὰ τοῦτον [39] πάλιν ἄλλο, ὅτι οὐδὲ [665] μετ' ἐκείνους ὑμεῖς. Ἔδει μὲν γὰρ καὶ πρὸ αὐτῶν· τὸ δὲ μηδὲ μετ' αὐτοὺς [40], πάσης συγγνώμης ἐστερημένον ἦν· καὶ ἅφατος κἀκείνων ἔπαινος, καὶ τούτων κατηγορία. Πρὸς ὑμᾶς ἦλθε, καὶ οὐ προσήκασθε· οὐκ ἦλθε πρὸς ἐκείνους, καὶ ἐδέξαντο· καὶ οὐδὲ ἐκείνους ἔσχετε [41] διδασκάλους. Ὅρα διὰ πόσων ἐκείνων δείκνυται τὸ ἐγκώμιον, καὶ τούτων ἡ κατηγορία. Πρὸς ὑμᾶς ἦλθεν, οὐ πρὸς ἐκείνους. Ὑμεῖς οὐκ ἐπιστεύσατε· τοῦτο ἐκείνους οὐκ ἐσκανδάλισεν. Αὐτοὶ ἐπίστευσαν· τοῦτο ὑμᾶς οὐκ ὠφέλησε. Τὸ δὲ, *Προάγουσιν*, οὐχ ὡς τούτων ἐπομένων, ἀλλ' ὡς ἐλπίδα ἐχόντων, ἐὰν ἐθέλωσιν. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς ζηλοτυπία διεγείρει τοὺς παχυτέρους. Διὰ τοῦτο ἀεὶ λέγει [42]· *Οἱ πρῶτοι ἔσχατοι, καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι*. Διὰ τοῦτο καὶ πόρνας παρήγαγε καὶ τελώνας, ἵνα παραζηλώσωσι. Καὶ γὰρ τὰ δύο ταῦτα ἄκρα ἁμαρτήματα, ἐξ ἔρωτος χαλεποῦ τικτόμενα [43], τὸ μὲν ἀπὸ σωμάτων, τὸ δὲ ἀπὸ χρημάτων ἐπιθυμίας. Δείκνυσι δὲ, ὅτι τοῦτο μάλιστά ἐστιν ἀκοῦσαι νόμου Θεοῦ, τὸ [44] Ἰωάννῃ πιστεῦσαι. Οὐκ ἄρα χάριτος μόνης τὸ εἰσελθεῖν πόρνας, ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνης. Οὐ γὰρ πόρναι μένουσαι εἰσῆλθον, ἀλλ' ὑπακούσασαι καὶ πιστεύσασαι καὶ καθαρισθεῖσαι καὶ μεταβαλόμεναι, οὕτως εἰσῆλθον. Εἶδες πῶς ἀνεπαχθῆ τὸν λόγον ἐποίησε καὶ τομώτερον [45], ἀπὸ τῆς παραβολῆς, ἀπὸ τῆς τῶν πορνῶν ἐπαγωγῆς; Οὐδὲ γὰρ εἶπεν εὐθέως, Διατί οὐκ ἐπιστεύσατε Ἰωάννῃ; ἀλλ', ὃ πολλῷ πληκτικώτερον ἦν, τοὺς τελώνας καὶ τὰς πόρνας προθεὶς, τότε τοῦτο ἐπήγαγεν, ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας διελέγχων αὐτῶν τὸ ἀσύγγνωστον, καὶ δεικνὺς, ὅτι διὰ φόβον ἀνθρώπων [46] πάντα ποιοῦσι καὶ δόξαν κενήν. Καὶ γὰρ τὸν Χριστὸν οὐχ ὁμολογοῦν διὰ φόβον, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται· καὶ τὸν Ἰωάννην πάλιν οὐκ ἐτόλμων κακίζειν· οὐδὲ τοῦτο δι' εὐλάβειαν, ἀλλὰ διὰ φόβον. Ἅπερ ἅπαντα ἤλεγξε διὰ τῶν εἰρημένων, καὶ χαλεπωτέραν ὕστερον ἐπήγαγε τὴν πληγήν, εἰπών· *Ὑμεῖς δὲ ἰδόντες* [47] *οὐ μετεμελήθητε ὕστερον, τοῦ πιστεῦσαι αὐτῷ*. Κακὸν μὲν γὰρ καὶ τὸ παρὰ τὴν ἀρχὴν μὴ ἐλέσθαι τὸ καλόν· μείζων δὲ κατηγορία, τὸ μηδὲ μεταθέσθαι. Μάλιστα γὰρ τοῦτο ἐργάζεται πολλοὺς πονηροὺς, ὃ καὶ νῦν πάσχοντας ἐνίους ὁρῶ ὑπὸ ἀναισθησίας ἐσχάτης [48]. Ἀλλὰ μηδεὶς ἔστω τοιοῦτος [49]· ἀλλὰ κἂν εἰς ἔσχατον κατενεχθῇ κακίας, μὴ ἀπογινωσκέτω τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολήν. Ῥᾴδιον γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν βαράθρων τῆς πονηρίας ἀνενεγκεῖν.

Ἢ οὐκ ἠκούσατε πῶς ἐκείνη ἡ πόρνη, ἡ ἐπὶ ἀσελγείᾳ πάντας παρελάσασα, πάντας ἀπέκρυψεν ἐν [50] εὐλαβείᾳ; Οὐ τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις λέγω, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, τὴν ἐκ Φοινίκης τῆς παρανομωτάτης πόλεως. Καὶ γὰρ αὕτη πόρνη [51] ποτὲ παρ' ἡμῖν ἦν, τὰ πρωτεῖα ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἔχουσα, καὶ πολὺ τὸ ὄνομα αὐτῆς πανταχοῦ, οὐκ ἐν τῇ πόλει τῇ ἡμετέρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέχρι Κιλίκων καὶ Καππαδοκῶν. Καὶ πολλὰς μὲν [52] ἐκέκτητο οὐσίας, πολλοὺς δὲ εἶλεν [53] ὀρφα-

[16] οὗτος] αὐτός Edd. [29] δύο υἱούς K. δύο τέκνα M. τέκνα δύο L. 1 Mosq. [30] ἐγὼ, κύριε] Sic Mosqq. ἀπέρχομαι L. p. p. οὖν om. K. L. [31] Λέγουσιν] add. αὐτῷ Edd. [32] αὐτοὺς λέγει καὶ ἐλέγχει G. αὐτοῖς λ. κ. ἐ. H. κατεγνωσμένων] add. ἐθνῶν L. [33] Τὰ γὰρ δύο τέκνα ταῦτα δηλοῖ τοῦτο L. [34] ἐκεῖνοι om. L. et Edd. præter Sav. [35] δικαιωθήσονται] add. Καὶ γάρ ἐστι μεῖζον τὸ ἐπηγγελμένον μὴ ἀνελθεῖν, εἶτα ἀνελθεῖν L. [36] ὅπερ οὖν καὶ . . . ποιεῖται G. H. K. M. Receptum firmat Ep. [37] τῶν οὐρανῶν] Sic. G. H. K. et 5 Mosqq. vulgo τοῦ Θεοῦ. [38] ἄληπτος G. K. M. Ep. [39] τοῦτο G. K. et bis M. [40] Sic K. L. M. Ep. Edebatur μετὰ τούτους. p. p. ἀπεστερημένον G. Ep. ἅφατος] add. ἦν K. [41] ἔχετε G. L. [42] λέγει] add. ὅτι L. Deinde οἱ ἔσχ. πρ. καὶ οἱ π. ἔ. Edd. Mox παρῆγε G. προσήγαγε K. [43] τίκτεται G. ἐστι post ἔρωτος invexit Sav. [44] τὸ] τῷ K. L. M. et pr. G. [45] κατατομώτερον G. K. M. [46] διὰ φ. ἀν.] δι' ἀνθρώπους G. K. κενὴν] τὴν ἐκείνων G. [47] ἰδόντες K. L. M. invitis Mosqq. [48] ΠΘΙΚΟΝ. Περὶ μετανοίας, καὶ τοῦ μὴ ἀπογινώσκειν τοὺς ἁμαρτάνοντας, μήτε δὲ ἀπονυστάζειν τοὺς ἑστῶτας. G. [49] τοιοῦτος] add. παρακαλῶ M. [50] ἐν om. K. M. [51] ἡ ante πόρνη delevi, jubentibus G. H. K. L. et Reg. 694. p. p. τὰ πρῶτα L. [52] μὲν om. K. L. M. πολλοὺς δὲ] καὶ πολλοὺς idem. [53] εἶλεν] εἶχεν G. M. *tenebat* Ge. ἐλάθετο Reg. 688. ὀρφανοὺς] ἑταίρας G.

Digitized by Google

νούς· πολλοὶ δὲ αὐτὴν [666] καὶ εἰς γοητείαν διέβαλλον, ὡς οὐ τῇ τοῦ σώματος ὥρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς φαρμάκοις ἐκείνα τὰ δίκτυα πλέκουσαν. Εἶλέ ποτε καὶ βασιλίδος ἀδελφὸν αὕτη ἡ πόρνη· καὶ γὰρ πολλὴ ἦν αὐτῆς ἡ τυραννίς. Ἀλλ' ἀθρόον οὐκ οἶδ' ὅπως, μᾶλλον δὲ οἶδα σαφῶς· βουληθεῖσα γὰρ καὶ μεταβληθεῖσα, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν χάριν ἐπισπασαμένη· κατεφρόνησεν ἁπάντων ἐκείνων, καὶ ῥίψασα τοῦ διαβόλου τὰς μαγγανείας, πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνέδραμε. Καίτοιγε οὐδὲν αἰσχρότερον αὐτῆς ἦν, ὅτε ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἦν· ἀλλ' ὅμως ὕστερον πολλὰς παρήλασε τῇ τῆς ἐγκρατείας ὑπερβολῇ, καὶ σάκκον περιθεμένη, πάντα τὸν χρόνον οὕτως ἠσκεῖτο. Ταύτης ἕνεκεν καὶ ὕπαρχος ἠνωχλήθη, καὶ στρατιῶται ὡπλίσθησαν, καὶ μεταστῆσαι πρὸς τὴν σκηνὴν αὐτὴν οὐκ ἴσχυσαν, οὐδὲ ἐξαγαγεῖν τῶν ὑποδεξαμένων αὐτὴν παρθένων. Αὕτη μυστηρίων καταξιωθεῖσα τῶν ἀπορρήτων, καὶ τῆς χάριτος ἀξίαν ἐπιδειξαμένη σπουδὴν, οὕτω τὸν βίον κατέλυσεν, ἅπαντα ἀπονιψαμένη διὰ τῆς χάριτος, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα πολλὴν ἐπιδειξαμένη τὴν φιλοσοφίαν. Οὐδὲ γὰρ ψιλῆς ὄψεως μετέδωκε τοῖς ποτε ἐρασταῖς ἐπὶ τοῦτο ἐλεύσουσιν, ἀπεκλείσασα ἑαυτὴν, καὶ ἔτη πολλὰ καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ διατελέσασα. Οὕτως ἔσονται οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι· οὕτω πανταχοῦ πεπωρωμένης ἡμῖν ψυχῆς δεῖ, καὶ τὸ κωλύον οὐδὲν γενέσθαι μέγαν [65] καὶ θαυμαστόν.

ϛ'. Μηδεὶς τοίνυν τῶν ἐν κακίᾳ ἀπογινωσκέτω· μηδεὶς ἐν ἀρετῇ ὢν νυσταζέτω. Μήτε οὗτος [66] θαρρείτω· πολλάκις γὰρ αὐτὸν ἡ πόρνη παρελεύσεται· μήτε ἐκεῖνος ἀπογινωσκέτω· δυνατὸν γὰρ αὐτῷ [66] καὶ τοὺς πρώτους παρελθεῖν. Ἄκουσον τί φησιν ὁ Θεὸς πρὸς τὴν Ἰερουσαλήμ· *Εἶπον μετὰ τὸ πορνεῦσαι αὐτὴν ταῦτα πάντα, Πρός με ἀπόστρεψον, καὶ οὐκ ἀπέστρεψεν.* Ὅταν [67] ἐπανέλθωμεν εἰς τὴν σφοδρὰν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, οὐ μέμνηται τῶν προτέρων. Οὐκ ἔστιν ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεός· οὐ [68] γὰρ ὀνειδίζει τὰ παρελθόντα, οὐδὲ λέγει, Διατί τοσοῦτον ἀπελείφθης χρόνον, ἂν μετανοήσωμεν· ἀλλ' ἀγαπᾷ, ὅταν προσέλθωμεν· μόνον ὡς χρὴ προσέλθωμεν. Κολληθῶμεν [69] αὐτῷ σφοδρῶς, καὶ προσηλώσωμεν τῷ φόβῳ αὐτοῦ τὰς καρδίας ἡμῶν. Τοιαῦτα γέγονεν οὐκ ἐν τῇ Καινῇ μόνον πράγματα, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ. Τί γὰρ τοῦ Μανασσῆ χεῖρον; Ἀλλ' ἠδυνήθη τὸν Θεὸν ἐξιλεώσασθαι. Τί τοῦ Σολομῶνος μακαριώτερον; ἀλλ' ἀπονυστάξας ἔπεσε. Μᾶλλον δὲ καὶ ἀμφότερα ἐν ἑνὶ ἔχω δεῖξαι γενόμενα, ἐν τῷ πατρὶ τῷ τούτου· καὶ γὰρ καὶ καλὸς καὶ κακός ποτε γέγονεν ὁ αὐτός. Τί τοῦ Ἰούδα μακαριώτερον; ἀλλ' ἐγένετο προδότης. Τί τοῦ Ματθαίου [69] ἀθλιώτερον; ἀλλ' ἐγένετο εὐαγγελιστής. Τί τοῦ Παύλου χεῖρον, ἀλλ' ἐγένετο ἀπόστολος. Τί τοῦ Σίμωνος ζηλωτότερον; ἀλλ' ἐγένετο καὶ αὐτὸς ἁπάντων ἀθλιώτερος. Πόσας τοιαύτας ἑτέρας βούλει ἰδεῖν μεταβολὰς, καὶ πάλαι γεγενημένας, καὶ νῦν γινομένας καθ' ἑκάστην ἡμέραν; Διὰ δὴ τοῦτο λέγω, μήτε ὁ ἐπὶ τῆς [667] σκηνῆς ἀπογινωσκέτω, μήτε ὁ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ θαρρείτω. Πρὸς μὲν γὰρ τοῦτόν φησιν, *Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ·* πρὸς δὲ ἐκεῖνον, *Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται;* καὶ, *Τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε.* Πάλιν πρὸς τοὺς φησὶ, Γρηγορεῖτε· πρὸς δὲ ἐκείνους, *Ἔγειρε* [61], *ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν.* Οὗτοι μὲν γὰρ φυλάξαι δέονται ὅπερ ἔχουσιν, ἐκεῖνοι δὲ γενέσθαι ὅπερ οὐκ εἰσίν· οὗτοι διατηρῆσαι τὴν ὑγίειαν, ἐκεῖνοι τῆς ἀῤῥωστίας ἀπαλλαγῆναι· κάμνουσι γάρ· ἀλλὰ πολλοὶ καὶ [68] τῶν καμνόντων ὑγιαίνουσι, καὶ τῶν ὑγιαινόντων ῥᾳθυμήσαντες ἀῤῥωστοῦσι. Πρὸς μὲν οὖν ἐκείνους φησίν· *Ἴδε, ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται·* πρὸς δὲ τούτους· *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι; ἐγερθεὶς ἆρον τὴν κλίνην* [62] *σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.* Δεινὴ γὰρ, δεινὴ [63] παράλυσις ἁμαρτία· μᾶλλον δὲ οὐ [65] παράλυσις μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι χαλεπώτερον. Οὐ γὰρ ἐν ἀργίᾳ μόνον ἀγαθῶν ἐστιν ὁ τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐνεργείᾳ κακῶν [66]. Ἀλλ' ὅμως κἂν οὕτω διακείμενος ᾖς, καὶ [67] θελήσῃς μικρὸν διαναστῆναι, πάντα λύεται τὰ δεινά. Κἂν τριακοντοκτὼ ἔτη ἔχῃς [68], σπουδάσῃς δὲ γενέσθαι ὑγιὴς, οὐδεὶς ὁ κωλύων. Πάρεστι [69] καὶ νῦν ὁ Χριστὸς, καὶ λέγει, Ἆρον τὴν κλίνην σου· μόνον θέλησον διαναστῆναι· μὴ ἀπογνῷς. Οὐκ ἔχεις ἄνθρωπον; ἀλλ' ἔχεις Θεόν. Οὐκ ἔχεις τὸν βάλλοντά σε εἰς τὴν κολυμβήθραν; ἀλλ' ἔχεις τὸν οὐκ ἀφιέντα σε δεηθῆναι κολυμβήθρας. Οὐκ ἔχεις τὸν ἐκεῖ σε ῥίπτοντα; ἀλλ' ἔχεις τὸν κελεύοντά σοι ἆραι τὴν κλίνην. Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, *Ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγὼ, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει.* Ἂν γὰρ θελήσῃς κατελθεῖν εἰς τὴν πηγὴν, οὐδεὶς ὁ κωλύων. Οὐκ ἀναλίσκεται, οὐ δαπανᾶται ἡ χάρις· πηγή τίς ἐστιν ἀναβλύζουσα διηνεκῶς· ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες θεραπευόμεθα καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα. Προσερχώμεθα ταίνυν καὶ νῦν. Καὶ γὰρ Ῥαὰβ πόρνη ἦν, ἀλλ' ἐσώθη· καὶ ὁ λῃστὴς ἀνδροφόνος ἦν, ἀλλὰ παραδείσου πολίτης ἐγένετο· καὶ ὁ μὲν Ἰούδας μετὰ τοῦ Διδασκάλου ὤν, ἀπώλετο· ὁ δὲ λῃστὴς ἐν σταυρῷ ὤν, μαθητὴς ἐγένετο. Ταῦτα τοῦ Θεοῦ τὰ παράδοξα. Οὕτως οἱ μάγοι εὐδοκίμησαν· οὕτως ὁ τελώνης εὐαγγελιστὴς ἐγένετο· οὕτως ὁ βλάσφημος, ἀπόστολος.

ϛ'. Ταῦτα ὅρα, καὶ μηδέποτε ἀπογνῷς, ἀλλ' ἀεὶ θάῤῥει καὶ διανάστησον σαυτόν. Ἄψαι μόνον τῆς ἐκεῖ φερούσης ὁδοῦ, καὶ προδήσῃ [70] ταχέως. Μὴ τὰς θύρας ἀποκλείσῃς, μὴ τὴν εἴσοδον φράξῃς. Βραχὺς ὁ παρὼν καιρὸς, ὀλίγος ὁ πόνος. Εἰ δὲ καὶ πολὺς ἦν, οὐδὲ οὕτως ἀπαγορεύειν ἔδει. Κἂν γὰρ μὴ κάμῃς τὸν κάλλιστον τοῦτον κάματον τὸν ἐν τῇ μετανοίᾳ καὶ τῇ [71] ἀρετῇ, ἐν τῷ κόσμῳ πάντως καμῇ καὶ ταλαιπωρήσεις ἑτέρως. Εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα κάκεῖ κάματος, διατί μὴ τοῦτον αἱρούμεθα τὸν πολὺν ἔχοντα τὸν καρπὸν καὶ μεγάλην τὴν ἀμοιβήν; Καίτοιγε οὐδὲ ὁ αὐτὸς κάματος οὗτος κἀκεῖνος. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς βιωτικοῖς καὶ κίνδυνοι συνεχεῖς, [668] καὶ ζημίαι ἐπάλληλοι, καὶ ἡ [72] ἐλπὶς ἄδηλος, καὶ δουλοπρέπεια πολλὴ, καὶ χρημάτων καὶ σωμάτων καὶ ψυχῆς δαπάνη· καὶ τότε ἡ τῶν καρπῶν ἀντίδοσις πολὺ τῆς ἐλπίδος καταδεεστέρα, ἂν ἄρα βλαστήσῃ. Οὐδὲ γὰρ πανταχοῦ φέρει καρπὸν ὁ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ἱδρώς· πλὴν ἀλλὰ καὶ ὅταν μὴ διαπέσῃ, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἐνέγκῃ τὴν φοράν, ἐν βραχεῖ παραμένει τῷ χρόνῳ. Ὅταν γὰρ γηράσῃς, καὶ μηκέτι λοιπὸν ἀκριβῆ τῆς ἀπολαύσεως τὴν αἴσθησιν ἔχῃς, τότε σοι φέρει τὰς ἀμοιβὰς ὁ πόνος [73]. Καὶ ὁ μὲν πόνος ἐν ἀκμάζοντι σώματι, ὁ δὲ καρπὸς καὶ ἡ τρυφὴ

[65] μέγα L. M. [66] μήτε οὗτος] Sic H. L. et Flor. p. 61. (Tom. XII, p. 456 E.) μηδὲ οὕτω G. M. μηδεὶς οὕτω h. [66] αὐτόν Edd. [67] Ὅταν] Sic L. Ὅτε ἂν H. K. M. Ὅτε γὰρ καὶ G. Ὅταν γὰρ ἂν Fl. Ὅτε οὖν Mor. Ὅτε γοῦν Sav. Ben. Ὅταν γοῦν tac te correxit Editor Ben. 2da. ἐπανέλθωμεν] Sic Fl. ἐπανέλθωμεν G. ἐπέλθωμεν K. M. ἀπέλθωμεν Mor. Ben. [68] οὐδέ G. H. [69] Κολληθῶμεν] add. τοίνυν Edd. καρδίας] σάρκας G. H. M. Gu. Cf. Psal. CXVIII, 120. [69] Sic L. in cæteris et in Edd. ante Ben. hæc τοῦ Ματθαίου et τοῦ Παύλου mutatis sedibus leguntur. Errorem tacite correxit Montef. legendo εὐαγγελιστὴς pro ἀπόστολος et vice versa. [61] Ἔγειραι H. et corr. G. [62] πολλοὶ καὶ] καὶ πολλοὶ G. καὶ π. καὶ Sav. [63] τὸν κράββατον L. Fl. σου om. G. [65] δεινὴ] ὄντως δεινὴ M. p. p. ἡ ἁμαρτία H. [66] οὐδέ Edd. [66] ἐν ἀργίᾳ κ. H. et pr. G. ἐνεργείᾳ κ. corr. G. ἐν ἐργασίᾳ κ. M. In L. hæc ἀλλὰ καὶ . . . κακῶν desunt. [67] καὶ]. κἂν Edd. [68] ἔχῃς] add. κατακείμενος M. [69] Πάρεστι] add. γὰρ M. καὶ λέγει] λέγει καὶ νῦν L. Mor. διαναστῆναι] Sic Fl. et codd. Edebatur διανάστηθι. [70] Sic L. M. Fl. vulgo πρόσθηι. [71] τῇ om. G. p. p. καμῇς K. L. Fl. καμεῖ; H. M. [72] ἡ om. M. [73] πόνος] χρόνος L. M. Mor.

Digitized by Google

cepit [1] : plurimi vero eam maleficis uti artibus dicebant, nec corporis forma tantum, sed ex veneficiis retia expandisse. Hæc imperatricis quoque fratrem irretivit. Nam multa vi tyrannidis pollebat. Sed repente nescio quomodo, imo probe scio quomodo sponte mutata, gratiam Dei sibi concilians, omnia illa sprevit, ac projectis diabolicis illecebris, ad cœlum accurrit. Quamquam nihil illa turpius erat, cum in scena compareret : attamen multas postea castitate superavit, cilicioque induta omne transigebat tempus. Hujus revocandæ causa præfectus a quibusdam concitatus est, milites armati ad scenam illam transferre non potuerunt, neque ex cœtu virginum, quæ illam receperant, educere. Hæc sacris dignata mysteriis, cum accepta gratia dignum virtutis studium adhibuisset, vitam clausit, cum peccata omnia per gratiam eluisset, et post baptismum magnam exhibuisset philosophiam. Nec umquam amatores olim suos accedentes aspicere voluit, seque ipsam inclusit, multosque annos quasi in carcere transegit. *Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi* (*Matth.* 20. 16) : sic nobis ubique ferventi animo opus est. Nihil impedit quominus magni et mirabiles evadamus.

4. *Desperatio et præsumptio vitandæ.* — Nemo igitur in nequitia degens desperet : nemo virtutem exercens dormitet, neque ille confidat [2]. Sæpe namque eveniet ut meretrix illum antevertat. Ille verne desperet ; poterit enim etiam primos præcedere. Audi quid dicat Deus Jerosolymæ. *Dixi postquam fornicata est in his omnibus, Convertere, et conversa non est* (*Jer.* 3. 7). Cum igitur ferventem Dei amorem adimus, non recordatur ille priorum. Non est sicut homo Deus ; neque enim præterita probro dat, neque dicit : Quare tanto tempore abfuisti? si tamen pœnitentiam egerimus ; sed diligit nos, cum ipsum adimus, dum ut oportet accedamus. Ipsi ergo admodum hæreamus, et configamus timore ejus corda nostra [3] (*Psal.* 118. 120). Res hujusmodi non in nova solum lege, sed et in veteri observantur. Quid enim Manasse deterius? Sed potuit Deum placare (4. *Reg.* 21)? Quid Salomone beatius? Sed dormitans cecidit (3. *Reg.* 11. 4). Imo hæc ambo possum in uno ostendere, in ejus scilicet patre : nam ille et probus et improbus fuit. Quid Juda beatius? Sed fuit proditor. Quid Paulo miserius? Sed fuit apostolus. Quid Matthæo pejus? Sed fuit evangelista. Quid Simone laudabilius? Sed fuit omnium miserrimus. Quot similes mutationes, et olim et nunc quotidie factas, videre potes? Quamobrem dico, nec histrio desperet, nec is qui in ecclesia est confidat. Huic namque dicit. *Qui videtur stare, videat ne cadat* (1. *Cor.* 10. 12) ; illi autem, *Numquid qui cadit non resurget* (*Jer.* 8. 4)? et, *Manus remissas et genua debilia roborate* (*Isai.* 35. 3). Ac rursus his, *Vigilate;* illis vero, *Surge, qui dormis, et resurge a mortuis* (*Ephes.* 5. 14). Nam hi id quod habent servare debent, illi vero id fieri quod non sunt ; hi sanitatem custodire, illi ab infirmitate liberari. Multum laborant ægritudine, sed multi ægri valetudinem recuperant, et bene valentes, si negligant, in morbum incidunt. Illis itaque dicit : *Ecce sanus factus es : noli amplius peccare, ne tibi quid deterius contingat* (*Joan.* 5. 14) ; his vero, *Vis sanus fieri? Tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam* (*Ibid. v.* 6. 8). Gravis enim, gravis certe paralysis est peccatum ; imo non paralysis tantum, sed aliquid gravius. Neque enim hic bonis tantum privatur, sed in malorum exercitio est. Attamen licet ita affectus sis, si volueris paululum exsurgere, omnia mala solvuntur. Etiamsi triginta octo annos habeas, si sanitatem recuperare studeas, nihil obest. Adest etiam nunc Christus et dicit, *Tolle lectum tuum :* modo velis ; surge, ne desperes : hominem non habes, sed habes Deum. Non habes virum qui te in piscinam injiciat ; sed habes eum qui non sinat te opus habere piscina. Non habes qui te illo conjiciat, sed habes qui jubeat tollere lectum tuum. Non licet diceret, *Dum ego venio, alius ante me descendit* (*Ibid. v.* 7). Si enim velis in fontem descendere, nemo impediet. Gratia non consumitur, non impenditur : fons quidam est semper scaturiens, ex plenitudine ejus omnes sanamur, et secundum animam et secundum corpus. Accedamus igitur etiam nunc. Nam Raab meretrix erat, sed servata est ; latro homicida erat, sed paradisi civis effectus est : et Judas, qui cum magistro erat, periit ; latro autem, in cruce cum esset, discipulus factus est. Hæc Dei mirabilia sunt. Sic magi acceptabiles fuerunt ; sic publicanus evangelista factus est ; sic blasphemus fuit apostolus.

5. *Moralis exhortatio ad labores vitæ patienter tolerandos.* — Hæc conspice, et numquam desperes, sed semper confide, et excita teipsum. Viam solum inito, quæ illo ducit, et celeriter incede. Ne claudas januas, ne ingressum obsepias. Breve est præsens tempus, parvus labor. Etiamsi magnus esset, ne sic quidem desperare oporteret. Etiamsi enim nunc pulcherrimum laborem, quem pœnitentia et virtus afferunt, non susciplas, in mundo certe laborabis et alio modo sudabis. Quod si et hic et illic labor est, cur non hunc laborem suscipimus, qui multum affert fructum et magnam mercedem? Quamquam non idem hic labor qui illic. In sæcularibus enim frequentia pericula, damna sibi mutuo succedentia, spes incerta, servitus multa, pecuniarum, corporum, et animæ dispendia, et fructuum proventus spe longe minores, si tamen veniant : neque enim sæcularium rerum sudores fructum semper afferunt. Verumtamen etsi non excidant, etiamsi multum proventum afferant, modico tempore manent. Cum enim senueris, nec possis iis pro voto frui, tunc mercedem

[1] Alius, *Multos reddidit orphanos.*

[2] Morel., *nemo virtutem exercens confidat*, omissis interpositis.

[3] Sic Editi et Manuscriptorum pars maxima : alii pro, *sorda nostra*, legunt, *carnes nostras*, ut habetur in Psalmo, ex quo fortasse librarii Chrysostomi locum emendare se putarunt.

Digitized by Google

laborum recipies [1]. Sic labor vigente corpore suscipitur : fructus autem et voluptas, corpore jam sene et soluto, cum sensum tempus exstinxit, etsi non prorsus exstinxerit, mortis spes non sinit deliciis frui. Illic vero res non ita se habet, sed labor est in corruptione et in mortali corpore ; corona vero in integro, immortali [2], finem non habente. Labor præcedit et brevis est ; merces autem sequitur et est immensa, ut cum libertate demum quiescas, nihil exspectans injucundum. Nulla enim ibi mutatio timenda, nullus casus, ut in hoc mundo. Qualia autem sunt hæc bona, non tuta, sed brevia, lutea, quæ vix apparent et evanescunt, ac cum multis laboribus possidentur ? Quæ bona sunt illis æqualia, quæ sunt immobilia, quæ numquam senescunt, quæ nullius sunt laboris, quæ certaminum tempore coronas tibi afferunt ? Nam qui pecunias despicit, jam hinc mercedem recipit, sollicitudine vacuus, livore, sycophantia, insidiis, invidia. Qui castus est et ornate vivit, etiam antequam decedat, coronatur et in deliciis degit, dedecore, irrisionibus, periculis, accusationibus aliisque omnibus malis liberatus. Aliæ quoque virtutis partes similiter jam hic nobis mercedem afferunt. Ut igitur et præsentia et futura consequamur bona, fugiamus nequitiam et virtutem amplectamur. Sic enim et hic in deliciis erimus, et futura consequemur bona : quæ utinam omnes adipiscamur gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Græcus textus accuratius redderetur hoc modo : *Quo enim tempore, tibi senescenti voluptatis sensus hebetatus est, tunc mercedem laborum recipis* ; et juxta Morel. : *Tempus enim quo tibi senescenti voluptatis sensus hebetatus est, hoc tempus tibi mercedem affert.*

[2] Morel. et quidam alii, *corona vero in incorruptibili et impassibili.*

HOMILIA LXVIII. al. LXIX.

CAP. 21. v. 33. *Aliam parabolam audite. Homo quidam erat paterfamilias, qui plantavit vineam, et sepem circumposuit ei : et fodit in ea torcular, et ædificavit turrim : et locavit eam agricolis, et peregre profectus est.* 34. *Quando autem appropinquavit tempus fructuum, misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus.* 35. *Et agricolæ, apprehensis servis ejus, alium ceciderunt, alium interfecerunt, alium autem lapidaverunt.* 36. *Rursum misit alios servos numero plures, et fecerunt illis similiter.* 37. *Novissime autem misit ad eos filium suum dicens : Reverebuntur forte filium meum.* 38. *Agricolæ autem videntes filium, dixerunt in seipsis : Hic est heres, venite, interficiamus eum, et possideamus hereditatem ejus.* 39. *Et apprehensum eum ejecerunt extra vineam et interfecerunt.* 40. *Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis ?* 41. *Dicunt ei : Malos male perdet, et vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructus temporibus suis.* 42. *Dicit illis Jesus : Numquam legistis in Scripturis, Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli* (*Psal.* 117. 22) ?

1. Multa per hanc parabolam subindicat : Dei providentiam, qua semper illis adfuit, sanguinarium eorum a principio animum, nihilque prætermissum fuisse quod ad curam eorum gerendam pertineret, quod prophetis occisis non aversus ab illis fuerit Deus, sed et Filium suum miserit ; quod Novi et Veteris Testamenti unus et idem sit Deus ; quod mors ejus magna operata sit ; quod extremas pœnas dent ob crucem et facinus suum : gentium conversionem, et Judæorum lapsum. Ideo igitur hanc parabolam post præcedentem posuit, ut et majus crimen ostenderet, quod nullam veniam mereretur. Quo modo et qua ratione ? Quia tantam nacti Dei providentiam, a meretricibus et publicanis victi, longe retro relicti sunt. Perpende autem et ejus magnam providentiam, et illorum incredibilem supinitatem. Nam quæ agricolarum erant, ipse fecit : maceriam circumposuit, vineam plantavit, reliqua omnia præstitit ; et parvum quid ipsis reliquit, ut res illas curarent, et quæ data fuerant conservarent. Nihil enim omissum fuerat ; sed omnia perfecta erant : nihil tamen illis inde lucri, licet ipsis tanta contulisset bona. Nam post egressum ex Ægypto legem dedit, urbem condidit, templum construxit, aram erexit. *Et peregre profectus est* ; id est, longa usus est patientia, cum non semper peccantibus statim supplicia inferat : peregrinationem quippe longam tolerantiam vocat. *Et misit servos suos*, hoc est, prophetas ; ut fructum acciperent, id est, obedientiam per opera demonstratam. Illi vero hic etiam nequitiam suam exhibuerunt, non modo quod post tantam curam fructum non darent, quod negligentiam præ se ferebant, sed etiam quod illos venientes indigne ferrent. Nam qui debebant, nec reddere poterant, non indignari neque ægre ferre oportebat, sed rogare. Illi vero non indignabantur modo, sed manus sanguine replebant, et qui pœnas dare debebant, pœnas expetebant. Ideoque et secundos et tertios misit, ut ostenderetur et illorum nequitia et mittentis benignitas. Et cur non filium statim misit ? Ut ex malis quæ in illos intulerunt, sese damnantes iramque remittentes, illum venientem vererentur. Possemus alias explicationes addere, sed ad sequentia perganus. Quid sibi vult illud, *Forte reverebuntur* ? Non ignorantis est, absit, sed volentis ostendere quantum peccatum esset, et omni excusatione vacuum. Cum sciret enim occidendum fore, misit tamen. Illud autem, *Reverebuntur filium meum*, quod facere debebant enuntiat : quia oportebat certe illos revereri. Siquidem et alibi dicit : *Si forte audierint* (*Ezech.* 2. 5) : neque illic ignorabat, sed ne dicerent quidam improbi, prædictionem fuisse non obediendi necessariam causam, ideo sic dicta temperat, *Si forte* dicens, et *Fortasse*. Nam si circa servos improbi fuerunt, filii dignitatem revereri oportuit. Quid

Digitized by Google

ἐν γεγηρακότι καὶ παρειμένῳ, ὅταν καὶ τὴν αἴσθησιν ὁ χρόνος καταμαράνῃ· καίτοι [74] εἰ μὴ κατεμάρανεν, ἡ τῆς τελευτῆς ἐλπὶς οὐκ ἠφίει τρυφᾶν. Ἐκεῖ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὁ μὲν πόνος, ἐν φθορᾷ καὶ τελευτῶντι σώματι· ὁ δὲ στέφανος, ἐν ἀκηράτῳ [75] καὶ ἀθανάτῳ καὶ τέλος οὐκ ἔχοντι. Καὶ ὁ μὲν πόνος καὶ πρῶτος καὶ βραχύς· ἡ δὲ ἀντίδοσις καὶ ὑστέρα καὶ ἄπειρος, ἵνα μετὰ ἀδείας ἀναπαύῃ λοιπὸν, μηδὲν προσδοκῶν ἀηδές. Οὐ γὰρ ἔστι μεταβολὴν δεῖσαι [76] λοιπὸν, οὐδὲ ἔκπτωσιν, καθάπερ ἐνταῦθα. Ποῖα οὖν ταῦτα ἀγαθὰ, τὰ μήτε ἀσφαλῆ, καὶ βραχέα καὶ πήλινα, καὶ πρὶν ἢ φανῆναι ἀφανιζόμενα, καὶ μετὰ πολλῶν κτώμενα πόνων; Ποῖα δὲ ἐκείνων ἀγαθὰ ἴσα, τῶν ἀκινήτων, τῶν ἀγηράτων [77], τῶν μηδένα μόχθον ἐχόντων, τῶν [78] καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀγώνων τοὺς στεφάνους σοι κομιζόντων; Ὁ γὰρ χρημάτων καταφρονῶν, καὶ ἐντεῦθεν ἤδη λαμβάνει τὸν μισθὸν, φροντίδος ἀπαλλαττόμενος [79], βασκανίας, συκοφαντίας, ἐπιβουλῆς, φθόνου. Ὁ σώφρων, καὶ κοσμίως ζῶν, καὶ πρὸ τῆς ἐντεῦθεν ἀποδημίας στεφανοῦται καὶ τρυφᾷ [80], ἀσχημοσύνης, γέλωτος, κινδύνων κατηγορίας, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπαλλαττόμενος δεινῶν. Τὰ ἄλλα [81] πάντα ὁμοίως τῆς ἀρετῆς μέρη ἐντεῦθεν ἤδη ἡμῖν δίδωσι τὴν ἀμοιβήν. Ἵν' οὖν καὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, φύγωμεν κακίαν καὶ ἐλώμεθα ἀρετήν. Οὕτω γὰρ καὶ ἐνταῦθα τρυφήσομεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα στεφάνων [82]· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[74] καίτοι] Sic M. vulgo καί. [75] ἀγηράτῳ M. ἀγήρῳ G. ἀθανάτῳ] ἀκαμάτῳ L. [76] δεῖσαι] add. ποτε G. H. [77] ἀκηράτων G. L. [78] τῶν om. K. καὶ om. L. [79] ἀπηλλαγμένος G. [80] ἐντρυφᾷ G. H. [81] Τὰ δὲ ἄλλα Sav. Ben. p. p. τὰς ἀμοιβάς L. [82] στεφάνων] ἀγαθῶν G. H.

ΟΜΙΛΙΑ ΞΗ'.

[669] *Ἄλλην παραβολὴν ἀκούσατε. Ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε, καὶ ὤρυξε ληνὸν, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον· καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησεν. Ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν, ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ* [83], *λαβεῖν τοὺς καρποὺς. Καὶ λαβόντες οἱ γεωργοὶ τοὺς δούλους* [84], *οὓς μὲν ἔδειραν, οὓς δὲ ἀπέκτειναν, οὓς δὲ ἐλιθοβόλησαν. Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους πλείονας τῶν πρώτων, καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς* [85] *ὡσαύτως. Ὕστερον* [86] *ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων· Ἴσως ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου. Οἱ δὲ γεωργοὶ ἰδόντες τὸν υἱὸν, εἶπον ἐν ἑαυτοῖς· Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ἀπέκτειναν* [87]. *Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; Λέγουσιν αὐτῷ* [88]· *Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς, καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται* [89] *γεωργοῖς ἑτέροις, οἵτινες ἀποδώσουσι τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Οὐδέποτε ἀνέγνωτε ἐν ταῖς Γραφαῖς* [90]· *Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας;*

α'. Πολλὰ ἀπὸ τῆς παραβολῆς ταύτης αἰνίττεται· τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, τὴν εἰς αὐτοὺς ἄνωθεν γεγενημένην· τὸ ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν φονικόν· τὸ μηδὲν παραλειφθῆναι τῶν ἡκόντων εἰς ἐπιμέλειαν· τὸ καὶ προφητῶν σφαγέντων μὴ ἀποστραφῆναι αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὸν Υἱὸν πέμψαι· τὸ καὶ τῆς Καινῆς καὶ τῆς Παλαιᾶς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι Θεόν· τὸ μεγάλα αὐτοῦ τὸν θάνατον κατορθώσειν [91]· τὸ τὴν ἰσχάτην δίκην τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ τολμήματος αὐτοὺς ὑπομένειν· τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, τῶν Ἰουδαίων τὴν ἔκπτωσιν. Διὰ τοῦτο [92] αὐτὴν μετὰ τὴν ἔμπροσθεν τίθησιν, ἵνα δείξῃ κἀντεῦθεν τὸ ἔγκλημα μεῖζον καὶ σφόδρα ἀσύγγνωστον. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ὅτι τοσαύτης τυχόντες ἐπιμελείας, πορνῶν καὶ τελωνῶν ἡττήθησαν, καὶ παρὰ τοσοῦτον. Θέα δὲ καὶ αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν τὴν πολλὴν, καὶ τὴν τούτων ἀργίαν τὴν [93] ἄφατον. Καὶ γὰρ ἃ τῶν γεωργῶν ἦν, αὐτὸς ἐποίησε· τὸ [670] φραγμὸν περιθεῖναι, τὸ φυτεῦσαι τὸν ἀμπελῶνα, τὰ ἄλλα πάντα· καὶ μικρὸν αὐτοῖς κατέλιπε [94], τὸ ἐπιμελεῖσθαι [95] τῶν ὄντων, καὶ διαφυλάξαι τὰ δοθέντα. Οὐδὲν γὰρ ἦν ἐλλειφθὲν, ἀλλὰ πάντα ἀπηρτισμένα· καὶ οὐδὲ οὕτως ἐκέρδαναν, καὶ ταῦτα τοσούτων ἀπολαύσαντες παρ' αὐτοῦ. Ὅτε γὰρ ἐξ Αἰγύπτου ἐξῆλθον, καὶ νόμον ἔδωκε, καὶ πόλιν ἀνέστησε, καὶ ναὸν ᾠκοδόμησε, καὶ θυσιαστήριον κατεσκεύασε [96]. *Καὶ ἀπεδήμησε*· τουτέστιν, ἐμακροθύμησεν, οὐκ ἀεὶ τοῖς ἁμαρτήμασι [97] παραπόδας ἐπάγων τὰς τιμωρίας· τὴν γὰρ ἀποδημίαν τὴν πολλὴν αὐτοῦ μακροθυμίαν φησί. *Καὶ ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ*, τουτέστι, τοὺς προφήτας, *τὸν καρπὸν λαβεῖν*, τουτέστι, τὴν ὑπακοὴν, τὴν διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξιν. Οἱ δὲ κἀνταῦθα τὴν κακίαν ἐπεδείξαντο, οὐ τῷ μὴ δοῦναι τὸν καρπὸν τοσαύτης ἀπολαύσαντας [98] ἐπιμελείας, ὅπερ ἀργίας ἦν, ἀλλὰ καὶ τῷ δυσχεραίνειν πρὸς τοὺς ἐλθόντας. Τοὺς γὰρ οὐκ ἔχοντας δοῦναι καὶ ὀφείλοντας, οὐκ ἀγανακτεῖν ἐχρῆν, οὐδὲ δυσχεραίνειν, ἀλλὰ παρακαλεῖν. Οἱ δὲ οὐ μόνον ἠγανάκτησαν, ἀλλὰ καὶ αἱμάτων τὰς χεῖρας ἐνέπλησαν· καὶ δίκην ὀφείλοντες, αὐτοὶ δίκην ἀπῄτουν. Διὰ τοῦτο καὶ δευτέρους ἔπεμψε καὶ τρίτους, ἵνα δειχθῇ καὶ ἡ τούτων κακία, καὶ ἡ τοῦ πέμψαντος φιλανθρωπία. Καὶ διατί μὴ τὸν υἱὸν εὐθέως ἀπέστειλεν [99]; Ἵνα ἐκ τῶν εἰς ἐκείνους γενομένων καταγνόντες ἑαυτῶν, καὶ τὸν θυμὸν ἀφέντες, ἐκεῖνον [1] ἐντραπῶσιν ἐλθόντα. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι λόγοι· ἀλλὰ τέως ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἴωμεν. Τί δέ ἐστι τὸ, *Ἴσως ἐντραπήσονται;* Οὐχὶ ἀγνοοῦντος, ἄπαγε· ἀλλὰ θέλοντος δεῖξαι τὸ ἁμάρτημα μέγα, καὶ ἀπολογίας πάσης ἐστερημένον. Ἐπεὶ αὐτὸς [2] εἰδὼς, ὅτι ἀναιρήσουσιν, ἔπεμψε. Λέγει δὲ, *Ἐντραπήσονται* [3], τὸ γενέσθαι ὀφεῖλον ἀπαγγέλλων· ὅτι εἶδεν αὐτοὺς ἐντραπῆναι. Ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν, *Ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν*· οὐδὲ ἐκεῖ ἀγνοῶν· ἀλλ' ἵνα μὴ λέγωσί τινες τῶν ἀγνωμόνων, ὅτι ἡ πρόῤῥησις αὐτοῦ γέγονεν ἀναγκαστικὴ τῆς παρακοῆς, διὰ τοῦτο οὕτω σχηματίζει τὰς λέξεις, *Ἐὰν ἄρα*, λέγων, καὶ, *Ἴσως*. Εἰ γὰρ καὶ περὶ τοὺς δούλους ἀγνώμονες ἐγένοντο, τὸ τοῦ υἱοῦ [4] ἀξίωμα αἰδεσθῆναι ἐχρῆν. Τί οὖν οὗτοι; Δέον προσδραμεῖν, δέον

[83] αὐτοῦ] add. πρὸς τοὺς γεωργοὺς L. καρποὺς] add. αὐτοῦ L. [84] δούλους] add. αὐτοῦ L. οὓς] ὃν ter L. [85] αὐτοὺς G. αὐτοῖς om. K. M. 4 Mosqq. [86] Ὕστερον] add. δὲ G. M. 2 Mosqq. p. p. αὐτοῦ om. G. M. ἴσως om. H. L. 3 Mosqq. [87] Καὶ λαβόντες αὐτὸν ἐξέβαλον ἔξω τ. ἀ. καὶ ἀπέκτειναν L. 1 Mosq. ἐκβαλόντες] add. αὐτόν 4 Mosqq. [88] αὐτῷ om. G. K. M. 1 Mosq. [89] ἐκδώσει G. γ. ἑτέροις] ἄλλοις γ. L. 1 Mosq. ἀποδώσουσιν] add. αὐτῷ L. 2 Mosqq. [90] ἐν ταῖς Γραφαῖς om. G. H. 4 Mosqq. [91] κατορθῶσαι Edd. [92] Καὶ διὰ τοῦτο L. Διὰ τοῦτο οὖν G. H. p. p. μετὰ τῶν ἔμπροσθεν G. K. M. [93] τὴν om. H. K. M. καὶ τὴν ἄφατον τούτων ἀργίαν G. [94] Sic G. L. ἐγκατέλιπε Ep. κατέλειπε K. καταλιπεῖν H. ναταλείπειν M. [95] ἐπιμελήσασθαι L. Ep. Mur. p. p. φυλάξαι G. K. M. Ep. [96] Hæc καὶ θ. κατεσκεύασε post ν. ἔδωκε collocant H. L. In G. K. omnino desunt. [97] Sic Ep. ἁμαρτήσασι K. ἁμαρτάνουσι Edd. [98] ἀπολαύσαντες H. K. M. [99] ἔπεμψεν Edd. [1] ἐκεῖνον] ἐκεῖ τοῦτον K. L. ἐκεῖνον τοῦτον H. [2] Ἐπεὶ αὐτὸς] ἐπ' αὐτοῖς G. M. εἰδὼς] add. γὰρ G. [3] ἐντραπήσονται] add. τὸν υἱόν μου Edd. p. p. τὰ γ. ὀφείλοντα G. M. [4] υἱοῦ] Sic Ep. Theoph. Χριστοῦ G. K. M.

Digitized by Google

αἰτῆσαι συγγνώμην ἐπὶ τοῖς πεπλημμεληκόσι, καὶ [6] ἐπαγωνίζονται τοῖς προτέροις, ἐπαποδύονται τοῖς μιάσμασιν, ἀεὶ τὰ πρότερα τοῖς δευτέροις ἀποκρύπτοντες· ὃ καὶ αὐτὸς δηλῶν ἔλεγε· *Πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν.* Ἄνωθεν γὰρ αὐτοῖς ταῦτα ἐνεκάλουν οἱ προφῆται λέγοντες· *Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις·* καὶ, *Αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσι·* καὶ, *Οἰκοδομοῦντες Σιὼν ἐν αἵμασιν.* Ἀλλ' οὐκ ἐσωφρονίζοντο· καίτοι ταύτην λαβόντες πρώτην τὴν ἐντολήν, τὸ, *Οὐ φονεύσεις*, καὶ μυρίων ἑτέρων κελευσθέντες ἀπέχεσθαι διὰ τοῦτο [7], καὶ διὰ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν εἰς τὴν φυλακὴν τῆς ἐντολῆς ταύτης ἐναγόμενοι. Ἀλλ' ὅμως τὴν πονηρὰν ἐκείνην οὐκ ἀπέθεντο συνήθειαν· ἀλλὰ τί λέγουσιν ἰδόντες αὐτόν; *Δεῦτε*, [671] *ἀποκτείνωμεν αὐτόν.* Τίνος ἕνεκεν, καὶ διατί; τί ποτε ἔχοντες ἐγκαλεῖν. ἢ μικρὸν, ἢ μέγα; Ὅτι ἐτίμησεν ὑμᾶς, καὶ Θεὸς ὢν, ἄνθρωπος ἐγένετο δι' ὑμᾶς, καὶ τὰ μυρία ἐκεῖνα εἰργάσατο θαύματα; ἀλλ' ὅτι τὰ ἁμαρτήματα συνεχώρει; ἀλλ' ὅτι ἐπὶ βασιλείαν ἐκάλει; Ὅρα δὲ μετὰ τῆς ἀσεβείας καὶ τὴν ἄνοιαν πολλὴν οὖσαν, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς σφαγῆς πολλῆς γέμουσαν παραπληξίας. *Ἀποκτείνωμεν γὰρ αὐτὸν*, φησὶ, *καὶ ἡμῶν ἔσται ἡ κληρονομία.* Καὶ ποῦ ἀποκτεῖναι βουλεύονται; Ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος.

β'. Εἶδες πῶς προφητεύει καὶ τὸν τόπον, ἔνθα ἔμελλε σφάττεσθαι; *Καὶ ἐκβαλόντες ἀπέκτειναν.* Καὶ ὁ μὲν Λουκᾶς φησιν, ὅτι αὐτὸς ἀπεφήνατο ὁ παθεῖν ἔδει τούτους, κἀκεῖνοι εἶπον, *Μὴ γένοιτο·* καὶ τὴν μαρτυρίαν ἐπήγαγεν. *Ἐμβλέψας γὰρ αὐτοῖς εἶπε· Τί οὖν ἐστι τὸ γεγραμμένον, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· καὶ πᾶς ὁ πεσὼν ἐπ' αὐτὸν συνθλασθήσεται;* Ὁ δὲ Ματθαῖος, ὅτι αὐτοὶ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκαν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο ἐναντιολογίας. Καὶ γὰρ ἀμφότερα γέγονε [7]· καὶ τὴν ψῆφον αὐτοὶ ἐξήνεγκαν καθ' ἑαυτῶν, καὶ πάλιν αἰσθόμενοι τῶν εἰρημένων εἶπον, *Μὴ γένοιτο·* καὶ τὸν προφήτην αὐτοῖς ἐπετείχισε, πείθων αὐτοὺς, ὅτι πάντως ἔσται τοῦτο. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτω τὰ ἔθνη σαφῶς ἀπεκάλυψεν, ὥστε μηδεμίαν αὐτοῖς παρασχεῖν λαβὴν, ἀλλ' ἠνίξατο εἰπὼν, *Δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις.* Διὰ τοῦτο δὴ καὶ διὰ παραβολῆς εἴρηκεν [8], ἵνα αὐτοὶ τὴν ψῆφον ἐξενέγκωσιν· ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Δαυὶδ γέγονεν, ὅτε ἔκρινε τὴν παραβολὴν τοῦ Νάθαν. Σὺ δέ μοι σκόπει κἀντεῦθεν πῶς δικαία ἡ ψῆφος, ὅταν αὐτοὶ οἱ μέλλοντες κολάζεσθαι ἑαυτοὺς καταδικάζωσιν. Εἶτα ἵνα μάθωσιν, ὅτι οὐ μόνον ἡ τοῦ δικαίου φύσις [9] ταῦτα ἀπῄτει, ἀλλὰ καὶ ἄνωθεν ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις προὔλεγε ταῦτα, καὶ ὁ Θεὸς οὕτως ἐψηφίζετο, καὶ προφητείαν ἐπήγαγε, καὶ ἐντρεπτικῶς αὐτοὺς ἐπιτιμᾷ [10] λέγων· *Οὐδέποτε ἀνέγνωτε, ὅτι Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας; παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν·* διὰ πάντων δεικνὺς, ὅτι οἱ μὲν ἐκβάλλεσθαι ἔμελλον ἀπιστοῦντες, τὰ δὲ ἔθνη εἰσάγεσθαι. Τοῦτο καὶ διὰ τῆς Χαναναίας, τοῦτο καὶ διὰ τοῦ ὄνου [11], καὶ διὰ τοῦ ἑκατοντάρχου, καὶ δι' ἄλλων πολλῶν παραβολῶν ἠνίξατο· τοῦτο καὶ νῦν. Διὸ καὶ ἐπήγαγε· *Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν·* προδηλῶν, ὅτι τὰ ἔθνη πιστεύοντα, καὶ Ἰουδαίων ὅσοι ἂν καὶ αὐτοὶ πιστεύσωσιν, ἔσονται ἓν, καίτοι τοσούτου τοῦ μέσου ὄντος ἔμπροσθεν. Εἶτα, ἵνα μάθωσιν ὅτι οὐδὲν τῷ Θεῷ ἐναντίον τῶν γινομένων ἦν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εὐαπόδεκτον [12] τὸ συμβαῖνον, καὶ παράδοξον, καὶ τῶν ὁρώντων ἕκαστον ἐκπλῆττον· (καὶ γὰρ ἦν θαῦμα σφόδρα ἄφατον·) ἐπήγαγε λέγων· *Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη.* Λίθον δὲ ἑαυτὸν καλεῖ, καὶ οἰκοδόμους τοὺς διδασκάλους τῶν Ἰουδαίων· ὃ καὶ Ἰεζεκιὴλ φησιν· *Οἱ οἰκοδομοῦντες τὸν τοῖχον, καὶ ἀλείφοντες ἀναρτύτως* [13]. Πῶς [672] δὲ ἀπεδοκίμασαν; Λέγοντες, *Οὗτος οὐκ ἔστιν ἀπὸ* [14] *τοῦ Θεοῦ· Οὗτος πλανᾷ τὸν ὄχλον·* καὶ πάλιν, *Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις.* Εἶτα, ἵνα γνῶσιν ὅτι οὐ μέχρι τοῦ ἐκβληθῆναι αὐτοὺς ἡ ζημία, ἐπήγαγε [15] καὶ τὰς κολάσεις, λέγων· *Πῶς ὁ πίπτων ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον, συνθλασθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν.* Δύο φησὶν ἀπωλείας ἐνταῦθα· μίαν μὲν, τὴν ἀπὸ τοῦ προσκόψαι καὶ σκανδαλισθῆναι· τοῦτο γάρ ἐστιν, *Ὁ πίπτων ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον·* ἑτέραν δὲ, τὴν ἀπὸ τῆς ἀλώσεως αὐτῶν, καὶ τῆς συμφορᾶς καὶ πανωλεθρίας, ἣν καὶ σαφῶς προεδήλωσεν εἰπών, *Λικμήσει αὐτόν.* Διὰ τούτων καὶ τὴν ἀνάστασιν ἠνίξατο τὴν ἑαυτοῦ. Ὁ μὲν οὖν προφήτης Ἡσαΐας τὸν ἀμπελῶνα αἰτιᾶσθαί φησιν αὐτόν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας τοῦ λαοῦ διαβάλλει. Καὶ ἐκεῖ μέν φησι· *Τί ἔδει με ποιῆσαι τῷ ἀμπελῶνί μου, καὶ οὐκ ἐποίησα;* καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· *Τί* [16] *εὗρον οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν ἐμοὶ πλημμέλημα;* καὶ πάλιν, *Λαός μου, τί ἐποίησά σοι; ἢ τί ἐλύπησά σε;* δεικνὺς αὐτῶν τὴν ἀχάριστον γνώμην, καὶ ὅτι πάντων ἀπολαύοντες, τοῖς ἐναντίοις ἠμείβοντο· ἐνταῦθα δὲ μετὰ πλείονος τίθησιν αὐτὸ ὑπερβολῆς. Οὐ γὰρ αὐτὸς ἀποφαίνεται λέγων· *Τί ἔδει με ποιῆσαι, καὶ οὐκ ἐποίησα;* ἀλλ' αὐτοὺς ἐκείνους εἰσάγει ψηφιζομένους, ὅτι οὐδὲν ἐνέλιπε [17], καὶ καταδικάζοντας ἑαυτούς. Ὅταν γὰρ εἴπωσιν, ὅτι *Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς, καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἑτέροις* [18] *γεωργοῖς*, οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦτο λέγουσι, μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας τὴν ψῆφον ἐνεγκόντες. Τοῦτο καὶ Στέφανος αὐτοῖς ὀνειδίζει, ὃ καὶ μάλιστα αὐτοὺς ἔδακνεν, ὅτι πολλῆς ἀπολαύσαντες ἀεὶ προνοίας, τοῖς ἐναντίοις ἠμείβοντο τὸν εὐεργέτην· ὅπερ καὶ αὐτὸ μέγιστον ἦν σημεῖον τοῦ μὴ τὸν κολάζοντα, ἀλλὰ τοὺς κολαζομένους αἰτίους εἶναι τῆς τιμωρίας τῆς ἐπαγομένης αὐτοῖς. Τοῦτο δὴ καὶ ἐνταῦθα δείκνυται διὰ τῆς παραβολῆς, διὰ τῆς προφητείας. Οὐδὲ γὰρ ἠρκέσθη τῇ παραβολῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ προφητείαν διπλῆν ἐπήγαγε, τὴν μὲν τοῦ Δαυὶδ, τὴν δὲ παρ' ἑαυτοῦ. Τί οὖν ἐχρῆν ταῦτα ἀκούσαντας ποιεῖν; οὐχὶ προσκυνῆσαι; οὐχὶ θαυμάσαι τὴν κηδεμονίαν, τὴν ἔμπροσθεν, τὴν μετὰ ταῦτα; Εἰ δὲ μηδενὶ τούτων ἐγένοντο βελτίους, τῷ γοῦν φόβῳ τῆς κολάσεως οὐκ ἔδει γενέσθαι σωφρονεστέρους; Ἀλλ' οὐκ ἐγένοντο· ἀλλὰ τί μετὰ ταῦτα; *Ἀκούσαντες*, φησὶν, *ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει. Καὶ ζητοῦντες αὐτὸν κρατῆσαι, ἐφοβήθησαν διὰ* [19] *τοὺς ὄχλους, ὅτι ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.* Ἠπίσταντο γὰρ λοιπὸν, ὅτι αὐτοὺς [20] ἠνίττετο. Ποτὲ μὲν οὖν κατεχόμενος, διὰ μέσου αὐτῶν ἀναχωρεῖ, καὶ οὐχ ὁρᾶται· ποτὲ δὲ φαινόμενος ὠδίνουσαν αὐτῶν τὴν ἐπιθυμίαν ἐπέχει. Ὅ καὶ θαυμάζοντες ἔλεγον· *Οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς; ἴδε παῤῥησίᾳ λαλεῖ, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσιν.* Ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ τῷ φόβῳ τοῦ πλήθους κατείχοντο, ἀρκεῖται τούτῳ, καὶ οὐ παραδοξοποιεῖ, ὥσπερ [675] ἔμπροσθεν, διὰ μέσου [21]

[6] καὶ] οἱ δὲ καὶ G. καὶ om. L. Deinde hæc τοῖς προτέροις ἐπαποδύονται om. G. K. M. [7] διὰ τοῦτο] διὰ τούτου H. K. καὶ διὰ τούτων G. [7] γέγονε] ταῦτα γέγ. H. γέγ. ταῦτα D. [8] Sic L. Ep. Τοῦτο δὲ καὶ διὰ τῆς π. εἰρ. cæteri. Διὰ τοῦτο δὴ καὶ παραβολὴν εἰρ. Edd. [9] φύσις] ψῆφος G. H. [10] ἐπετίμα L. M. [11] τῆς ὄνου G. p. p. καὶ διὰ πολλῶν ἑτέρων π. L. καὶ δι' ἄλλων πολλῶν ἑτέρων π. K. M. [12] ἀπόδεκτον L. Ep. παράδοξον] add. ὃν G. M. [13] ἀναρτύτως] αὐτὸν ἀφροσύνῃ H. K. L. Mox Πῶς δὲ καὶ ἀπ. Edd. [14] ἀπὸ] ἐκ L. Ep. Euth [15] ἐπάγει L. [16] ἀλλαχοῦ πάλιν· τί] δὲ ἄλλου πάλιν· τί ἐποίησά σοι, καὶ τί Edd. cum uno cod. L. εὗρον] εὕροσαν L. [17] ἐνέλειπε K. ἔλιπε G. ἔλειπε M. p. p. ἑαυτῶν G. M. [18] ἑτέροις] ἄλλοις K. L. [19] διὰ om. L. invitis Mosqq. [20] αὐτοὺς] ἑαυτὸν G. M. Mox Καὶ ποτὲ μὲν οὖν G. M. Καὶ ποτὲ μέν (om. οὖν) H. [21] μέσου] μέσων K. μέσου αὐτῶν H. I.

Digitized by Google

ergo isti? Cum accurrere oportuisset, veniamque de peccatis petere, priora superare concertant, et scelera sceleribus vincere, priora semper posterioribus obruentes; quod et ipse declarans ait: *Implete mensuram patrum vestrorum* (*Matth.* 23. 32). Jam olim enim prophetæ de his illos accusabant dicentes: *Manus vestræ plenæ sunt sanguine* (*Isai.* 1. 15); et *Sanguinem sanguini miscent* (*Osee* 4. 2); et, *Ædificante Sion in sanguinibus* (*Mich.* 3. 10), Sed non resipiscebant, etsi hoc mandatum accepissent, *Non occides*, et a sexcentis aliis juberentur abstinere, ac per hoc, perque alia multa ad observationem hujus præcepti inducerentur. Attamen hanc pravam consuetudinem non deposuerunt. Sed quid dicunt videntes eum? *Venite occidamus eum*. Qua de causa? quid aut parvum aut magnum criminari potestis? an quod vos honoraverit, ac Deus cum esset, homo propter vos factus sit, innumeraque illa ediderit miracula? an quod peccata dimiserit, vel ad regnum vocarit? Vide cum impietate conjunctam dementiam multam, et necis causam insania plenam. *Occidamus eum*, inquiunt, *et nostra erit hereditas* (*Luc.* 20. 14). Et ubi occidere deliberant? Extra vineam.

2. Vidistin' quomodo etiam locum prophetet ubi mactandus erat. *Et ejicientes occiderunt* (*Ibid. v.* 16–18). Lucas quidem ait ipsum determinasse quid illos pati oporteret, ipsosque dixisse, *Absit;* et testimonium induxisse. *Illos* enim *intuitus dixit: Quid ergo est quod scriptum est, Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli* (*Psal.* 117. 22)? Et, *Quicumque ceciderit super eum, confringetur.* Matthæus vero dicit illos protulisse sententiam. Verum non repugnat cum alio. Hæc enim ambo facta sunt, ipsique sententiam tulerunt contra seipsos, ac rursus cum dictorum vim sensissent, dixerunt, *Absit.* Prophetam autem ipsis opposuit, ut suaderet, rem prorsus esse futuram. Attamen vocationem gentium ne carpendi causam haberent, non aperte dixit, sed subindicavit tantum dicens, *Dabit aliis vineam* (*Luc.* 20. 16). Ideo certe hac parabola usus est, ut ipsi sententiam ferrent. Quod in Davide quoque factum est, quando de parabola Nathani sententiam tulit. Tu vero mihi hinc considera quam justa sit sententia, quando il, qui puniendi sunt, ipsi sese condemnant. Deinde ut discerent non solum id justitiam requirere, sed etiam jam olim id Spiritum pronuntiasse, et Deum ipsum sententiam tulisse, prophetiam induxit, illosque increpavit dicens, *Numquam legistis, Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris:* his omnibus ostendens, Judæos ut incredulos abjiciendos, gentes autem inducendas esse. Id etiam per Chananæam, id per asinum [1], per centurionem, perque multas alias parabolas subindicavit. Hoc etiam nunc. Ideo subjunxit: *A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris:* præsignificans crediturus gentes, et Judæos qui crediderint, unum esse futuros, quamvis tanto prius intervallo distarent. Deinde ut ediscerent nihil gestorum esse Deo adversum, sed valde acceptum atque mirabile, quod videntibus stuporem afferret (erat quippe miraculum ineffabile,) subjunxit dicens, *A Domino factum est istud.* Lapidem vero seipsum vocat, et ædificantes Judæorum doctores; quod etiam Ezechiel ait: *Ædificantes murum, et linientes incomposite* (*Ezech.* 13. 10). Quomodo autem reprobaverunt? Cum dicerent, *Hic non est ex Deo: hic seducit turbam;* et rursum, *Samaritanus es tu, et dæmonium habes* (*Joan.* 7. 12. *et* 8. 48). Deinde ut cognoscerent, non id tantum sibi inferri quod ejicerentur, supplicia quoque affert, dicens: 44. *Omnis qui ceciderit super lapidem hunc, confringetur: super quem autem ceciderit, ventilabit eum.* Duas hic pernicies annotat; primo quod hoc ipsis offendiculo fuerit: hoc est enim, *Qui ceciderit super lapidem hunc;* secundo subindicat excidium eorum, ærumnas, perniciem, quam clare indicavit dicens, *Ventilabit ipsum.* His resurrectionem suam subindicavit. Propheta certe Isaias vineam ab ipso accusatam dicit, principesque populi criminatur: et ibi quidem ait, *Quid debui facere vineæ meæ, et non feci* (*Isai.* 5. 4)? alibi vero: *Quid feci tibi, et quod invenerunt patres tui in me delictum* (*Jer.* 2. 5)? ac rursum, *Populo meus, quid feci tibi? aut in quo contristavi te* (*Mich.* 6. 3)? ingratum illorum animum ostendens, et beneficiis affectos, contraria rependisse declarans. Hic autem illud vehementius exprimitur: neque enim ipse dicit, *Quid oportebat me facere, et non feci?* sed illos inducit sententiam dicentes, ipsum quidem nihil reliquisse pronuntiantes, atque seipsos condemnantes. Nam cum dicunt, *Malos male perdet, et vineam suam locabit aliis agricolis,* nihil aliud sibi volunt, et cum magna emphasi sententiam ferunt. Id Stephanus quoque ipsis exprobravit, et illos maxime mordebat (*Act.* 6. *et* 7), quod magna Dei providentia semper dignati, benefactori contraria rependerent; quod magnum signum erat, non punientem, sed eos qui punirentur, causam supplicii esse. Hoc ipsum hic monstratur per parabolam et per prophetiam. Neque enim satis habuit parabolam dixisse, sed prophetiam duplicem adduxit, Davidis nempe et suam. Quid ergo oportebat hæc audientes facere? annon adorare? annon admirari providentiam priorem et posteriorem? Si autem ex nullo eorum meliores facti sunt, annon metu supplicii sapientiores fieri oportebat? Sed non meliores facti sunt. Quid porro sequitur? 45. *Cum audissent,* inquit, *cognoverunt quia de ipsis dicebat.* 46. *Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant.* Senserunt enim tandem, quod ipsos occulte notaret. Et aliquando interceptus, per medium illorum transit, et illi non vident; aliquando comparens, illorum desiderium reprimit. Quod admirantes illi dicebant: *Nonne hic est Jesus? Ecce palam loquitur, et nihil ipsi dicunt* (*Joan.* 7. 25. 26). Hic vero, quia multitudinis timore detinebantur, hoc satis habuit, nec miracula ut ante voluit edere, verbi gratia per medium eorum

[1] Quidam, *per anum.*

Digitized by Google

transeundo, nec se invisibilem præstando. Non enim omnia supra hominem facere volebat, ut crederetur œconomia. Illi autem non timore multitudinis emendabantur, non ab ipsius dictis : non prophetarum testimonium reverebantur, non suam ipsorum sententiam, non multorum existimationem : ita semel illos dominandi cupiditas et vanæ gloriæ amor occæcarat, quod temporanea quærerent.

3. *Futura præsentibus anteponenda sunt. Contra theatri spectacula. Monachorum vita. Exercitia monastica.* —Nihil enim ita impellit et præcipitem dat; nihil tam a futurorum amore dejicit, ut fluxis affligi rebus; nihil ita et præsentibus et futuris jucunde uti tribuit, ut futura omnibus anteponere. Ait quippe Christus : *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis* (*Matth.* 6. 33). Atqui etiamsi hæc adjectio posita non esset, non tamen hæc admodum desideranda essent; nunc autem cum illa accipis, hæc etiam apprehendis. Nonnulli tamen his non obtemperant; sed lapidibus sensu carentibus similes, voluptatis umbras sequuntur. Quid enim dulce in præsenti vita est? quid jucundum? Nam cum majore fiducia vos alloqui hodie vole. sed me ferte, ut discatis, vitam quæ dura et onerosa videtur, monachorum scilicet et eorum qui seipsos crucifixerunt, longe dulciorem desiderabilioremque esse hac vita, quæ videtur suavior delicatiorque. Hujusque rei testes vos estis, qui sæpe in calamitatibus et ærumnis mortem optastis, illosque beatos prædicastis, qui in montibus, in speluncis degunt, cælibemque et negotiis vacuam ducunt vitam; vos nempe, qui vel artifices, vel milites estis, sive qui vitam ducitis otiosi, sive qui in scena et orchestris diem transigitis. Inde enim, quamvis mille voluptates scaturire videantur, sexcenta tela mittuntur amarissima [1]. Si quis enim saltantis puellæ amore inflammetur, omni militia, omni peregrinatione duriores feret cruciatus, pejorique in statu, quam urbs obsessa, erit. Sed ne illis diutius incumbamus, ipsis eorum qui sic capti sunt conscientiæ relictis, age, de multorum vita nunc agamus : et tantum inter utramque vitam inveniemus intervallum, quantum inter portum et fluctibus agitatum pelagus Ex habitaculis statim ab exordio horum felicitatem considera; fora enim et urbes tumultusque in medio positos fugientes, vitam in montibus delegerunt, quæ nihil cum præsenti vita commune habet, quæ nihil humanum patitur; non dolorem pro rebus sæcularibus, non moerorem vel sollicitudinem, non pericula, non insidias, non invidiam, non livorem, non turpes amores, non aliud quidpiam simile. Jam hic illi quæ ad regnum cælorum pertinent meditantur, in saltibus versantes, montibus fontibusque, cum quiete multa : præcipue autem Deo hærent, tuguriumque illorum omni tumultu vacuum est, anima omni morbo et pravo affectu libera, levis, expedita, et tenuissimo aere purior. Opus autem illorum idipsum est, quod Adam initio habuit, antequam peccaret, quando gloria indutus cum Deo libere loquebatur, et locum illum multa beatitudine refertum incolebat. In quo enim hi pejus quam ille degunt, cum ante inobedientiam positus est in paradiso ut operaretur? Nulla ipsi sæcularis sollicitudo inerat, nulla etiam monachis illis : pura conscientia Deum alloquebatur, et hi similiter : imo multo majorem quam ille fiduciam habent, utpote majori fruentes gratia Spiritus. Par esset certe vos hæc oculis percipere; sed quia non vultis, atque in tumultu et foro degitis, vos saltem verbo doceamus : unam vero partem vitæ illorum excipiemus, nam totam persequi non possumus. Illi qui luminaria sunt orbis, cum sol ortus est, imo diu antequam luceat, e lecto surgentes sani, sunt vigiles, expediti (nullus enim ibi dolor, vel sollicitudo, vel sopor, non labor, non negotiorum turba, non quid simile, sed quasi angeli in cælo degunt) : surgentes igitur statim læti et hilares, chorum facientes unum, læto vultu et conscientia simul omnes, quasi uno ore, hymnis universorum Deum celebrant, laudantes eum et gratias ipsi agentes pro omnibus, sive propriis, sive communibus beneficiis. Quare misso Adamo, interrogemus, in quo differat ab angelis ille chorus canentium in terra et dicentium : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas* (*Luc.* 2. 24). Vestis autem illis viris digna est : neque enim perinde vestiuntur atque ii qui tunicas trahunt per vicos, enervati et effeminati (*a*) : sed ut beati illi angeli, Elias, Elisæus, Joannes, apostoli, vestiuntur, alii ex pilis caprinis, alii ex pilis camelorum : quidam pellibus tantum amiciuntur vetustate tritis. Deinde post illa cantica genua flectentes, Deum precantur pro rebus quæ multis ne in mentem quidem venire possint. Præsentium enim nihil petunt (illa quippe nihil curant); sed ut cum fiducia stare possint ante tribunal illud horrendum, quando veniet unigenitus Dei Filius judicare vivos et mortuos; et ut nemo audiat terribilem illam vocem, *Nescio vos* (*Matth.* 25. 12); atque ut cum pura conscientia et bonis operibus laboriosam hanc vitam emetiantur, et procellosum hoc mare tranquille transmeent. Dux est autem illis orationis, pater et præfectus. Deinde surgentes post sanctas illas et frequentes orationes, oriente sole singuli ad suum opus se conferunt; hinc magnum egenis proventum parantes.

4. Ubi sunt nunc illi qui diabolicis choris se dedunt meretriciisque cantibus, et in theatris sedent? Non sine pudore illos memorare possum; sed ob infirmitatem vestram id facere operæ pretium fuerit. Nam ait Paulus : *Sicut igitur exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, ita nunc exhibete illa servire justitiæ in sanctificationem* (*Rom.* 6. 13). Nos itaque chorum

[1] Sic tres codd. Editi vero : *Ibi enim unde mille voluptates scaturire videantur, sexcenta tela mittuntur amarissima.*

[2] In Morel. hæc, *omni militia*, desunt

(*a*) De effeminatis hujusmodi Catilinæ asseclis Cicero Catil. 2 : *Manicatis talaribusque tunicis, velis amicti, non togis.*

Digitized by Google

ἀναχωρῶν καὶ μὴ φαινόμενος. Οὐ γὰρ ἐβούλετο πάντα ὑπὲρ ἄνθρωπον [22] ποιεῖν, ὥστε πιστευθῆναι τὴν οἰκονομίαν. Οἱ δὲ οὐδὲ ἀπὸ τοῦ πλήθους ἐσωφρονίζοντο, οὐδὲ ἀπὸ τῶν εἰρημένων· οὐ τὴν τῶν προφητῶν μαρτυρίαν, οὐ τὴν ἑαυτῶν ἠδοῦντο ψῆφον, οὐ τὴν τῶν πολλῶν· γνώμην· οὕτω καθάπαξ αὐτοὺς ἡ φιλαρχία [23] καὶ ὁ τῆς κενοδοξίας ἐπήρωσεν ἔρως, καὶ τὸ τὰ πρόσκαιρα [24] ζητεῖν.

γ'. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖ, καὶ κατὰ κρημνῶν φέρει· οὐδὲν οὕτω ποιεῖ τῶν μελλόντων ἐκπίπτειν, ὡς τὸ προσηλῶσθαι τοῖς ἐπικήροις τούτοις [25]· οὐδὲν οὕτω ποιεῖ καὶ τούτων κἀκείνων ἀπολαύειν, ὡς τὸ πάντων ἐκεῖνα προτιμᾶν. *Ζητεῖτε* γάρ, φησὶν ὁ Χριστὸς [26], *τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.* Καίτοι εἰ μηδὲ τοῦτο προσέκειτο, οὐδὲ οὕτως αὐτῶν ἐφίεσθαι ἔδει. Νῦν δὲ ἐν τῷ λαβεῖν ἐκεῖνα, καὶ ταῦτα ἔστι προσλαβεῖν· καὶ οὐδὲ οὕτως ἔνιοι πείθονται· ἀλλὰ λίθοις ἀναισθήτοις ἐοίκασι, καὶ σκιᾷ διώκουσιν ἡδονῆς. Τί γὰρ ἡδὺ τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ [27]; τί δὲ τερπνόν; Μετὰ γὰρ παῤῥησίας ὑμῖν πλείονος διαλεχθῆναι βούλομαι σήμερον· ἀλλὰ ἀνάσχεσθε, ἵνα μάθητε ὅτι ὁ δοκῶν οὗτος φορτικὸς εἶναι βίος καὶ ἐπαχθής, ὁ τῶν μοναχῶν λέγω καὶ τῶν ἐσταυρωμένων, πολὺ τούτου τοῦ δοκοῦντος εἶναι προσηνοῦς καὶ ἁπλωτέρου γλυκύτερός ἐστι καὶ ποθεινότερος. Καὶ τούτου μάρτυρες ὑμεῖς, οἱ θάνατον πολλάκις αἰτήσαντες ἐν ταῖς καταλαβούσαις ὑμᾶς περιστάσεσι καὶ ἀθυμίαις, καὶ ἐκείνους μακαρίσαντες τοὺς ἐν ὄρεσι, τοὺς ἐν σπηλαίοις, τοὺς μὴ γεγαμηκότας, τὸν ἀπράγμονα βίον ζῶντας, οἵ τε ἐν ταῖς [28] τέχναις, οἵ τε ἐν ταῖς στρατείαις, οἵ τε ἁπλῶς ζῶντες καὶ εἰκῇ, καὶ ἐν τῇ σκηνῇ διημερεύοντες καὶ ταῖς ὀρχήστραις. Καὶ γὰρ ἐκεῖθεν, εἰ καὶ [29] μυρίαι ἡδοναὶ βρύειν δοκοῦσι καὶ εὐφροσύνης πηγαί, ἀλλὰ μυρία τίκτεται πικρότερα βέλη. Ἂν γὰρ ἁλῷ τις ἔρωτι κόρης τινὸς τῶν ὀρχουμένων ἐκεῖ, ὑπὲρ μυρίας στρατείας, ὑπὲρ μυρίας ἀποδημίας χαλεπωτέραν ὑποστήσεται βάσανον, πάσης πόλεως πολιορκουμένης ἀθλιώτερον διακείμενος. Πλὴν ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκεῖνα ἐξετάσωμεν [30] τέως, τῷ συνειδότι ταῦτα ἀφέντες τῶν ἑαλωκότων, φέρε περὶ τοῦ τῶν πολλῶν διαλεχθῶμεν βίου· καὶ τοσοῦτον εὑρήσομεν τὸ μέσον ἑκατέρας τῆς ζωῆς ταύτης, ὅσον λιμένος καὶ πελάγους συνεχῶς ἀνέμοις διακοπτομένου τὸ διάφορον. Σκόπει δὲ ἀπὸ τῶν καταγωγίων εὐθέως τὰ προοίμια τῆς εὐημερίας. Ἀγορὰς γὰρ καὶ πόλεις καὶ τοὺς ἐν μέσῳ φυγόντες [31] θορύβους, τὸν ἐν ὄρεσι βίον εἵλοντο, τὸν οὐδὲν ἔχοντα κοινὸν πρὸς τὰ [32] παρόντα, τὸν οὐδὲν ἀνθρώπινον ὑπομένοντα, οὐ λύπην βιωτικήν, οὐκ ὀδύνην, οὐ φροντίδα τοσαύτην, οὐ κινδύνους, οὐκ ἐπιβουλάς, οὐ βασκανίαν, οὐ ζηλοτυπίαν, οὐκ ἔρωτας ἀτόπους, οὐκ ἄλλο [33] τῶν τοιούτων οὐδέν. Ἐντεῦθεν ἤδη τὰ τῆς βασιλείας μελετῶσι, νάπαις ὁμιλοῦντες καὶ ὄρεσι καὶ πηγαῖς, καὶ ἡσυχίᾳ καὶ ἐρημίᾳ [34] [674] πολλῇ, καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων τῷ Θεῷ. Καὶ παντὸς μὲν θορύβου τὸ δωμάτιον αὐτοῖς καθαρὸν, παντὸς δὲ πάθους ἡ ψυχὴ καὶ νοσήματος ἐλευθέρα, λεπτὴ καὶ κούφη, καὶ τοῦ λεπτοτάτου ἀέρος σφόδρα καθαρωτέρα. Ἔργον δὲ αὐτοῖς, ὅπερ ἦν καὶ τῷ Ἀδὰμ παρὰ τὴν ἀρχὴν καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίας, ὅτε τὴν δόξαν ἠμφιεσμένος ἦν, καὶ τῷ Θεῷ μετὰ παῤῥησίας ὡμίλει, καὶ τὸ χωρίον ἐκεῖνο τὸ πολλῆς γέμον μακαριότητος ᾤκει. Τί γὰρ οὗτοι χεῖρον ἐκείνου διάκεινται, ὅτε πρὸ τῆς παρακοῆς ἐτέθη ἐργάζεσθαι τὸν παράδεισον; Οὐδεμία φροντὶς ἦν αὐτῷ βιωτική· ἀλλ' οὐδὲ τούτοις. Θεῷ διελέγετο μετὰ καθαροῦ συνειδότος· τοῦτο καὶ οὗτοι· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ μείζονα ἔχουσι παῤῥησίαν ἐκείνου, ὅσῳ καὶ μείζονος ἀπολελαύκασι χάριτος διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος χορηγίας. Ἔχρῆν μὲν οὖν ὑμᾶς [35] ταῦτα παραλαμβάνειν· ἐπειδὴ δὲ οὐ βούλεσθε, ἀλλ' ἐν θορύβοις καὶ [36] ἀγοραῖς διατρίβετε, κἂν λόγῳ γοῦν διδάξωμεν ὑμᾶς, ἓν μέρος ἀπολαβόντες αὐτῶν τῆς διαγωγῆς· πάντα γὰρ οὐ δυνατὸν ἐπελθεῖν τὸν ἐκείνων βίον. Οὗτοι οἱ φωστῆρες τῆς οἰκουμένης, ἐπειδὰν ἥλιος ἀνίσχῃ [37], μᾶλλον δὲ πολλῷ πρὸ τῆς ἀκτῖνος, ἀπὸ τῆς εὐνῆς ἀναστάντες, ὑγιεῖς καὶ ἐγρηγορότες καὶ νήφοντες· (οὔτε γὰρ λύπη τις καὶ φροντὶς, οὔτε καρηβαρία καὶ πόνος καὶ πραγμάτων ὄχλος [38], οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν αὐτοῖς ἐνοχλεῖ, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι διάγουσιν ἐν οὐρανῷ·) ἀναστάντες τοίνυν εὐθέως ἀπὸ τῆς εὐνῆς φαιδροὶ καὶ γεγηθότες, καὶ χορὸν ἕνα στησάμενοι [39], ἐν φαιδρῷ τῷ συνειδότι συμφώνως ἅπαντες ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος, ὕμνους εἰς τὸν τῶν ὅλων ᾄδουσι Θεὸν, γεραίροντές τε αὐτὸν, καὶ χάριν εἰδότες ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῷ, τῶν τε ἰδίων, τῶν τε κοινῶν εὐεργετημάτων. Ὥστε, εἰ δοκεῖ, τὸν Ἀδὰμ ἀφέντες, ἐρωτήσωμεν τί τῶν ἀγγέλων οὗτος διέστηκεν ὁ χορὸς τῶν ἐπὶ γῆς ᾀδόντων καὶ λεγόντων· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη. ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.* Καὶ ἡ στολὴ δὲ αὐτοῖς τῆς ἀνδρίας ἀξία. Οὐ γὰρ δὴ κατὰ τοὺς ἐλκεχίτωνας καὶ ἐκνενευρισμένους καὶ διακλωμένους εἰσὶν ἐστολισμένοι· ἀλλὰ κατὰ τοὺς μακαρίους ἐκείνους ἀγγέλους, τὸν Ἠλίαν, τὸν Ἐλισσαῖον, τὸν Ἰωάννην, κατὰ τοὺς ἀποστόλους· τῶν ἱματίων κατεσκευασμένων αὐτοῖς, τοῖς μὲν ἀπὸ τριχῶν αἰγῶν, τοῖς δὲ ἀπὸ τριχῶν καμήλων· εἰσὶ δὲ οἷς καὶ δέρματα ἤρκεσε μόνον, καὶ ταῦτα πάλαι πεπονηκότα. Εἶτα ἐπειδὰν τὰς ᾠδὰς ἐκείνας εἴπωσι, τὰ γόνατα κάμψαντες, τὸν ὑμνηθέντα Θεὸν παρακαλοῦσιν ὑπὲρ πραγμάτων, ὧν ἔνιοι οὐδὲ εἰς ἔννοιαν ταχέως ἔρχονται. Αἰτοῦσι γὰρ τῶν μὲν παρόντων οὐδέν· οὐδεὶς γὰρ αὐτοῖς τούτων λόγος· τὸ δὲ μετὰ παῤῥησίας στῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ φοβεροῦ, ὅταν ἔλθῃ κρῖναι [40] ζῶντας καὶ νεκροὺς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· καὶ τὸ μηδένα ἀκοῦσαι τῆς φοβερᾶς ἐκείνης φωνῆς τῆς λεγούσης, *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς·* καὶ ὥστε μετὰ καθαροῦ συνειδότος καὶ πολλῶν τῶν κατορθωμάτων τὸν ἐπίμοχθον τοῦτον διανύσαι βίον, καὶ τὸ χαλεπὸν πλεῦσαι πέλαγος ἐξ οὐρίας. Ἡγεῖται δὲ αὐτοῖς τῆς εὐχῆς, ὁ πατὴρ καὶ ὁ [41] προεστηκώς. Εἶτα ἀναστάντες καὶ τελέσαντες τὰς ἁγίας ἐκείνας καὶ συνεχεῖς εὐχὰς, ἀνισχούσης τῆς ἀκτῖνος, εἰς ἔργον ἅπεισιν [675] ἕκαστος, πολλὴν πρόσοδον ἐντεῦθεν τοῖς δεομένοις συνάγοντες.

δ'. Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ τοῖς διαβολικοῖς ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες χοροῖς καὶ τοῖς ᾄσμασι τοῖς πορνικοῖς, καὶ ἐν θεάτροις καθήμενοι; Αἰσχύνομαι μὲν γὰρ μεμνημένος ἐκείνων· πλὴν διὰ τὴν ἀσθένειαν ὑμῶν [42] ἀνάγκη καὶ τοῦτο ποιῆσαι. Καὶ γὰρ ὁ Παῦλός φησιν· *Ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ, οὕτω νῦν* [43] *παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν.* Καὶ ἡμεῖς τοίνυν, φέρε παρεξετάσωμεν τὸν χορὸν τὸν ἐκ τῶν πορνευομένων γυναικῶν καὶ τῶν ἡταιρηκότων νέων συνεστῶτα ἐν τῇ

[22] ὑπὲρ ἀνθρώπων L. Mor. Ben. Hic tamen *supra hominem* vertit. [23] φιλαργυρία G. ἡ φιλαρχία... ἔρως] ἐτύφλωσεν ὁ τῆς φιλαργυρίας [φιλαρχίας Ep.] ἔρως L. Ep. [24] πρέσκαιρα] παρόντα K. L. Ep. Mor. [25] τούτοις] πράγμασιν Mor. Ben. οὐδὲν] καὶ οὐδὲν G. ὥσπερ οὐδὲν Sav. cum Reg. 688 p. p. κἀκείνων om. K. L. [26] ὁ Χριστός om K. L. Ge. Infra Καίτοιγε Edd. [27] ΗΘΙΚΟΝ. Περὶ μοναχῶν· καὶ ὅτι ὁ δοκῶν φορτικὸς εἶναι βίος αὐτῶν, πολὺ γλυκύτερός ἐστι τοῦ δοκοῦντος εἶναι ἐνηδόνου καὶ ῥέοντος. G. [28] ταῖς deest in Edd. [29] εἰ καί] Sic G. K. M. et Interp. pro vulgato ὅθεν. ἀλλὰ] ἄλλα Edd. ἀλλά om. H. K. ἀλλὰ μυρίαι om. L. [30] Sic Edd. codices ἐξετάζωμεν. [31] διαφυγόντες L. [32] τὰ] τόν G. H. invito Interp. [33] ἄλλο] add τι L. [34] ἐρημίᾳ G. H. L. M. [35] ἡμᾶς G. M. p. p. παραλαβεῖν L. [36] καὶ] ἐν Sav. καὶ ἐν Mor. Ben. διατρίβετε] διάγετε L. [37] ἀνάσχῃ L. [38] καὶ πόνοι πραγμάτων, οὐκ ὄχλος G. H. M. p. p. τι om. K. L. [39] χορὸν ἑνστησάμενοι L. p. p. φαιδρῷ τῷ [προσώπῳ τε καὶ] συνειδότι Edd. Verba inclusa omnes uno orc codices damnant. [40] κρίνειν Edd. [41] καὶ ὁ] ὁ καὶ Sav. καὶ om. Reg. 688 [42] ὑμῶν] τὴν ὑμετέραν L. [43] νῦν om. L. τὰ μέλη ὑμῶν] αὐτὰ Edd.

Digitized by Google

σκηνῇ. καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν [64] τῶν μακαρίων τούτων, εἰς ἡδονῆς λόγον δι' ἣν μάλιστα πολλοὶ τῶν ῥᾳθύμων [65] νέων ἁλίσκονται ταῖς ἐκείνων παγίσι. Τοσοῦτον γὰρ τὸ μέσον εὑρήσομεν, ὅσον εἰ ἀγγέλων τις ἤκουσεν ᾀδόντων ἄνω τὴν παναρμόνιον μελῳδίαν ἐκείνην, καὶ κυνῶν καὶ χοίρων [66] ἐπὶ τῆς κοπρίας κατωρυομένων [67] καὶ γρυζόντων. Διὰ τούτων μὲν γὰρ τῶν στομάτων ὁ Χριστὸς, δι' ἐκείνων δὲ τῆς γλώττης ὁ διάβολος φθέγγεται. Ἀλλὰ σύριγγες συνηχοῦσιν ἐκείνοις ἀσήμῳ φωνῇ καὶ ἀτερπεῖ τῇ ὄψει, τῶν γνάθων αὐτοῖς φυσωμένων, καὶ τῶν νεύρων διασπωμένων; Ἀλλ' ἐνταῦθα ἡ τοῦ Πνεύματος ἐνηχεῖ χάρις, ἀντὶ αὐλοῦ καὶ κιθάρας καὶ σύριγγος τοῖς τῶν ἁγίων στόμασι κεχρημένη [68]. Μᾶλλον δὲ ὅσα ἂν εἴπωμεν, οὐ δυνατὸν παραστῆσαι τὴν ἡδονὴν διὰ τοὺς τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ προσηλωμένους. Διὰ τοῦτο καὶ ἐβουλόμην τινὰ τῶν περὶ ταῦτα μαινομένων λαβεῖν, καὶ ἀπαγαγεῖν ἐκεῖ, καὶ δεῖξαι τῶν ἁγίων τὸν χορὸν τούτων [69], καὶ οὐκ ἂν ἐδέησέ μοι λόγου λοιπόν. Πλὴν κἂν πρὸς πηλίνους διαλεγώμεθα, πειρασόμεθα καὶ τῷ λόγῳ κἂν μετὰ μικρὸν αὐτοὺς ἀναστῆσαι τῆς ἰλύος καὶ τῶν τελμάτων. Ἐκεῖθεν μὲν γὰρ εὐθέως πῦρ δέχεται ἔρωτος ἀτόπου ὁ ἀκροατής· ὡς γὰρ οὐκ ἀρκούσης τῆς ὄψεως τῆς πόρνης φλέξαι τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς φωνῆς προστιθέασι λύμην· ἐνταῦθα δὲ, κἂν ἔχῃ τι τοιοῦτον ἡ ψυχὴ, ἀποτίθεται εὐθέως. Οὐχ ἡ φωνὴ δὲ μόνον, οὐδὲ ἡ ὄψις, ἀλλὰ καὶ τὰ ἱμάτια μᾶλλον τούτων θορυβεῖ τοὺς ὁρῶντας. Κἂν πένης ᾖ τις τῶν παχυτέρων καὶ ἠμελημένων, ἀπὸ τῆς θεωρίας μυρία ἀποδυσπετήσει πολλάκις, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐρεῖ, ὅτι Ἡ μὲν πόρνη καὶ ὁ ἡταιρηκὼς, μαγείρων τέκνα καὶ σκυτοτόμων, πολλάκις δὲ καὶ οἰκετῶν, ἐν τοσαύτῃ ζῶσι τρυφῇ· ἐγὼ δὲ ἐλεύθερος καὶ ἐξ ἐλευθέρων, δικαίους πόνους αἰρούμενος, οὐδὲ ὄναρ ταῦτα φαντασθῆναι δύναμαι· καὶ οὕτως ἐμπρησθεὶς [70] ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ἄπεισιν. Ἐπὶ δὲ τῶν μοναχῶν οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἅπαν. Ὅταν γὰρ ἴδῃ πλουσίων παῖδας καὶ προγόνων περιφανῶν ἐκγόνους [71] τοιαῦτα ἠμφιεσμένους ἱμάτια, οἷα οὐδὲ οἱ ἔσχατοι τῶν πενήτων, καὶ ἐπὶ τούτῳ χαίροντας, ἐννοήσατε [72] πόσην τῆς πενίας παραμυθίαν δεξάμενος ἄπεισι. Κἂν πλούσιος ᾖ, σωφρονισθεὶς ἀναχωρεῖ, βελτίων γενόμενος. Πάλιν ἐν μὲν τῷ θεάτρῳ ὅταν ἴδωσι χρυσία περικειμένην τὴν πόρνην, ὁ μὲν πένης οἰμώξεται καὶ θρηνήσει, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οὐδὲν τοιοῦτον ἔχουσαν βλέπων· [676] οἱ δὲ πλουτοῦντες ὑπερόφονται [73] καὶ διαπτύσουσιν ἀπὸ τῆς θέας ταύτης τὰς συνοικούσας αὐτοῖς. Ὅταν γὰρ καὶ [74] σχῆμα, καὶ βλέμμα, καὶ φωνὴν, καὶ βάδισιν, πάντα διακεκλασμένα ἐκείνη παρέχῃ τοῖς ὁρῶσιν, ἐμπρησθέντες ἀναχωροῦσι [75], καὶ αἰχμάλωτοι λοιπὸν εἰς τὰς οἰκίας εἰσέρχονται τὰς ἑαυτῶν. Ἐντεῦθεν αἱ ὕβρεις καὶ αἱ ἀτιμίαι, ἐντεῦθεν αἱ ἀπέχθειαι, οἱ πόλεμοι, οἱ θάνατοι οἱ καθημερινοί· ἐντεῦθεν ἀβίωτος τοῖς ἀλοῦσιν ὁ βίος, καὶ ἡ συνοικοῦσα λοιπὸν ἀηδὴς, καὶ τὰ παιδία οὐχ ὁμοίως πωθεινὰ, καὶ πάντα ἄνω καὶ κάτω τὰ τῆς οἰκίας, καὶ ὑπ' αὐτῆς λοιπὸν τῆς ἀκτῖνος ἐνοχλεῖσθαι δοκεῖ. Ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῶν χορῶν τούτων ἀηδία τις τοιαύτη· ἀλλ' ἡμερον καὶ πρᾶον δέξεται [76] ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα, πάσης ἡδονῆς ἀτόπου ἀπηλλαγμένον, καὶ εὐκολώτερον αὐτῷ χρήσεται, ἢ πρὸ τούτου. Τοιαῦτα ὁ μὲν χορὸς ἐκεῖνος τίκτει κακὰ, οὗτος δὲ ἀγαθά· ὁ μὲν ἀπὸ προβάτων λύκους ποιῶν, οὗτος [77] δὲ ἀπὸ λύκων ἀρνειοὺς ἐργαζόμενος. Ἀλλ' οὔπω περὶ τῆς ἡδονῆς οὐδὲν οὐδέπω [78] τάχα εἰρήκαμεν. Καὶ τί γένοιτ' ἂν ἥδιον τοῦ μὴ θορυβεῖσθαι μηδὲ ὀδυνᾶσθαι τὴν διάνοιαν, μηδὲ ἀθυμεῖν καὶ στένειν; Πλὴν ἀλλὰ καὶ περαιτέρω τὸν λόγον προαγάγωμεν, καὶ ἑκατέρας τῆς ᾠδῆς καὶ τῆς θέας [79] τὴν ἀπόλαυσιν ἐξετάσωμεν· καὶ ὀψόμεθα τὴν μὲν μέχρις ἑσπέρας μένουσαν, ἕως ἂν ἐν τῷ θεάτρῳ καθέζηται ὁ θεατής, μετὰ δὲ ταῦτα κέντρου παντὸς χαλεπώτερον ἀνιῶσαν αὐτόν· ἐνταῦθα δὲ διηνεκῶς ἐνακμάζουσαν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἐρασκότων. Καὶ γὰρ καὶ τῶν ἀνδρῶν τὸν τύπον, καὶ τοῦ τόπου τὸ τερπνὸν, καὶ τῆς διαγωγῆς τὸ γλυκὺ, καὶ τῆς πολιτείας τὸ καθαρὸν, καὶ τῆς καλλίστης ᾠδῆς καὶ πνευματικῆς τὴν χάριν, ἔχουσιν ἑαυτοῖς [80] διαπαντὸς ἐνιζάνοντα. Οἱ γοῦν τούτων ἀπολαύοντες διηνεκῶς τῶν λιμένων [81], ὥσπερ τινὰ χειμῶνα λοιπὸν φεύγουσι τῶν πολλῶν τοὺς θορύβους. Οὐκ ᾄδοντες δὲ μόνον καὶ [82] εὐχόμενοι, ἀλλὰ καὶ ταῖς βίβλοις προσηλωμένοι, τερπνόν τι θέαμα τοῖς ὁρῶσίν εἰσιν. Ἐπειδὰν γὰρ τὸν χορὸν διαλύσωσιν, ὁ μὲν τὸν Ἡσαΐαν λαβὼν ἐκεῖνο διαλέγεται, ὁ δὲ τοῖς ἀποστόλοις ὁμιλεῖ, ἕτερος τὰ παρ' ἑτέρων πονηθέντα ἔπεισι, καὶ φιλοσοφεῖ περὶ [83] Θεοῦ, περὶ τοῦδε τοῦ παντὸς, περὶ τῶν ὁρωμένων, περὶ τῶν ἀοράτων, περὶ αἰσθητῶν, περὶ νοητῶν, περὶ τῆς εὐτελείας τούτου τοῦ βίου [84], περὶ τῆς τοῦ μέλλοντος μεγαλειότητος [85].

ε'. Καὶ τρέφονται τροφὴν ἀρίστην, οὐ σάρκας ἀλόγων ἐψημένας παρατιθέμενοι, ἀλλὰ λόγια Θεοῦ ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον, μέλι θαυμάσιον, καὶ πολλῷ κρεῖττον ἢ κατὰ τὴν ἔρημον ὁ Ἰωάννης τὸ παλαιὸν ἐσιτεῖτο. Τὸ γὰρ μέλι τοῦτο οὐ μέλιττα[ί] τινες ἄγριαι τοῖς ἄνθεσιν ἐφιζάνουσαι συλλέγουσιν, οὐδὲ δρόσον πεπαίνουσαι τοῖς σιμβλοις ἐνιᾶσιν· ἀλλ' ἡ τοῦ Πνεύματος κατασκευάζουσα χάρις, ἀντὶ κηρίων καὶ σιμβλων καὶ συρίγγων ταῖς τῶν ἁγίων ἐναποτίθεται ψυχαῖς, ὥστε εἶναι τῷ βουλομένῳ μετὰ ἀδείας ἐσθίειν διηνεκῶς. Ταύτας δὴ οὖν τὰς μελίττας καὶ αὐτοὶ μιμούμενοι, περιίπτανται τοῖς κηρίοις τῶν ἁγίων βιβλίων, πολλὴν ἐντεῦθεν δρεπόμενοι τὴν ἡδονήν. Καὶ εἰ βούλει μαθεῖν τὴν τράπεζαν τὴν ἐκείνων, ἐγγὺς γενοῦ, καὶ ὄψει τοιαῦτα ἐρευγομένους [677] αὐτοὺς, προσηνῆ πάντα καὶ ἡδέα, καὶ εὐωδίας γέμοντα πνευματικῆς. Οὐδὲν αἰσχρὸν ἐκεῖνα τὰ στόματα ἐξενεγκεῖν δύναται ῥῆμα, οὐδὲν εὐτράπελον, οὐδὲν τραχὺ, ἀλλὰ πάντα τῶν οὐρανῶν ἄξια. Οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι, τὰ μὲν στόματα τῶν πολλῶν τῶν ἐν ἀγοραῖς συρομένων καὶ πρὸς τὰ βιωτικὰ λυσσώντων, βορβόρου τινὸς ὀχετοὺς παραβάλλων, τὰ δὲ τούτων, πηγαῖς μέλι ῥεούσαις καὶ νάματα προχεούσαις καθαρά. Εἰ δέ τις ἀδυσχέρανεν, ὅτι τὰ τῶν πολλῶν [86] βορβόρου τινὸς προσεῖπον ὀχετούς, ἴστω ὅτι σφόδρα φειδόμενος εἶπον. Ἡ γὰρ Γραφὴ οὐδὲ τούτῳ κέχρηται τῷ μέτρῳ, ἀλλ' ἑτέρῳ πολλῷ σφοδροτέρῳ παραδείγματι. Ἰὸς γάρ, φησὶν, *ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν, καὶ τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν.* Ἀλλ' οὐ τὰ ἐκείνων τοιαῦτα, ἀλλ' εὐωδίας γέμει πολλῆς. Καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα τοιαῦτα· τὰ δὲ ἐκεῖ ποῖος ἡμῖν παραστήσει λόγος; ποία ἐννοήσει διάνοια; τὴν λῆξιν τὴν ἀγγελικὴν, τὴν μακαριότητα τὴν ἄφραστον, τὰ ἀπόρρητα [87] ἀγαθά; Τάχα πολλοὶ διεθερμάνθητε νῦν, καὶ εἰς

[64] τὸν om. K. τοῦτον αὐτὸν τὸν] τούτων αὐτῶν τὸν Mor. τούτων αὐτῶν G. M. Sav. Ben. sed p. p. τούτων om. Sav. Ben. [65] ῥᾳθυμούντων L. [66] « καὶ χοίρων deest in Mor. » [et Sav.] *Montef.* Deest etiam in codicibus, quotquot mihi præsto fuerunt; sed agnoscit, alterum καὶ κυνῶν prætermittendo, Interp. [67] κατορωρυγμένων G. M. *defossos* Ge. [68] Hæc τοῖς τ. ἁ. σ. κεχρημένη non habent G. M. [69] τοῦτον G. M. Mox πειρασώμεθα K. L. [70] ἐμπλησθεὶς G. [71] Sic G. L. vulgo ἐγγόνους [72] ἐννόησον K. L. πόσην τῆς] πόσης G. M. [73] ὄψονται G. M. [74] καὶ om. G. M. Mox *καὶ* ante πάντα delevi cum G. H. K. M. [75] καὶ ἐμπρ. ἀναχωρήσωσι G. M. καὶ ante αἰχμάλωτοι om. G. [76] δέξαιτο K. M. [77] αὐτὸς G. H. K. M. [78] οὐδέπω om. K. L. [79] θέας] add. ταύτης G. M. cf. p. 673 D. [80] ἑαυτοῖς ἐν αὐτοῖς L. cæteri αὐτοῖς ἐν ἑαυτοῖς Edd. p. p. ἐνιζάνουσαν K. [81] λειμώνων H. L. [82] καὶ] οὐδὲ K. L. [83] περὶ] δὲ περὶ G. M. περὶ τῶν ὁρωμένων . . . . νοητῶν] Sic Edd. codices περὶ τῶν ὁρωμένων, περὶ τῶν νοητῶν, *de visibilibus, de invisibilibus* Ge. [84] τούτου τοῦ β.] Sic L. τοῦ β. τούτου H. cæteri τοῦ βίου, τοῦ παρόντος βίου Edd. [85] μακαριότητος G. H. K. M. Ge. [86] πολλῶν] add. στόματα Edd. ὀχετούς] Sic K. L. M. vulgo ὀχετοῖς. Correxit e codd. suo Editor Ben. 2da. [87] τὴν μ. τὰ ἄφραστα καὶ ἀπ. Sav. Ben. τὴν μακαριωτάτην, τὰ ἄῤῥητα καὶ ἀπ. G. M.

Digitized by Google

illum meretricum mulierum [1] exploremus, nec non corruptorum juvenum, qui stant in scena, et comparemus eos cum his beatis viris, quod ad voluptatem pertinet: qua voluptate capiuntur multi juvenes ex negligentioribus, illorum artibus irretiti. Tantum enim inter utrosque discrimen reperiemus, quantum inter angelos in cælo canentes, et suavem illam melodiam emittentes, et canes porcosque in fimo ululantes et grunnientes. Per horum enim ora Christus, per illorum linguam diabolus loquitur. Tibiæ illis incondita voce sonant, injucundumque aspectum inflatæ genæ et distracti nervi efficiunt: verum hic gratia Spiritus insonat, pro tibia, cithara et syringe, sanctorum vocibus usa. Imo quantalibet dicamus, non possumus illam voluptatem describere hominibus luto et lateritio operi addictis. Quare vellem quempiam ex insanientium illorum numero illuc adducere, ut chorum illum sanctorum videret, neque mihi tunc verbis esset opus. Cæterum etsi luteos homines alloquamur, et ex luto illos et ex cœno paulatim abducere tentabimus. Illinc enim igne impuri amoris statim inflammatur auditor: nam quasi non satis esset ad animum inflammandum meretricis aspectus, ex voce quoque perniciem adjiciunt. Hic autem si quid simile hauserit anima, statim deponit. Neque vox tantum illorum, sed etiam aspectus, imo etiam vestimenta spectatores conturbant. Si pauper quidam sit ex rudioribus abjectioribusque, hoc spectaculum sæpe moleste feret, et intra se dicet: Meretrix illa et scortator, lanionum vel sutorum, nonnumquam servorum filii, in tanta vivunt voluptate: ego vero liber et ex liberis ortus, justo labore victum parans, ne somnians quidem ita deliciari possum: et sic mœrore confectus abit. Apud monachos autem nihil simile, sed contrarium omnino. Cum enim ille viderit divitum filios et majorum insignium nepotes iis vestitos indumentis, quæ ne pauperum quidem ultimi ferre dignarentur, et in hac re gaudere, cogitate quanta paupertatis accepta consolatione recedat. Si dives fuerit, moderatior et melior recedit. In theatro si videant meretricem aureis circumdatam ornamentis, pauper ejulabit, et deplorabit, uxorem suam videns nihil istiusmodi habentem: et divites ex hoc spectaculo reversi, uxores suas despicient: nam postquam meretrix et vestitum, et aspectum, et vocem, et incessum, et omnia mollitiæ plena exhibuerit præsentibus, inflammati illi discedunt, et captivi in ædes suas intrant. Hinc contumeliæ, jurgia, rixæ, bella, mortes quotidianæ: hinc vita captis ingrata: conjux deinceps injucunda, filii minus amabiles, omnia domi pessum eunt, ita ut vel solis radios moleste ferat qui talis est. Verum ex his choris nihil injucundum refertur: hinc venientem uxor virum mansuetum et mitem excipiet, ab omni absurda voluptate liberum, et faciliorem quam ante reperiet. Hæc mala chorus ille, hæc bona hic parit: ille ex ovibus lupos, hic ex lupis agnos facit. Sed forsan de voluptate nihil adhuc dixisse videmur. Quid dulcius quam animum nec perturbatione nec dolore agitatum habere, numquam in dolore esse, vel ingemiscere? Verumtamen sermonem ulterius producamus, atque utriusque tum cantus, tum spectaculi gaudium examinemus: videbimusque aliud usque ad vesperam manere, donec scilicet in theatro spectator sedet, deinde autem stimulo acrius ipsum pungere; hic autem gaudium perpetuo vigere in spectantium animis: nam et virorum formam, et loci jucunditatem, et conversationis dulcedinem, et vitæ puritatem, et pulcherrimi spiritualisque cantici gratiam habent in se semper insidentem. Qui hoc igitur portu semper fruuntur, tumultum postea quasi tempestatem fugiunt. Neque solum canentes vel precantes, sed etiam libris intenti, jucundum videntibus præbent spectaculum. Soluto quippe choro alius Isaiam sumens cum ipso loquitur; alius cum apostolis versatur; alius ab aliis conscriptos libros legit, ac de Deo philosophatur, de universo, de visibilibus, de invisibilibus, de sensibilibus, de spiritualibus, de vilitate hujus vitæ, de futuræ magnitudine [1].

5. Aluntur autem cibo optimo, non decoctis animalium carnibus, sed eloquiis Dei dulcioribus quam mel et favum: mel mirabile, multoque melius quam illud quo Joannes in deserto olim alebatur. Mel quippe istud non apes agrestes floribus insidentes colligunt, neque eorum concoctum alvearibus suis immittunt; sed Spiritus gratia apparans pro favis, alvearibus et fistulis in sanctorum animas immittit, ut quisque possit pro lubito perpetuo edere. Has apes imitantes, sacrorum favis librorum circumvolant, multam inde decerpentes voluptatem. Si ergo volueris quæ illorum mensa sit ediscere, propius ad eos accedas, et videbis eructare eos dulcia et spirituali odore plena. Illorum ora nihil possunt turpe proferre, nihil scurrile vel asperum, sed omnia cælo digna. Non abs re feceris, si ora multorum qui in foro vagantur, et ad sæcularia quasi rabie feruntur, cloacis comparaveris, monachorum autem ora, fontibus mel effundentibus, fluentaque pura. Si quis autem ægre ferat, quod multorum ora cloacis comparaverim, is sciat me parce loquutum. Scriptura namque non hac utitur mensura, sed vehementiore similitudine, dicens, *Venenum aspidum sub labiis eorum, et sepulchrum patens est guttur eorum* (*Psal.* 13. 3). Sed non talia sunt illorum ora, at bono odore plena. Et præsentia quidem hujusmodi sunt: futura vero quæ oratio assequatur? quæ mens apprehendat? sortem illam angelicam, beatitudinem, ineffabilia bona? Multi fortasse fervore incensi, concupiscentia hujus optimi instituti capti estis: sed quid hinc emolumenti, si hic tantum hoc igne ardeatis, hinc autem egressi, flammam exstinguatis, et hic amor tabescat! Quomodo igitur huic malo medeberis? Ut amoris fervore teneris, adi angelos illos; te amplius inceude. Non enim hæc oratio perinde te accendere valet,

[1] Morel. habet, *puellarum*, pro, *mulierum*.

[1] Quidam habent, *felicitate*, pro, *magnitudine*.

Digitized by Google

ut ipsum rerum spectaculum. Ne dixeris, Colloquar cum uxore, et res absolvam primum. Negligentiæ initium est hæc procrastinatio. Audi quempiam voluisse primum iis qui domi erant valedicere, et prophetam [1] non permisisse (3. *Reg.* 19. 20). Ecquid dico valedicere? Patrem sepelire voluit discipulus, neque id concessit Christus (*Luc.* 9. 60). Atqui quid videtur tibi ita necessarium esse ut sepultura patris? At non id permisit. Quare? Quia vehementer instat diabolus, ut sese insinuet : et si tantillum socordiæ et tarditatis deprehendat, in magnam desidiam conjicit. Ideo monet quispiam, *Ne tardes de die in diem* (*Eccle.* 5. 8); sic enim plurima poteris emendare, sic quæ domi sunt probe disponentur. Ait enim : *Quærite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* (*Matth.* 6. 33). Si nos enim, cum quidam sua negligentes, nostris magis advigilant, omni sollicitudine vacuos esse curamus : multo magis Deus, qui non hac habita ratione nostra curat, iisque providet. Ne itaque de tuis sollicitus sis, sed illa committe Deo. Nam si tu sollicitus es, ut homo curas; Deus vero ut Deus providet. Ne ergo de iis sollicitus sis, præstantiora relinquens, alioquin Deus illa minus curabit; ut illa ergo diligenter curet, ipsi soli omnia committe. Si enim relictis spiritualibus, illa tractes, non magnam eorum Deus geret providentiam. Ut igitur et tibi hæc recte composita sint, et sollicitudine omni libereris, hære spiritualibus, sæcularia despice : sic enim et terram cum cælo obtinebis, et futura bona consequeris, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[1] In Morel. legitur, *dominum*. Sed vox *prophetam* optime quadrat; hic enim agitur de Elia Elisæum in discipulum vocante; Elias vero, ut ait hic Chrysostomus, non permisit Elisæo, ut patrem matremque salutatum iret, antequam magistro se totum addiceret. At secus in Scriptura legitur, ubi dicit Elias, *Vade et revertere*, ut in Bibliis Hebraicis, Græcis et Latinis habetur.

HOMILIA LXIX. al. LXX.

CAP. 22. v. 1. *Et respondens Jesus dixit iterum in parabolis* : 2. *Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.* 3. *Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias : et noluerunt venire.* 4. *Rursus misit alios servos, dicens : Dicite invitatis, Ecce prandium meum paravi, tauri mei et altilia mea occisa sunt, et omnia parata; venite ad nuptias.* 5. *Illi autem cum negligerent, abierunt, alius in agrum suum, alius ad negotiationem suam.* 6. *Reliqui autem tenuerunt servos ejus, et contumelia affectos interfecerunt*, etc.

1. *Hujus et præcedentis homiliæ comparatio. Ejectio Judæorum. Gentium vocatio. Excidii Jerosolymæ prædictio.* — Vidistin' et in præcedenti et in hac parabola quantum interest filium inter et servos? vidistin' magnam inter utramque parabolam affinitatem, magnamque differentiam? Nam hæc ipsa ostendit Dei tolerantiam providentiamque magnam, ingratamque Judaicam improbitatem. Verum hæc quid amplius quam illa habet. Prænuntiat enim et Judæorum ejectionem, et gentium vocationem : post hæc vero ostendit et vivendi disciplinam, et quanta negligentibus pœna sit parata. Jureque hæc post illam posita est. Quia enim dixit, *Dabitur genti facienti fructum ipsius* (*Matth.* 21 43), hic declarat, cui genti; neque hoc tantum, sed et se rursus ineffabili erga Judæos providentia uti. Ibi enim ante crucem vocat, hic etiam post necem instat, et pergit illos vocare. Et cum gravissima illos pœna plectere par fuisset, tunc ad nuptias ipsos trahit, supremoque afficit honore. Et animadverte quomodo et illic non prius gentes vocet sed Judæos, et hic similiter : sed quemadmodum ibi, cum illum suscipere noluerunt, imo et venientem occiderunt, tunc vineam dedit : ita et hic, cum nolierunt ad nuptias venire, alios vocavit. Quid ergo illis ingratius fuerit, quando ad nuptias vocati, resiliunt? quis enim ad nuptias venire non optaret, et ad nuptias regis, qui filio nuptiale convivium parat? Et cur, inquies, nuptiæ vocantur? Ut Dei providentiam agnoscas, ejusque erga nos amorem, rerum splendorem, ut nihil ibi triste sit, nihil luctuosum, sed omnia gaudio spirituali plena. Ideoque sponsum illum vocat Joannes (*Cap.* 3. 29); ideo Paulus dicit, *Despondi vos uni viro* (2. *Cor.* 11. 2); et rursum, *Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia* (*Ephes.* 5. 32). Cur ergo non Patri sponsa desponderi dicitur, sed Filio? Quia quæ Filio despondetur, Patri despondetur. Nam in Scriptura hoc vel illud indifferenter dicitur, ob substantiæ identitatem. Ab hinc vero resurrectionem prædicat. Quia enim in præcedentibus mortem dixit, monstrat hic post mortem nuptias sponsumque fore. Verum hi ne ita quidem meliores sunt effecti, nec mitiores; quo quid deterius sit? Etenim hæc tertia est accusatio. Prima, quod prophetas occiderint; deinde, quod etiam Filium; demum, quod cum occidissent, et ad nuptias ab occiso invitarentur, non veniant, sed causas comminiscantur, juga boum, uxores, agros : quamquam hæc videantur rationem habere. Sed inde discimus, etsi necessaria videantur esse illa quæ nos retinent, spiritualia semper esse anteponenda. Vocat autem, non nuper, sed ante multum temporis. Nam ait, *Dicite invitatis;* et iterum, *Vocate invitatos*, quod certe crimen auget. Et quandonam vocati sunt? Per prophetas omnes, per Joannem rursum, qui omnes ad Christum mittebat dicens, *Illum oportet crescere, me autem minui* (*Joan.* 3. 30). Per ipsum denique Filium, qui ait, *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* (*Matth.* 11 28); et rursus, *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat* (*Joan.* 7. 37). Neque verbis tantum, sed et operibus ipsis vocabat, et post assumptionem ejus per Petrum et socios; nam *Qui operatus est Petro*, inquit, *in apostolatum circumcisionis, operatus est et mihi in-*

Digitized by Google

ἐπιθυμίαν ἐνεπέσετε τῆς καλῆς ταύτης πολιτείας· ἀλλὰ τί τὸ κέρδος, ὅταν ἐνταῦθα ὄντες μόνον τοῦτο ἴσχητε τὸ πῦρ, ἐξελθόντες δὲ σβέσητε τὴν φλόγα, καὶ καταμαραν-θῇ οὗτος ὁ πόθος; Πῶς οὖν, ἵνα μὴ τοῦτο γένηται; Ὡς ἔστι σοι θερμὸς οὗτος ὁ ἔρως, ἄπελθε πρὸς αὐτοὺς ἐκεί-νους τοὺς ἀγγέλους, ἀνάκαυσον αὐτὸν πλέον. Οὐ γὰρ οὕτως ὁ παρ' ἡμῶν λόγος δυνήσεταί σε ἀνάψαι, ὡς ἡ τῶν πραγμάτων θέα. Μὴ εἴπῃς, Διαλεχθῶ τῇ γυναικί, καὶ διαλύσω τὰ πράγματα πρῶτον. Ἀρχὴ ῥᾳθυμίας αὕτη ἡ ἀναβολή. Ἄκουσον ὅτι συντάξασθαί τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ ἠθέλησέ τις, καὶ οὐκ εἴασεν ὁ προφήτης [68]. Καὶ τί λέγω συντάξασθαι; Θάψαι πατέρα ἠθέλησεν ὁ μαθη-τής, καὶ οὐδὲ τοῦτο συνεχώρησεν ὁ Χριστός. Καίτοι τί σοι πρᾶγμα ἀναγκαῖον οὕτως εἶναι δοκεῖ, ὡς κηδεία πατρός; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐπέτρεψε. Τί δήποτε; Ὅτι σφοδρὸς [69] ἐφέστηκεν ὁ διάβολος, παρεισδυσίν τινα βου-λόμενος λαβεῖν· κἂν ὀλίγης ἀσχολίας ἐπιλάβηται καὶ ἀναβολῆς, μεγάλην ἐργάζεται ῥᾳθυμίαν. Διὰ τοῦτο παρ-αινεῖ τις, *Μὴ ἀναβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας*. Οὕτω γὰρ δυνήσῃ τὰ πλείονα κατορθοῦν, οὕτω καὶ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σοι καλῶς διακείσεται· *Ζητεῖτε γάρ, φησὶ* [70], *τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστε-θήσεται ὑμῖν*. Εἰ γὰρ ἡμεῖς τοὺς τὰ ἑαυτῶν ὑπερορῶν-τας, καὶ τῶν ἡμετέρων τὴν ἐπιμέλειαν προτιθέντας, ἐν πολλῇ καθιστῶμεν ἀμεριμνίᾳ· πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεὸς, ὁ καὶ χωρὶς τούτων κηδόμενος καὶ προνοῶν. Μὴ τοίνυν φροντίσῃς τῶν σῶν, ἀλλὰ ἄφες αὐτὰ τῷ Θεῷ. Ἂν γὰρ [71] σὺ φροντίσῃς, ὡς ἄνθρωπος φροντίζεις· ἂν δὲ ὁ Θεὸς προνοήσῃ, ὡς Θεὸς προνοεῖ. Μὴ [72] φροντίσῃς αὐτῶν ἀφεὶς τὰ μείζω, ἐπεὶ αὐτὸς οὐ σφόδρα αὐτῶν προνοήσει. [678] Ἵν' οὖν σφόδρα αὐτῶν προνοῇ, αὐτῷ μόνῳ πάντα ἐπίτρεψον. Ἂν γὰρ καὶ [73] αὐτὸς αὐτὰ μεταχειρίσῃ, ἀφεὶς τὰ πνευματικὰ οὐ πολλὴν αὐτῶν αὐτὸς [74] ποιήσε-ται πρόνοιαν. Ἵν' οὖν καὶ σοὶ ταῦτα εὖ διακέηται [75], καὶ φροντίδος ἀπαλλαγῆς ἀπάσης, ἔχου τῶν πνευματι-κῶν, ὑπερόρα τῶν βιωτικῶν· οὕτω γὰρ καὶ τὴν γῆν ἕξεις μετὰ τῶν οὐρανῶν, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτεύξῃ, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[68] δεσπότης Mor. In L. hæc vitiata sunt. [69] σφοδρῶς L. ἵστηκεν G. M. [70] φησὶ] add. πρῶτον Edd. Θεοῦ] add. καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ H. L. [71] γὰρ] μὲν γὰρ L. Mox hæc ὡς Θεὸς προνοεῖ om. G. M. [72] Μὴ] add. οὖν Mor. add. δὴ Sav. Ben αὐτῶν] add. σύ Sav. Ben. p. p. μείζονα Edd. [73] καὶ om. K. L. p. p. μεταχειρίσῃς idem. [74] αὐτὸς] ὁ Θεός H. αὐτῶν αὐτὸς] ὁ Θεὸς αὐτῶν L. [75] Sic L. vulgo διακείσεται.

ΟΜΙΛΙΑ ΞΘ'.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πάλιν ἐν παραβο-λαῖς· Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ. Καὶ ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ καλέσαι τοὺς κεκλη-μένους εἰς τοὺς γάμους, καὶ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν. Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους, λέγων· Εἴπατε τοῖς κεκλημένοις, Τὸ [76] *ἄριστόν μου ἡτοίμασα, οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυμένα, καὶ πάντα ἕτοιμα· δεῦτε εἰς τοὺς γάμους. Οἱ δὲ ἀμελήσαντες ἀπῆλθον, ὁ μὲν εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν, ὁ δὲ ἐπὶ* [77] *τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ. Οἱ δὲ λοιποὶ κρατήσαντες τοὺς δούλους αὐτοῦ ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν*, καὶ τὰ ἑξῆς.

α'. Εἶδες καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ παραβολῇ τοῦ υἱοῦ καὶ τῶν δούλων τὸ μέσον; εἶδες πολλὴν μὲν [78] ἑκατέρων τῶν παραβολῶν τὴν συγγένειαν, πολλὴν δὲ καὶ τὴν διαφοράν; καὶ γὰρ αὕτη δείκνυσι καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν μακροθυμίαν καὶ τὴν πρόνοιαν τὴν πολλὴν, καὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀγνωμοσύνην. Ἀλλ' ἔχει τι καὶ πλέον ἐκείνης αὕτη. Προαναζωννεῖ μὲν γὰρ καὶ τὴν ἔκπτωσιν τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν· δείκνυσι δὲ μετὰ τοῦτο καὶ τοῦ βίου τὴν ἀκρίβειαν, καὶ ὅση τοῦ ἀμελοῦ-σιν ἡ δίκη κεῖται. Καὶ καλῶς αὕτη μετ' ἐκείνην ἐστίν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε· *Δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς*, δηλοῖ λοιπὸν ἐνταῦθα καὶ ποίῳ ἔθνει· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ [79] καὶ ἄφατον εἰς τοὺς Ἰουδαίους πάλιν τὴν *πρόνοιαν* ἐπιδείκνυται. Ἐκεῖ μὲν γὰρ πρὸ τοῦ σταυροῦ φαίνεται καλῶν· ἐνταῦθα δὲ καὶ μετὰ τὸ σφαγῆναι ἐπίκειται ἐπισπώμενος αὐτούς. Καὶ ὅτε τὴν χαλεπωτάτην αὐτοὺς ἔδει δοῦναι δίκην, τότε καὶ εἰς γάμους αὐτοὺς ἧλκει [80], καὶ τῇ τιμῇ τῇ ἀνωτάτῳ τιμᾷ. Καὶ ὅρα πῶς καὶ ἐκεῖ οὐ πρότερα τὰ ἔθνη [81], ἀλλ' Ἰου-δαίους, καὶ ἐνταῦθα πάλιν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖ, ὅτε οὐκ ἠθέλησαν αὐτὸν δέξασθαι, ἀλλὰ καὶ ἐλθόντα ἔσφαξαν, τότε ἔδωκε τὸν ἀμπελῶνα· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ὅτε μὴ ἠθέλησαν παραγενέσθαι ἐν τῷ γάμῳ, τότε ἑτέρους ἐκά-λεσε. Τί τοίνυν γένοιτ' ἂν αὐτῶν ἀγνωμονέστερον, ὅταν ἐπὶ γάμους [679] καλούμενοι ἀποπηδῶσι; Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἤλοιτο ἐπὶ γάμους ἐλθεῖν, καὶ γάμους βασιλέως; καὶ βασιλέως υἱῷ [82] ποιοῦντος γάμους; Καὶ τίνος ἕνεκεν γάμος εἴρηται; φησίν. Ἵνα μάθῃς τοῦ Θεοῦ τὴν κηδεμο-νίαν, τὸν πόθον τὸν περὶ ἡμᾶς, τῶν πραγμάτων τὴν φαιδρότητα, ὡς οὐδὲν λυπηρὸν ἐκεῖ [83], οὐδὲ σκυθρωπὸν, ἀλλὰ πάντα χαρᾶς γέμει πνευματικῆς. Διὰ τοῦτο καὶ νυμφίον αὐτὸν Ἰωάννης καλεῖ· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος λέγει· *Ἡρμοσάμην γὰρ* [84] *ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ* · καὶ πάλιν, *Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς* [85] *τὴν Ἐκκλησίαν*. Τί οὖν οὐκ αὐτῷ [86] ἁρμόζεσθαι λέγεται ἡ νύμφη, ἀλλὰ τῷ Υἱῷ; Ὅτι ἡ τῷ Υἱῷ ἁρμοζομένη τῷ Πατρὶ ἁρμόζεται. Καὶ γὰρ ἀδιά-φορον τῇ Γραφῇ τοῦτο ἢ τοῦτο λέγεσθαι [87], διὰ τὸ ἀπαρ-άλλακτον τῆς οὐσίας. Ἀπὸ τούτου καὶ τὴν ἀνάστασιν ἀνεκήρυξεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τὸν θάνα-τον εἶπε, δείκνυσιν ὅτι καὶ μετὰ τὸν [88] θάνατον τότε οἱ γάμοι, τότε ὁ νυμφίος. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως οὗτοι γίνονται βελτίους, οὐδὲ ἡμερώτεροι· οὗ τί γένοιτ' ἂν χεῖρον; Καὶ γὰρ αὕτη τρίτη κατηγορία. Πρώτη μὲν, ὅτι προφή-τας ἀπέκτειναν· ἔπειτα, ὅτι τὸν Υἱόν· μετὰ ταῦτα, ὅτι καὶ ἀνελόντες, καὶ εἰς τοὺς γάμους τοῦ ἀναιρεθέντος καλούμενοι παρ' αὐτοῦ τοῦ ἀναιρεθέντος [89] οὐ παραγί-νονται, ἀλλ' αἰτίας πλάττουσι, ζεύγη βοῶν, καὶ ἀγρούς· καὶ γυναῖκας. Καίτοι δοκοῦσιν εὔλογοι αἱ προφάσεις εἶναι· ἀλλ' ἐντεῦθεν μανθάνομεν, κἂν ἀναγκαῖα ᾖ τὰ κατέχοντα, πάντων προτιμότερα [90] ποιεῖσθαι τὰ πνευ-ματικά. Καὶ καλεῖ οὐχὶ προσφάτως, ἀλλὰ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου. *Εἴπατε* γὰρ, φησὶ, *τοῖς κεκλημένοις* καὶ πάλιν, *Καλέσατε τοὺς κεκλημένους*· ὅπερ μείζονα τὴν κατηγορίαν ἐποίει. Καὶ πότε ἐκλήθησαν; Διὰ τῶν προφητῶν ἁπάντων, διὰ Ἰωάννου πάλιν· αὐτῷ γὰρ περιέπεμπεν ἅπαντας, λέγων· *Ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι*· δι' αὐτοῦ πάλιν τοῦ Υἱοῦ· *Δεῦτε* γὰρ [91] *πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς*· καὶ πάλιν, *Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω*. Οὐ διὰ ῥημάτων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων αὐτοὺς ἐκάλει [92], καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν διὰ Πέτρου καὶ τῶν

[76] τὰ] ἰδοὺ τό K. 3 Mosqq. σιτιστὰ] add. μου G. M. [77] ἐπὶ] εἰς H. [78] μὲν et p. p. δὲ καὶ om. L. [79] ἀλλὰ] ἀλλ' ὅτι H. L. p. p. ἐπαιδείκνυτο G. M. [80] ἧλκει] καλεῖ καὶ ἕλκει G H. L. M. Vid. admot. [81] ἔθνη] add. καλεῖ H. add. καλεῖται K. add. προσκαλεῖται L. p. p. Ἰουδαῖοι (sic) K. Ἰουδαῖοι G. M. οὐ πρ. τὰ ἔθνη, ἀλλ' Ἰουδαίους καλεῖ Ep. *non prius gentes, sed Judæi vocantur* Ge. [82] ποιοῦντι G. K. M. [83] ἐκεῖ om G. H. K. M. ἐχε. legisse videtur Ep. οὐδὲ] ἢ Ep. Sav. οὐδὲν Mor. Ben. [84] γὰρ om. L. ἀνδρὶ] add. παρθένῳ M. add. παρθένον ἁγνὴν H. L. add. π. ἁ. παραστῆσαι τῷ Χριστῷ G. [85] εἰς; om. H L. [86] αὐτῷ] add. Πατρὶ Sav. Ben. ἡ ante νύμφη om. G. M. [87] λέγεται H. L. [88] τὸν om. G. H. M. p. p οὗτοι om. G. K. M [89] Hæc καλούμενοι .. ἀναιρεθέντος om. M. Pro iis καλοῦντος habent Edd. [90] Sic Ep. πρότερα G. K M. [91] γὰρ] add φησὶ Edd. πρός με om. G. K. M [92] καλεῖ G. K M.

Digitized by Google

κατ' αὐτόν. *Ὁ γὰρ ἐνεργήσας, φησὶ, Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη.* Ἐπειδὴ γὰρ τὸν υἱὸν ἰδόντες ὠργίσθησαν καὶ ἀνεῖλον, διὰ τῶν δούλων καλεῖ πάλιν [68]. Καὶ ἐπὶ τί καλεῖ; Ἐπὶ μόχθους καὶ πόνους καὶ ἱδρῶτας; Οὐχί, ἀλλ' ἐπὶ τρυφήν· *Οἱ ταῦροι γάρ μου, φησὶ, καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυμένα* [69]. Ὅρα πόση ἡ πανδαισία· πόση ἡ φιλοτιμία. Καὶ οὐδὲ τοῦτο αὐτοὺς ἐνέτρεψεν, ἀλλ' ὅσῳ μειζόνως ἐμαίνοντο, τοσούτῳ μειζόνως ἐσκληρύνοντο. Οὐδὲ γὰρ ἀσχολούμενοι, ἀλλ' ἀμελήσαντες οὐκ ἦλθον. Πῶς οὖν οἱ μὲν γάμους [70], οἱ δὲ ζεύγη βοῶν προβάλλονται; ταῦτα γοῦν [71] ἀσχολίας. Οὐδαμῶς· τῶν γὰρ πνευματικῶν καλούντων, οὐκ ἔστιν ἀσχολία οὐδεμία ἀναγκαία [72]. Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσι καὶ ταύταις ταῖς προφάσεσι κεχρῆσθαι, τῆς ἀμελείας παρακαλύμματα ταῦτα [680] προβαλλόμενοι. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον τὸ δεινὸν, ὅτι οὐκ ἦλθον, ἀλλὰ καὶ τὸ [73] πολλῷ χαλεπώτερον καὶ μανικώτερον, τὸ καὶ συγκόψαι τοὺς ἐλθόντας, καὶ ὑβρίσαι, καὶ ἀνελεῖν· τοῦτο τοῦ *προτέρου* χεῖρον. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἦλθον ἀπαιτοῦντες πρόσοδον καὶ καρποὺς, καὶ ἐσφάγησαν· οὗτοι δὲ εἰς γάμους καλοῦντες τοῦ παρ' αὐτῶν σφαγέντος, καὶ οὗτοι [74] πάλιν φονεύονται. Τί ταύτης τῆς μανίας ἴσον; Τοῦτο καὶ Παῦλος ἐγκαλῶν αὐτοῖς ἔλεγε· *Τὸν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων.* Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσιν, ὅτι Ἀντίθεός ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο οὐ παραγινόμεθα, ἄκουσον τί λέγουσιν οἱ καλοῦντες· ὅτι Ὁ Πατὴρ ἐστιν ὁ ποιῶν τοὺς γάμους, καὶ αὐτὸς ὁ καλῶν. Τί οὖν μετὰ ταῦτα; Ἐπειδὴ οὐκ ἠθέλησαν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀνεῖλον τοὺς ἐπ' αὐτοὺς ἐλθόντας, κατακαίει τὰς πόλεις [1], καὶ τὰ στρατόπεδα πέμψας, ἀνεῖλεν αὐτούς. Ταῦτα δὲ λέγει, προδηλῶν τὰ ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενόμενα, καὶ ὅτι καὶ [2] τὸν Πατέρα παρώξυναν, αὐτῷ μὴ πιστεύσαντες· αὐτὸς γοῦν ἐστιν ὁ ἐπεξελθών [3]. Διά τοι τοῦτο οὐκ εὐθέως ἀναιρεθέντος τοῦ Χριστοῦ γέγονεν ἡ ἄλωσις, ἀλλὰ μετὰ τεσσαράκοντα ἔτη, ἵνα δείξῃ αὐτοῦ τὴν μακροθυμίαν· ὅτε ἀπέκτειναν τὸν Στέφανον, ὅτε ἀνεῖλον Ἰάκωβον, ὅτε ὕβρισαν τοὺς ἀποστόλους. Εἶδες πραγμάτων ἀλήθειαν καὶ τάχος; Ἔτι γὰρ Ἰωάννου [4] ζῶντος, καὶ ἑτέρων πολλῶν τῶν τῷ Χριστῷ συγγενομένων, ταῦτα ἐξέβαινε· καὶ μάρτυρες ἦσαν τῶν γινομένων οἱ ταῦτα ἀκούσαντες. Ὅρα τοίνυν κηδεμονίαν ἄφατον. Ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, πάντα ἐποίησε καὶ ἀπήρτισε· τῶν οἰκετῶν ἀναιρεθέντων, ἑτέρους ἀπέστειλε δούλους· ἐκείνων σφαγέντων, τὸν Υἱὸν ἔπεμψε· καὶ τούτου ἀναιρεθέντος, καλεῖ αὐτοὺς εἰς τοὺς γάμους· οὐκ ἠθέλησαν ἐλθεῖν [5]. Εἶτα πέμπει ἑτέρους δούλους· οἱ δὲ καὶ τούτους ἀνεῖλον. Τέτε λοιπὸν αὐτοὺς ἀναιρεῖ, ἅτε [6] ἀνίατα νοσοῦντας. Ὅτι γὰρ ἀνίατα ἐνόσουν, οὐ τὰ γεγενημένα ἔδειξε μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸ γενῶν καὶ τελωνῶν πιστευσάντων, αὐτοὶ ταῦτα ἐποίησαν. Ὥστε οὐκ ἀφ' [7] ὧν ἐτόλμησαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν ἕτεροι κατώρθωσαν, κατακρίνονται οὗτοι. Εἰ δὲ λέγοι τις, ὅτι οὐ τότε ἐκλήθησαν οἱ ἐξ ἐθνῶν, ὅτε ἐμαστίχθησαν καὶ μυρία ἔπαθον οἱ ἀπόστολοι, ἀλλ' εὐθέως μετὰ τὴν ἀνάστασιν· (τότε γὰρ φησιν αὐτοῖς, *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*·) εἰποιμεν ἄν, ὅτι καὶ πρὸ τοῦ σταυροῦ καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν αὐτοῖς διελέγοντο [8] πρῶτοι. Καὶ γὰρ πρὸ τοῦ σταυροῦ φησιν αὐτοῖς· *Πορεύεσθε ἐπὶ τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ*· καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν οὐκ ἐκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ ἐκέλευσεν αὐτοῖς διαλέγεσθαι. Εἰ γὰρ καὶ [9] εἶπε, *Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*· ἀλλὰ μέλλων εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνειν, ἐδήλωσεν ὅτι ἐκεῖνοι διαλέξονται πρῶτοι. *Λήψεσθε γὰρ δύναμιν*, φησὶν, *ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ [10] τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς*· καὶ ὁ Παῦλος πάλιν· *Ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν* [681] *τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη.* Διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἀπόστολοι πρὸς τοὺς Ἰουδαίους πρῶτον ἐχώρησαν, καὶ πολὺν ἐν Ἰερουσαλὴμ διατρίψαντες χρόνον, εἶτα ὑπ' αὐτῶν ἐληλάντες, οὕτω διεσπάρησαν εἰς τὰ ἔθνη.

τῶν οὗτοι προσβάλλουσι [68], δέον ὀκνηροτέρους γενέσθαι. [689] Ἀλλὰ τοιοῦτον ἡ θρασύτης, ἀναίσχυντον καὶ ἰταμὸν καὶ ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦν [66]. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐκπληττόμενος αὐτῶν τὴν ἄνοιαν [67], αὐτὸ τοῦτο ἐπισημαίνεται λέγων, ὅτι *Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθον*. *Ἐν ἐκείνῃ*, ποίᾳ; Ἐν ᾗ τὴν ἐκείνων κακουργίαν ἤλεγξεν [68], καὶ κατῄσχυνεν αὐτούς. Τίνες δέ εἰσιν οὗτοι; Αἵρεσις Ἰουδαίων ἑτέρα παρὰ τοὺς Φαρισαίους, κἀκείνων πολὺ καταδεεστέρα λέγουσα μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μήτε ἄγγελον, μήτε πνεῦμα. Παχύτεροι γάρ τινες [69] οὗτοι, καὶ περὶ τὰ σωματικὰ ἐπτοημένοι. Πολλαὶ γὰρ καὶ ἐπὶ Ἰουδαίων αἱρέσεις ἦσαν. Διὸ καὶ Παῦλος λέγει· *Φαρισαῖός εἰμι, τῆς ἀκριβεστάτης αἱρέσεως πορ᾽ ἡμῖν*. Καὶ ἐξ εὐθείας μὲν οὐδὲν οὗτοι περὶ ἀναστάσεως λέγουσι· λόγον δέ τινα πλάττουσι, καὶ πρᾶγμα συντιθέασιν [1], ὡς ἔγωγε οἶμαι, οὐδὲ γεγενημένον, οἰόμενοι εἰς ἀπορίαν αὐτὸν ἐμβαλεῖν, καὶ θέλοντες ἀνατρέψαι ἀμφότερα, καὶ τὸ ἀνάστασιν εἶναι, καὶ τὸ τοιαύτην ἀνάστασιν. Πάλιν δὲ [2] καὶ οὗτοι μετ᾽ ἐπιεικείας δῆθεν προσβάλλουσι, λέγοντες· *Διδάσκαλε, Μωϋσῆς εἶπεν· Ἐὰν ἀποθάνῃ τις μὴ ἔχων τέκνα, ἐπιγαμβρεύσει ὁ ἀδελφὸς τὴν γυναῖκα* [3], *καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ*. Ἦσαν δὲ παρ᾽ ἡμῖν ἑπτὰ ἀδελφοί· *καὶ ὁ πρῶτος γαμήσας ἐτελεύτησε* [4], *καὶ μὴ ἔχων σπέρμα ἀφῆκε τὴν γυναῖκα τῷ ἀδελφῷ. Ὁμοίως καὶ ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος, ἕως τῶν ἑπτά. Ὕστερον δὲ ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή. Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει τίνος τῶν ἑπτὰ* [5] *ἔσται γυνή*; Ὅρα τούτοις διδασκαλικῶς; ἀποκρινόμενον. Εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ κακουργίας προσῆλθον, ἀλλ᾽ ὅμως καὶ ἀγνοίας ἡ ἐρώτησις ἦν μᾶλλον. Διὸ οὐδὲ λέγει αὐτοῖς· Ὑποκριταί. Εἶτα ἵνα μὴ ἐγκαλέσῃ, διατί ἑπτὰ [6] μίαν ἔσχον, προστίθησι τὸν Μωϋσέα· καίτοιγε, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, πλάσμα ἦν. ὡς ἔγωγε οἶμαι. Οὐ γὰρ ἂν ὁ τρίτος ἔλαβε, τοὺς δύο νυμφίους νεκροὺς γενομένους ἰδών [7]· εἰ δὲ ὁ τρίτος, ἀλλ᾽ οὐχ ὁ τέταρτος, οὐδὲ ὁ πέμπτος· εἰ δὲ καὶ οὗτοι, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἕκτος ἢ [8] ὁ ἕβδομος οὐκ ἂν προσῆλθον, ἀλλ᾽ οἰωνίσαντο ἂν τὴν γυναῖκα. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι. Εἰ γὰρ νῦν πολλοὶ τοῦτο πάσχουσι, πολλῷ μᾶλλον τότε ἐκεῖνοι· ὅπου γε καὶ χωρὶς τούτου πολλάκις τὸ αὐτὸ συνοικεῖν ἔφυγον, καὶ ταῦτα τοῦ νόμου καταναγκάζοντος. Οὕτω γοῦν ἡ Ῥοὺθ ἡ Μωαβῖτις ἐκείνη γυνὴ [9] πρὸς τὸν μακροτέρῳ τῆς συγγενείας ἐξεκυλίσθη· καὶ ἡ Θάμαρ δὲ ἐντεῦθεν παρὰ τοῦ κηδεστοῦ κλέψαι σπέρμα κατηναγκάζετο. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἔπλασαν δύο ἢ τρεῖς, ἀλλ᾽ ἑπτά; Ὥστε ἐκ περιουσίας κωμῳδῆσαι, ὡς φασι, τὴν ἀνάστασιν. Διὸ καὶ [10] λέγουσι, *Πάντες ἔσχον αὐτὴν*, ὡς εἰς ἄπορόν τι αὐτὸν ἐμβάλλοντες. Τί οὖν ὁ Χριστός; Πρὸς ἀμφότερα ἀποκρίνεται, οὐ πρὸς τὰ ῥήματα, ἀλλὰ πρὸς τὴν γνώμην ἱστάμενος, καὶ πανταχοῦ τὰ ἀπόῤῥητα αὐτῶν ἐκκαλύπτων, καὶ ποτὲ μὲν αὐτὰ ἐκπομπεύων, ποτὲ δὲ τῷ συνειδότι τῶν ἐρωτώντων ἀφιεὶς τὸν ἔλεγχον. Ὅρα γοῦν ἐνταῦθα πῶς; ἀμφότερα δείκνυσι, καὶ [690] ὅτι ἀνάστασις ἔσται, καὶ ὅτι οὐ τοιαύτη ἀνάστασις, οἵαν ὑποπτεύουσι. Τί γάρ φησι; *Πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς Γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ*. Ἐπειδὴ γὰρ ὡς εἰδότες, Μωϋσέα προβάλλονται καὶ τὸν νόμον, δείκνυσιν ὅτι τοῦτο μάλιστα ἀγνοούντων ἐστὶ τὰς Γραφὰς τὸ ἐρώτημα. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τὸ πειράζειν αὐτοί· ἦν, ἐκ τοῦ τὰς Γραφὰς ἀγνοεῖν, καὶ τοῦ [11] Θεοῦ τὴν δύναμιν μὴ εἰδέναι ὡς χρή. Τί οὖν θαυμαστὸν, φησὶν, εἰ ἐμὲ πειράζετε τὸν ἔτι ἀγνοούμενον ὑμῖν, ὅπου γε οὐδὲ τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν ἴστε, ἧς τοσαύτην πεῖραν εἰλήφατε, καὶ οὔτε ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν, οὔτε ἀπὸ Γραφῶν αὐτὴν ἐγνωτε; εἰ [12] ἄρα καὶ κοινοὶ λογισμοὶ τοῦτο παρέχουσιν εἰδέναι, ὅτι τῷ Θεῷ πάντα δυνατά.

γ'. Καὶ πρῶτον μὲν πρὸς τὸ ἐρωτηθὲν ἀποκρίνεται. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦτο αἴτιον ἦν αὐτοῖς; τοῦ μὴ νομίζειν ἀνάστασιν, τὸ νομίζειν τοιαύτην εἶναι τὴν [13] τῶν πραγμάτων κατάστασιν, τὸ αἴτιον θεραπεύει, εἶτα καὶ τὸ σύμπτωμα [14] (ἀπὸ γὰρ τούτου καὶ τὸ νόσημα γέγονε)· καὶ δείκνυσι τῆς ἀναστάσεως τὸν τρόπον. *Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει*, φησὶν, *οὔτε γαμίσκονται, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ᾽ εἰσὶν ὡς ἄγγελοι Θεοῦ ἐν οὐρανῷ*. Ὁ δὲ Λουκᾶς φησιν, *Ὡς υἱοὶ Θεοῦ*. Εἰ τοίνυν οὐ γαμοῦσι, περιτὴ ἡ ἐρώτησις. Οὐ μὴν ἐπειδὴ οὐ γαμοῦσι, διὰ τοῦτο ἄγγελοι· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὡς ἄγγελοι, διὰ τοῦτο οὐ γαμοῦσιν. Ἀπὸ τούτου καὶ ἕτερα πολλὰ ἀνεῖλεν, ἅπερ ἅπαντα δι᾽ ἑνὸς ῥήματος ὁ Παῦλος ἠνίξατο εἰπών· *Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου*. Καὶ διὰ μὲν τούτων ἐδήλωσεν ἠλίκον ἡ ἀνάστασις· ὅτι δὲ καὶ ἀνάστασίς ἐστι, δείκνυσι Καίτοι συναποδείκνυται τῷ εἰρημένῳ καὶ τοῦτο. ἀλλ᾽ ὅμως ἐκ περιουσίας τῷ λόγῳ πάλιν προστίθησι λέγων. Οὐδὲ γὰρ πρὸς τὸ ἐρώτημα ἦστη μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ἔννοιαν αὐτῶν. Οὕτως ὅταν μὴ σφόδρα κακουργῶσιν, ἀλλ᾽ ἀγνοοῦντες ἐρωτῶσι, καὶ ἐκ περιουσίας διδάσκει· ὅταν δὲ ἀπὸ κακίας μόνης, οὐδὲ πρὸς τὰ ἐρωτώμενα ἀποκρίνεται. Καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ Μωϋσέως ἐπιστομίζει αὐτούς, ἐπειδὴ κἀκεῖνοι Μωϋσέα προεβάλοντο [15], καὶ φησι· *Περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεως τῶν [16] νεκρῶν οὐκ ἀνέγνωτε, ὅτι Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς* [17] *Ἰακώβ· Οὐκ ἔστι Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων*. Οὐχὶ τῶν οὐκ ὄντων, φησὶ, καὶ καθάπαξ ἀφανισθέντων, καὶ οὐκέτι ἀναστησομένων. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἦμην, ἀλλ᾽, *Εἰμὶ*· τῶν ὄντων καὶ τῶν ζώντων. Ὥσπερ γὰρ ὁ Ἀδὰμ, εἰ καὶ ἔζη τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἔφαγεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἀπέθανε τῇ ἀποφάσει· οὕτω καὶ οὗτοι, εἰ καὶ ἐτεθνήκεσαν, ἔζων τῇ ὑποστάσει τῆς ἀναστάσεως. Πῶς οὖν φησιν ἀλλαχοῦ, *Ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ*; Ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν ἐναντίον [18] τοῦτο ἐκείνῳ. Νεκρῶν γὰρ ἐνταῦθά φησι, τῶν καὶ αὐτῶν ζήσεσθαι μελλόντων. Ἄλλως δὲ καὶ ἕτερον τὸ, *Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ*, καὶ τὸ, *Ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ*. Οἶδε δὲ καὶ ἄλλην νεκρότητα, περὶ ἧς φησιν· *Ἄφετε τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς* [691] *ἑαυτῶν νεκρούς* [19]. *Καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι ἐξεπλήττοντο* [20] *ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ*. Οὐδὲ ἐνταῦθα οἱ Σαδδουκαῖοι· ἀλλ᾽ οὗτοι μὲν ἡττηθέντες ἀναχωροῦσι· τὸ δὲ ἀδέκαστον πλῆθος καρποῦται τὴν ὠφέλειαν. Ἐπεὶ οὖν τοιαύτη ἡ ἀνάστασις· [21], φέρε πάντα ποιῶμεν, ἵνα τῶν πρωτείων ἐκεῖ τύχωμεν. Εἰ δὲ δοκεῖ, καὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως δείξωμεν [22] ὑμῖν τινας ταῦτα ἐντεῦθεν ἐπιτηδεύοντας καὶ καρπουμένους, πάλιν ἐπὶ τὰς ἐρήμους ἀπελθόντες. Πάλιν γὰρ τῶν αὐτῶν ἄψομαι λόγων, ἐπειδὴ μετὰ πλείονος ἡδονῆς ἀκούοντας ὑμᾶς βλέπω. Ἴδωμεν

[66] προβάλλουσι. G. M. [67] Sic Euth. et codd. ὡς καὶ ἀδ. ἐπιχειρεῖν Mor. Ben. [67] Sic Ep. et codd. ἀπόνοιαν Edd. [68] διήλεγξε Edd. [69] τινές om. M. περὶ] πρός M. [1] συντιθέμενον M. Vulgatum tuentur Ep. Theoph. [2] δέ om. L. M. p. p. προβάλλουσι Edd. [3] γυναῖκα] add. αὐτοῦ L. M. ἀδελφῷ] add. αὐτῷ L. M. [4] ἐτελεύτησεν ἄτεκνος, καὶ μὴ H. I Mosq. ἐτελεύτησεν ἄτεκνος, Ὁμοίως (caeteris omissis) M, Ὁμοίως] add. δέ Edd. [5] τῶν ἑπτά] αὐτῶν M. Mox γυνή; Ὅρα κακουργίαν· ἵνα γὰρ μὴ ἐγκαλέσῃ... (caeteris omissis) G. K. Vulgatum tuetur Interp. [6] οἱ ἑπτά C. H. p. p. καὶ τὸν Μωϋσέα M. [7] ἰδών] ὁδῶν M. [8] ἢ] καὶ L. M. [9] γυνὴ om. M. συγγενείας] add. ἐκείνης M. Ge. add. συγγενῆ L. [10] καὶ om. G. H. p. p. ἐμβαλοῦντες H. cum Sav. ἐμβαλόντες Mor. Ben. [11] καὶ] ἐκ τοῦ L. M. μὴ εἰδέναι ὡς χρὴ pro ἀγνοεῖν. et p. p. hoc pro illo habet M. [12] εἰ] κἂν περ G. εἰ om. L. M. Articulum ante κοινοὶ delevi, jubentibus G. H. K. L. [13] Sic L. τὴν vulgo deest. πραγμάτων] add. τότε Edd. [14] τὰ συμπτώματα H. εἶτα καὶ... γέγονε] « Desunt haec omnia in nostris Mss. et apud Interp. » Sav. His addit eorum G. K. [15] προεβάλλοντο H. K. περιεβάλλοντο L. [16] τῶν deest in Edd. [17] ὁ Θεὸς bis om. L. M. invitis Mosqq. Mox ἅπαξ G. H. K. [18] ἐναντίον] ἴσον G. [19] Haec Ἄλλως δέ.... τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς desunt in G. K. et uno Mosq. Priora ab ἄλλως usque ad κυριεύσῃ, etiam ab Interprete praetermissa, delevit Sav. [20] ἐξεπλήσσοντο L. M. [21] ΠΑΥΣΩΝ. Περὶ μοναχῶν, καὶ ὅτι δόκιμοί εἰσι στρατιῶται παρὰ τοὺς ὑπλισμένους δόρατα· ἐν ᾧ καὶ περὶ τρυφώντων καὶ μὴ τρυφώντων, καὶ ὅθεν ἀμφοτέρων συλλέγονται αἱ τράπεζαι G. [22] δείξομεν H. et corr. G.

Digitized by Google

sunt. Ergo credere, ergo stupere oportebat [1]. Nam divinitatis suæ demonstrationem exhibebat, cum secreta revelasset, et leniter ipsorum ora obstruxit. Quid igitur? num crediderunt? Minime; sed, ait, 22. *Dimittentes eum abierunt*, 23. *et post eos accesserunt Sadducæi.* O amentiam! Illis ad obmutescendum compulsis, hi aggrediuntur, cum oportuisset illos timidius accedere. Sed hujusmodi est audacia, impudens petulansque, ita ut illa tentet quæ effici non possunt. Quapropter evangelista de illorum arrogantia stupefactus, idipsum significat dicens : *In illa die accesserunt. In illa*, in qua? In ea quæ illorum nequitiam redarguit, ipsosque pudore suffudit. Quinam sunt Sadducæi? Hæresis est Judæorum, quæ differt a Pharisæis, illisque longe inferior, cujus opinio erat, non esse resurrectionem, neque angelum, neque spiritum. Rudiores enim erant, et corporalia tantum agnoscebant. Nam multæ apud Judæos sectæ erant. Ideo ait Paulus : *Pharisæus sum* (*Act.* 23. 6), quæ accuratissima apud nos secta est. Hi autem Sadducæi directe quidem nihil de resurrectione dicunt : sed narrationem quamdam confingunt, et rem numquam, ut puto, gestam comminiscuntur, sperantes se illum in angustias conjecturos esse, volebantque hæc ambo confutare, et resurrectionem esse, et resurrectionem talem, qualis dicebatur. Hi rursum modeste accedunt, dicentes : 24 *Magister, Moyses dixit : Si quis moriatur, non habens filios, ducet frater ejus uxorem illius, et suscitabit semen fratri suo* (*Deut.* 25. 5). 25. *Erant apud nos septem fratres : et primus duxit uxorem, et defunctus est non habens filios.* 26. *Similiter secundus, et tertius, usque ad septimum.* 27. *Novissime autem omnium mortua est et mulier.* 28. *In resurrectione igitur cujus ex septem erit uxor?* Vide respondentem doctoris more. Licet enim et ipsi maligne accesserant, attamen interrogatio ex ignorantia magis procedebat. Ideo non vocat illos hypocritas. Deinde ne objiceret, cur septem unam habuissent uxorem, Moysen afferunt : etiamsi, ut jam dixi, id secundum meam opinionem, merum commentum esset. Neque enim tertius accepisset, duos jam sponsos defunctos videns : si tamen tertius, certe non quartus, nec quintus, multoque minus sextus et septimus; sed uxorem suspectam habuissent. Tales quippe sunt Judæi. Nam si multi nunc ita sunt affecti, multo magis tunc temporis : quandoquidem, hoc etiam amoto obice, hæc connubia tunc fugiebant, etiamsi id lex præciperet. Sic Ruth Moabitis in remotiorem cognationis suæ devoluta est; et Thamar a socero semen furari coacta est. Cur autem non duos aut tres, sed septem fuisse fratres commenti sunt? Ut magis (ita putabant) resurrectionem traducerent. Ideo dicunt, *Omnes habuerunt illam*, ut ipsum in angustias conjicerent. Quid ergo Christus? Ad utrumque respondet, non ad verba, sed ad mentem eorum respiciens, et ubique secretam illorum opinionem patefaciens; aliquando illam manifeste refellens, aliquando interrogantium conscientiæ confutationem relinquens. Hic nunc vide quomodo et resurrectionem esse probet, et non talem qualem ipsi suspicabantur. Quid enim ait? 29. *Erratis nescientes Scripturas, neque potentiam Dei.* Quia enim, ut qui Moysen nossent, legem allegant, ostendit ignorantium Scripturas esse talem interrogationem. Hinc enim ad tentandum accesserunt, quod Scripturas non ut par erat intelligerent, et Dei potentiam ignorarent. Quid ergo mirum, inquit, si me tentatis, quem adhuc non cognoscitis, quando ne Dei quidem potentiam nostis, cujus tantam experientiam habetis, ac neque ex communibus cogitationibus, neque ex Scripturis illam nostis, si tamen communes cogitationes eam notitiam præbeant; Deo omnia esse possibilia?

3. Et primo quidem ad quæsitum respondet. Quia enim in causa illis erat cur resurrectionem esse non putarent, quod crederent talem tunc esse rerum conditionem, causam removet, et quod ex illa causa accidebat (inde enim morbus ortus erat), ac resurrectionis modum ostendit : ait enim : 30. *In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt ut angeli Dei in cœlo.* Lucas vero ait, *Sicut filii Dei* (*Luc.* 20. 36). Si ergo non nubunt, superflua est interrogatio. Neque ideo angeli sunt, quod non nubant; sed quia ut angeli sunt, ideo non nubunt. Hinc multa quoque alia sustulit, quæ omnia una voce Paulus subindicavit dicens : *Præterit enim figura hujus mundi* (1. *Cor.* 7. 31) Hisque ostendit qualis sit resurrectio, et quod vere resurrectio sit futura : etsi vero illud una probatum fuerit, attamen ex abundanti illud rursum adjicit. Neque enim interrogationi modo satisfecit, sed etiam illorum cogitationi. Sic quando non ex tanta malitia, sed ex ignorantia interrogant, amplius docet : quando autem ex nequitia tantum interrogatio proficiscitur, neque interrogationi respondet. Rursum autem ex Moyse illos confutat, quia ipsi Moysen obtendebant, et ait : 31. *De resurrectione vero mortuorum non legistis*, 32. *Quoniam ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob* (*Exod.* 6. 3)? *Non est Deus mortuorum, sed vivorum.* Non est inquit, non exsistentium, et eorum qui prorsus ex medio sublati sunt, nec umquam resurrecturi. Non enim dixit, Eram, sed, *Sum*, exsistentium nempe et viventium. Sicut enim Adam, licet viveret qua die manducavit de ligno, sententia prolata mortuus est : sic et isti, licet mortui essent, ex promissione resurrectionis vivebant. Quomodo igitur ait alibi, *Ut et mortuis et vivis dominetur* (*Rom.* 14. 9)? Verum non est hoc illi contrarium. Nam hic de mortuis loquitur, qui postea victuri sunt. Alioquin autem aliud est, *Ego Deus Abraham*, et aliud, *Ut mortuorum et vivorum dominetur.* Novit et aliam mortem, de qua dicit : *Sinite mortuos sepelire mortuos suos* (*Luc.* 9. 60). 33. *Et audientes turbæ mirabantur de doctrina ejus.* Neque hic Sadducæi; sed victi recesserunt : multitudo autem non addicta partibus hinc utilitatem carpit. Quia igitur talis est resurrectio, age, nihil non agamus, ut primas illic referamus. Et si placet, ostendamus vobis quosdam qui etiam ante resurrectionem, resus-

[1] Hæc, *Ergo credere, ergo stupere oportebat*, desunt in Morel.

Digitized by Google

citatorum vitam et beatitudinem anticipant: solitudinem rursum petamus; nam idem rursus argumentum tractabo, quia vos cum voluptate hæc audire conspicio. Videamus ergo hodie exercitus illos spirituales: videamus voluptatem timore omni vacuam. Non enim cum hastis tabernacula occupant, ut milites (nam hic nuper dicendi finem feci), neque cum clipeis et loricis: sed his omnibus nudos videbis, taliaque operantes, quæ non possunt illi cum armis facere. Si possis videre, veni, et manum mihi porrige, eamus ambo ad hoc bellum, videamusque aciem. Nam et hi quotidie pugnant, inimicos occidunt, et concupiscentias omnes nobis insidiantes vincunt: illas videbis humi jacentes, nullo præditas motu: et apostolicum dictum illud opere completum conspicies, *Qui Christi sunt, carnem crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis* (*Gal.* 5. 24). Vidisti multitudinem mortuorum jacentium, gladio spiritus occisorum? Ideo non est illic ebrietas, non voracitas. Id ostendit mensa, et tropæum ibi erectum. Ebrietas enim et voracitas jacent mortuæ, ab aquæ potu fugatæ, illa scilicet multiformis et multiceps fera. Quemadmodum enim apud mythologos Scylla et Hydra, sic et ebrietas multa capita habet: hinc fornicatio, inde ira, aliunde mollities, aliunde turpes amores. Verum hic ista omnia sublata sunt; etiamsi illi exercitus in sexcentis bellis superent, ab his hostibus vincuntur: nec tela, nec hastæ, nec quid simile potest contra has phalanges stare: sed istos gigantes, strenuos, qui innumera fortiter agunt, invenias sine vinculis ligatos somno et ebrietate, sine cæde, sine vulneribus, ac sicut vulnerati jacentes, imo multo gravius. Illi namque saltem motum aliquem habent; hi vero secus, sed statim concidunt. Vides tunc exercitum et majorem et mirabiliorem esse? Nam victores illos milites sola voluntate confodit. Illam enim matrem omnium malorum ita infirmam reddunt, ut molesta postea esse non possit. Duce autem lapso, et sublato capite, reliquum corpus quiescit: hancque victoriam a singulis ibi manentibus reportatam cernas. Non enim ut in hisce bellis, qui semel ab uno vulneratus est, et semel cecidit alii vix potest plagam inferre: sed necesse est ut omnes hanc feram confodiant: et qui non ferit illam, nec dejicit, exagitatur plane.

4. *Sobrietatis victoriæ. Sæcularium mensarum deliciæ.* —Vidistin' splendidam victoriam? Tropæum enim, quod omnes simul exercitus qui per orbem sunt erigere non possunt, unusquisque horum erigit; omnia jacent simul vulnerata: absurda stoliditatis verba, vesaniæ cogitationes, vapor injucundus, et omnia quæ ex ebrietate armari solent: atque imitantur Dominum suum, de quo Scriptura mirabunda dicit: *De torrente in via bibet; propterea exaltabit caput* (*Psal.* 109. 7). Vultisne e regione mortuorum multitudinem aspicere? Delicias videamus ex concupiscentia ortas, quæ ex pulmentariis, coquis, mensarum structoribus, placentarum artificibus suppeditantur. Pudet omnia illa dicere: attamen phasianas aves proferam, jura fusim mixta, humida, sicca edulia, leges his rebus positas. Nam quasi rempublicam gubernantes, et aciem instruentes, sic et isti hoc et hoc primum, hoc et hoc secundum constituunt. Et alii quidem primum aves supra carbones assas, piscibusque fartas offerunt; alii alia initia immoderatarum cœnarum statuunt: multaque circa hæc est concertatio et de qualitate, et de ordine, et de copia: atque de illis concertant, de quibus suffodi deberent; alii quod dimidium diem, alii quod totum in illis insumant, alii quod noctem quoque adjiciant. Dicendumque illis, Vide, miser, mensuram ventris, et de immoderato studio erubesce. Verum nihil hujusmodi apud angelos illos; sed et hæc et omnes concupiscentiæ mortuæ ibi sunt. Non enim ad saturitatem et voluptatem, sed ad necessitatem cibum sumunt: nulli ibi aucupes, nec piscatores; sed panis et aqua. Sollicitudo autem hæc, tumultus, perturbationes, omnia demum inde pulsa sunt, tum a tugurio, tum a corpore, magnus ibi portus: apud illos autem plurima tempestas. Rescinde igitur cogitatione ventrem eorum qui talibus cibis ingurgitantur, videbis congeriem magnam, impuros canales, *sepulcrum dealbatum* (*Matth.* 23. 27): quæ sequuntur vero pudet dicere, ructus insuaves, vomitus, egestiones sursum deorsum. At in solitudine hasce concupiscentias mortuas vide, necnon vehementiores inde ortos amores, venereos dico: hos quippe omnes projectos videbis cum equis, cum jumentis. Jumentum enim, telum, equus ad obscœnum opus exprimendum adhibeantur. Sed videbis simul equum et ascensorem talem, et tela jacentia: illic vero contraria omnia, animas mortuas[1] dejectas. Neque in mensa tantum victoria sanctis illis conspicua, sed et in aliis, in pecuniis, in gloria, in livore, in ægritudinibus omnibus. Annon ergo videtur tibi hic exercitus fortior illo, et hæc mensa melior? Quis contradicat? Nemo, ne quidem ex illis, etiamsi admodum furens sit. Hæc quippe in cælum mittit, illa ad gehennam trahit: hanc diabolus parat, illam Christus: hanc voluptas et luxus disponit, illam philosophia et temperantia: hic Christus adest, illic diabolus. Ubi enim ebrietas, ibi diabolus est: ubi obscœna verba, ubi saturitas, ibi dæmones choreas agunt. Talem habuit mensam dives ille; ideoque nec stillam aquæ habebat (*Luc.* 16. 24).

5. At monachi non talem habent, sed angelorum vitam vivunt, nec uxores ducunt, neque diu dormiunt, nec deliciis student; sed præterquam in paucis quibusdam, incorporei videntur. Quis igitur est qui tam facile hostes fundere possit, ut prandium sumendo, tropæum erigat? Ideoque ait propheta: *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me* (*Psal.* 22. 5). Non enim errabit si quis hoc eloquium mensam spectare dixerit. Nihil enim sic animam turbat, ut concupiscentia absurda, deliciæ ciborum, ebrietas, et mala quæ inde oriuntur: et hoc norunt qui harum rerum periculum fecerunt. Si autem didiceris, unde hæc mensa colligatur, unde illa, tunc probe scies quæ sit inter utramque differentia.

[1] In quibusdam legitur, *illic vero contraria omnia, corpore vulnerata, animus mortuus.*

Digitized by Google

τοίνυν καὶ τήμερον τὰ στρατόπεδα τὰ πνευματικὰ· ἴδωμεν τὴν φόβου καθαρὰν ἡδονήν. Οὐ γὰρ μετὰ δοράτων εἰσὶν ἐσκηνωμένοι, καθάπερ οἱ στρατιῶται (ἐνταῦθα γὰρ πρώην κατέλυσα τὸν λόγον), οὐδὲ μετὰ ἀσπίδων καὶ θωράκων· ἀλλὰ γυμνοὺς ὄψει τούτων ἁπάντων, καὶ τοιαῦτα ἐργαζομένους, οἷα οὐδὲ μετὰ ὅπλων ἐκεῖνοι. Καὶ εἰ δύνασαι συνιδεῖν, ἐλθὲ, καὶ χεῖρά μοι δρεξον, καὶ ἴωμεν εἰς τὸν πόλεμον τοῦτον ἀμφότεροι, καὶ ἴδωμεν τὴν παράταξιν. Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι καθ' ἑκάστην πολεμοῦσι τὴν ἡμέραν, καὶ σφάττουσι τοὺς ὑπεναντίους [58], καὶ νικῶσι τὰς ἐπιθυμίας ἁπάσας τὰς ἐπιβουλευούσας ἡμῖν. Καὶ ὄψει ταύτας ἐρριμμένας χαμαὶ, καὶ μηδὲ σπαίρειν δυναμένας· ἀλλὰ [59] τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο διὰ τῶν ἔργων δεικνύμενον, ὅτι *Οἱ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.* Εἶδες πλῆθος νεκρῶν κειμένων [60], ἐσφαγμένων τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος; Διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκεῖ μέθη, οὐδὲ ἀδηφαγία. Καὶ δείκνυσιν ἡ τράπεζα, καὶ τὸ τρόπαιον τὸ ἐπ' [61] αὐτῇ ἑστηκός. Ἡ γὰρ μέθη καὶ ἡ ἀδηφαγία κεῖται νεκρὰ διὰ τῆς ὑδροποσίας τροπωθεῖσα [62], τὸ πολυειδὲς τοῦτο καὶ πολυκέφαλον θηρίον. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς μυθοποιουμένης Σκύλλης καὶ Ὕδρας, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς μέθης πολλὰς ἔστι κεφαλὰς ἰδεῖν· ἐντεῦθεν πορνείαν, ἐκεῖθεν ὀργὴν, ἄλλοθεν βλακείαν, ἑτέρωθεν ἔρωτας ἀτόπους φυομένους· ἀλλὰ [63] πάντα ταῦτα ἀνῄρηται. Καίτοιγε ἐκεῖνα πάντα [64] τὰ στρατόπεδα, κἂν μυρίων περιγένωνται πολέμων, ὑπὸ τούτων ἁλίσκονται· καὶ οὔτε ὅπλα, οὔτε δόρατα, οὐχ ὅπερ ἂν ἕτερον ᾖ, δύναται πρὸς ταύτας στῆναι τὰς φάλαγγας· ἀλλ' αὐτοὺς [65] τοὺς γίγαντας, τοὺς ἀριστέας, τοὺς τὰ μυρία ἀνδραγαθοῦντας, εὕροις ἂν χωρὶς δεσμῶν δεδεμένους ὕπνῳ καὶ μέθῃ, χωρὶς σφαγῆς καὶ τραυμάτων, καθάπερ τοὺς τετραυματισμένους, κειμένους, μᾶλλον δὲ καὶ [66] χαλεπώτερον. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ κἂν σπαίρουσιν· οὗτοι δὲ οὐδὲ τοῦτο, ἀλλ' εὐθέως καταπίπτουσιν. Ὁρᾷς ὅτι μεῖζον τοῦτο τὸ στρατόπεδον καὶ θαυμαστότερον; τοὺς γὰρ ἐκείνων περιγινομένους [67] πολεμίους ἀναιρεῖ τῷ θελῆσαι μόνον. Οὕτω γὰρ αὐτὴν ἀσθενῆ τὴν μητέρα ἁπάντων τῶν κακῶν [68] ποιοῦσιν, ὡς μηδὲ ἐνοχλεῖν λοιπόν· τοῦ δὲ στρατηγοῦ κειμένου, καὶ τῆς κεφαλῆς ἀνῃρημένης, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ἡσυχάζει. Καὶ τὴν νίκην ταύτην ἕκαστον τῶν ἐκεῖ μενόντων ἐργαζόμενον ἴδοι τις ἄν. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τούτων τῶν πολέμων [69] ἐὰν ὑφ' ἑνὸς [692] τις λάβῃ πληγὴν, ἑτέρῳ λοιπὸν οὐκ ἔστι βαρὺς καταπεσὼν ἁπαξ· ἀλλ' ἀνάγκη πάντας τὸ θηρίον τοῦτο παίειν· καὶ ὁ μὴ πλήξας αὐτὴν [70], καὶ καταβαλών, ἐνοχλεῖται πάντως.

8. Εἶδες νίκην λαμπράν; Οἷον γὰρ τὰ στρατόπεδα τὰ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ὁμοῦ συνελθόντα στῆσαι τρόπαιον οὐκ ἰσχύει [71], τοῦτο ἕκαστος ἐκείνων ἵστησι· καὶ πάντα ἀναμέμικται τετρωμένα [72], παράφορα παραπληξίας ῥήματα, νοήματα μανικὰ, ἀηδὴς τῦφος, πάντα ὅσα ἀπὸ μέθης ὀπλίζεται. Καὶ μιμοῦνται τὸν ἑαυτῶν Δεσπότην, ὃν ἡ Γραφὴ θαυμάζουσα ἔλεγεν· *Ἐκ χειμάρρου ἐν ὁδῷ πίεται· διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν.* Βούλεσθε καὶ ἕτερον [73] πλῆθος νεκρῶν ἰδεῖν; Ἴδωμεν τὰς ἐκ τῆς τρυφῆς ἐπιθυμίας, τὰς ἐκ τῶν ὀψοποιῶν, τῶν μαγείρων, τῶν τραπεζοποιῶν, τῶν πλακουντοποιῶν. Αἰσχύνομαι μὲν γὰρ πάντα διηγούμενος· πλὴν ἀλλ' ὅμως· ἐρῶ τὰς ὄρνεις τὰς ἀπὸ Φάσιδος, τοὺς ζωμοὺς τοὺς χύδην μιγνυμένους, τὰ ὑγρὰ, τὰ ξηρὰ ἐδέσματα, τοὺς περὶ τούτων κειμένους νόμους. Καθάπερ γάρ τινα πόλιν οἰκοῦντες [74], καὶ στρατόπεδα διατάττοντες, οὕτω καὶ οὗτοι, τὸ καὶ τὸ πρῶτον, καὶ τὸ καὶ τὸ [75] δεύτερον νομοθετοῦσι καὶ κατατάττουσι. Καὶ οἱ μὲν πρῶτον [76] ὄρνεις ἐπ' ἀνθράκων ὠπτημένας, ἔνδοθεν μεμεστωμένας ἰχθύων εἰσάγουσιν· ἕτεροι δὲ ἄλλοθεν τὰ προοίμια ποιοῦνται τῶν παρανόμων τούτων δείπνων· καὶ ἅμιλλα πολλὴ περὶ τούτων, καὶ ὑπὲρ ποιότητος, καὶ ὑπὲρ τάξεως, καὶ ὑπὲρ πλήθους· καὶ φιλοτιμοῦνται ἐφ' οἷς κατορύττεσθαι ἔδει, οἱ μὲν ὅτι τὸ ἥμισυ τῆς ἡμέρας ἀνάλωσαν, οἱ δὲ πᾶσαν αὐτὴν, οἱ δὲ ὅτι καὶ τὴν νύκτα προσέθηκαν λέγοντες· Ἴδε τὸ μέτρον, ταλαίπωρε, τῆς γαστρὸς, καὶ αἰσχύνθητι τὴν ἄμετρον σπουδήν. Ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον παρὰ τοῖς ἀγγέλοις ἐκείνοις· ἀλλὰ καὶ αὗται πᾶσαι αἱ ἐπιθυμίαι νεκραί. Οὐ γὰρ εἰς πλησμονὴν καὶ τρυφὴν, ἀλλ' εἰς χρείαν αὐτοῖς αἱ τροφαί. Οὐκ ὀρνίθων ἐκεῖ θηράται, οὐδὲ ἰχθύων, ἀλλ' ἄρτος καὶ ὕδωρ. Ἡ δὲ σύγχυσις αὕτη, καὶ ὁ θόρυβος, καὶ αἱ ταραχαὶ, πάντα ἐκποδὼν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπὸ τοῦ δωματίου, καὶ ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ πολὺς ὁ λιμήν· παρὰ δὲ τούτοις πολλὴ ἡ ζάλη. Ἀνάρρηξον σὺν τῷ λόγῳ τὴν γαστέρα τῶν τὰ τοιαῦτα σιτουμένων, καὶ ὄψει τὸν πολὺν φορυτὸν, καὶ τὸν ἀκάθαρτον ὀχετὸν, καὶ τὸν κεκονιαμένον τάφον. Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα καὶ αἰσχύνομαι εἰπεῖν, τὰς ἐργὰς τὰς ἀηδεῖς, τοὺς ἐμέτους, τὰς κάτωθεν, τὰς ἄνωθεν ἐκκρίσεις. Ἀλλὰ καὶ ταύτας ἴθι καὶ βλέπε νεκρὰς τὰς ἐπιθυμίας ἐκεῖ, καὶ τοὺς ἀπὸ τούτων σφοδροτέρους ἔρωτας· τοὺς τῶν ἀφροδισίων λέγω. Καὶ γὰρ καὶ τούτους ὄψει πάντας ἐρριμμένους μετὰ τῶν ἵππων, μετὰ τῶν σκευοφόρων. Σκευοφόρος γὰρ καὶ ὅπλον καὶ ἵππος αἰσχρᾶς πράξεως ῥῆμά ἐστιν αἰσχρόν. Ἀλλ' ὄψει ἵππον ὁμοῦ καὶ ἀναβάτην τοιοῦτον, καὶ ὅπλα κείμενα· ἐκεῖ δὲ τοὐναντίον ἅπαν, καὶ ψυχὰς νεκρὰς ἐρριμμένας [693]. Οὐκ ἐπὶ τῆς τραπέζης δὲ μόνον ἡ νίκη λαμπρὰ τοῖς ἁγίοις ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· ἐπὶ τῶν χρημάτων, ἐπὶ τῆς δόξης, ἐπὶ τῆς βασκανίας, ἐπὶ τῶν νοσημάτων ἁπάντων. Ἆρά σοι οὐ δοκεῖ τοῦτο ἐκείνου τοῦ στρατοπέδου ἰσχυρότερον εἶναι, καὶ ἡ τράπεζα βελτίων; Καὶ τίς ἀντερεῖ; Οὐδεὶς, οὐδὲ αὐτῶν ἐκείνων, κἂν σφόδρα μαινόμενος ᾖ. Αὕτη μὲν γὰρ εἰς οὐρανὸν παραπέμπει, ἐκείνη δὲ εἰς γέενναν ἕλκει· ταύτην ὁ διάβολος διατάττεται, ἐκείνην δὲ ὁ Χριστός· ταύτην τρυφὴ νομοθετεῖ καὶ ἀκολασία, ἐκείνην δὲ φιλοσοφία καὶ σωφροσύνη· ἐνταῦθα ὁ Χριστὸς παραγίνεται, ἐκεῖ δὲ ὁ διάβολος. Ἔνθα γὰρ μέθη, διάβολος· ἔνθα αἰσχρὰ ῥήματα, ἔνθα πλησμονὴ, ἐκεῖ δαίμονες χορεύουσι. Τοιαύτην εἶχε τράπεζαν ὁ πλούσιος ἐκεῖνος· διὰ τοῦτο οὐδὲ σταγόνος ὕδατος κύριος ἦν.

Ἀλλ' οὐχ οὗτοι τοιαύτην, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀγγέλων ἤδη μελετῶσιν. Οὐ γαμοῦσιν, οὐδὲ γαμίσκονται, οὐδὲ καθεύδουσιν ἄρδην, οὐδὲ τρυφῶσιν· ἀλλὰ πλὴν ὀλίγων τινῶν καὶ ἀσώματοι γεγόνασι. Τίς οὖν ἐστιν οὕτως εὐκόλως νικῶν τοὺς ἰχθροὺς, ὡς ἀριστοποιούμενος τρόπαιον ἱστᾷ; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης φησίν· *Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με.* Οὐ γὰρ ἂν τις ἁμάρτοι καὶ περὶ ταύτης τοῦτο εἰπὼν τὸ λόγιον τῆς τραπέζης. Οὐδὲν γὰρ οὕτω θλίβει ψυχὴν, ὡς ἐπιθυμία ἄτοπος, καὶ τρυφὴ, καὶ μέθη, καὶ τὰ ἐκ τούτων κακά· καὶ τοῦτο ἴσασιν οἱ πεῖραν εἰληφότες καλῶς. Εἰ δὲ μάθοις καὶ πόθεν αὕτη συλλέγεται ἡ τράπεζα, καὶ πόθεν ἐκείνη, τότε δῆλον καλῶς ἑκατέρας τὸ διάφορον. Πό-

[58] ἐναντίους G. H. K. [59] ἀλλὰ] καὶ G. H K. δεικνύμενον] add. λόγιον τὸ λέγον Sav. Ben. [60] κείμενον K. M. [61] ἐπ'] ἐν G. H. Mor. Ἡ μὲν γὰρ G. H. K. [62] τρωθεῖσα M. σταυρωθεῖσα Mor. [63] ἀλλὰ] add. ἐνταῦθα Sav. Ben. [64] πάντα deest in iisdem. πολέμων] πολεμίων Sav. βαρβάρων L. [65] ἀλλ' αὐτοὺς] Sic G. H. K. L. Ge. Edebatur ἀλλὰ τούτους. [66] καὶ] add. πολλῷ G. H. [67] περιγενομένους L. M. [68] ἀπ. τῶν κ.] τῶν κακῶν τούτων A. L. M. invito Interp. [69] πολεμίων G. K. *pugnis* Ge. [70] αὐτὴν] αὐτὸ G. H. K. αὐτὴν τὴν μέθην M. Mor. [71] οὐκ ἰσχύει] οὐ δύνανται M. [72] τετρωμένα] καὶ τετρωμένα G. παραπληξίας] παραπληξία L. ἀηδὴς] καὶ ἀηδὴς H. M. καὶ ἀηδῆ L. καὶ πάντα ἀναμέμικται τετρωμένα καὶ παράφορα παραπληξίας ῥήματα. νοσήματα μανικὰ καὶ ἀηδῆ, τῦφος Mor. καὶ πάντα ἀνατέτραπται, παρακεκομμένα καὶ παράφορα (cætera ut Mor.) Sav. Ben. quæ lectio est Regii 688. [73] ἑτέρωθεν G. L. [74] διοικοῦντες L. M. [75] καὶ τὸ καὶ τὸ] καὶ τό L. M. καὶ H. διατάττοντες, οὕτω τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον νομοθετοῦσι G. [76] τὸ πρῶτον Edd. p. p. ὀπτημένας K. οἰδημένας M.

Digitized by Google

θενοῦν αὕτη συλλέγεται; Ἀπὸ μυριωνδαχρύων, ἀπὸ χηρῶν πλεονεκτουμένων, ἀπὸ ὀρφανῶν ἁρπαζομένων· ἡ δὲ ἀπὸ πόνων δικαίων. Καὶ ἔστιν αὕτη μὲν ἡ τράπεζα γυναικὶ καλῇ καὶ εὐειδεῖ, οὐδενὸς τῶν ἔξωθεν δεομένῃ, ἀλλὰ φυσικὸν ἐχούσῃ τὸ κάλλος· ἐκείνη δὲ, πόρνῃ τινὶ αἰσχρᾷ καὶ ξυσειδεῖ, πολλὰ μὲν ἐπιτρίμματα ἐχούσῃ, οὐκ ἰσχυούσῃ δὲ συσκιάσαι τὴν ἀμορφίαν, ἀλλ' ὅσῳ ἂν ἐγγὺς γίνηται, μᾶλλον ἐλεγχομένῃ. Καὶ γὰρ καὶ αὕτη ὅταν ἐγγυτέρω γένηται τοῦ συγγινομένου, τότε δείκνυσι τὸ αἶσχος μᾶλλον. Μὴ γάρ μοι ἀνιόντας ἴδῃς τοὺς δαιτυμόνας, ἀλλὰ καὶ κατιόντας, καὶ τότε αὐτῆς ὄψει τὴν αἰσχρότητα. Ἐκείνη μὲν γὰρ τοὺς συγγινομένους, ἅτε ἐλευθέρα οὖσα, οὐδὲν ἀφίησιν αἰσχρὸν εἰπεῖν· αὕτη δὲ οὐδὲν σεμνὸν, ἅτε πόρνη οὖσα [67-68] καὶ ἠτιμωμένη. Αὕτη τὸ χρήσιμον ζητεῖ τοῦ συνόντος αὐτῇ· ἐκείνη δὲ τὸ ἐπιβλαβές. Καὶ ἡ μὲν οὐκ ἀφίησι προσκροῦσαι Θεῷ· ἡ δὲ οὐκ ἀφίησι μὴ προσκροῦσαι. Ἀπίωμεν τοίνυν πρὸς ἐκείνους. Ἐκεῖθεν εἰσόμεθα πόσοις δεσμοῖς ἐσμεν περιβεβλημένοι· ἐκεῖθεν εἰσόμεθα τράπεζαν παρατίθεσθαι μυρίων γέμουσαν ἀγαθῶν, ἡδίστην, ἀδάπανον, φροντίδος ἀπηλλαγμένην, φθόνου καὶ βασκανίας καὶ νόσου πάσης ἐλευθέραν, καὶ χρηστῆς γέμουσαν ἐλπίδος, καὶ πολλὰ τὰ τρόπαια ἔχουσαν. Οὐκ ἔστι θόρυβος ψυχῆς [67] ἐκεῖ, οὐκ ἔστιν ὀργὴ· πάντα γαλήνη, πάντα εἰρήνη. Μὴ γάρ [693] μοι τὴν σιγὴν τῶν διακονούντων εἴπῃς ἐν ταῖς τῶν πλουσίων οἰκίαις, ἀλλὰ τὴν κραυγὴν τῶν ἀριστοποιουμένων· οὐ τὴν πρὸς ἀλλήλους λέγω (καὶ αὕτη μὲν γὰρ καταγέλαστος), ἀλλὰ τὴν ἔνδον, τὴν ἐν τῇ ψυχῇ, τὴν πολλὴν ἐπάγουσαν αἰχμαλωσίαν, τοὺς θορύβους, τῶν λογισμῶν, τὴν ζάλην, τὸν ζόφον, τὸν χειμῶνα· δι' ὧν ἅπαντα μίγνυται καὶ συγχέεται, [68] καὶ νυκτομαχίᾳ τινὶ προσέοικεν. Ἀλλ' οὐκ ἐν ταῖς σκηναῖς τῶν μοναχῶν τοιαῦτα [69]· ἀλλὰ πολλὴ ἡ γαλήνη, πολλὴ ἡ ἡσυχία. Κἀκείνην ὕπνος θανάτῳ προσεοικὼς διαδέχεται τὴν τράπεζαν, ταύτην δὲ νῆψις καὶ ἀγρυπνία· ἐκείνη κόλασις, ταύτην οὐρανῶν βασιλεία καὶ τὰ ἀθάνατα βραβεῖα. Ταύτην τοίνυν διώκωμεν, ἵνα καὶ τῶν καρπῶν αὐτῆς ἀπολαύσωμεν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[67-68] οὖσα om. L. M. Mox αὐτῇ om. hidem. [67] ψυχῆς om. G. K. θόρυβος; ἐκεῖ ψυχῆς; H. λύπη] νόσος C H K. [68] συγχέχυται G. K. [69] ταῦτα G. K.

ΟΜΙΛΙΑ ΟΑ'.

Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες, ὅτι ἐφίμωσε τοὺς Σαδδουκαίους, συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό· καὶ ἐπηρώτησεν εἷς ἐξ αὐτῶν νομικὸς, πειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων· Διδάσκαλε, ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ;

α'. Πάλιν τὴν αἰτίαν τίθησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, δι' ἣν ἔδει σιγῆσαι, καὶ τὴν θρασύτητα τὴν ἐκείνων κἀντεῦθεν ἐνδείκνυται [69]. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ὅτι ἐπιστομισθέντων ἐκείνων οὗτοι πάλιν ἐπιτίθενται. Δέον γὰρ κἀντεῦθεν ἡσυχάζειν, οἱ δὲ ἐπαγωνίζονται τοῖς προτέροις, καὶ προβάλλονται τὸν νομικὸν, οὐ μαθεῖν βουλόμενοι, ἀλλὰ ἀπόπειραν ποιούμενοι· καὶ ἐρωτῶσι, *Ποία ἐντολὴ πρώτη;* Ἐπειδὴ γὰρ ἡ πρώτη αὕτη ἦν, τὸ [61], *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου· προσδοκῶντές τινα λαβὴν παρέξειν αὐτοῖς, ὡς ἐπιδιορθωσόμενον αὐτὴν, διὰ τὸ καὶ αὐτὸν δεικνύναι ἑαυτὸν Θεῖον, προβάλλονται τὴν ἐρώτησιν. Τί οὖν ὁ Χριστός; Δεικνὺς ὅθεν ἦλθον ἐπὶ ταῦτα, ἀπὸ τοῦ μηδεμίαν ἔχειν ἀγάπην, ἀπὸ τοῦ φθόνῳ τήκεσθαι, ἀπὸ τοῦ ζηλοτυπίᾳ ἁλίσκεσθαι, φησίν· *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου· αὕτη πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή. Δευτέρα δὲ ὁμοία ταύτῃ* [62]· *Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.* Διατί δὲ, *Ὁμοία ταύτῃ;* Ὅτι αὕτη ἐκείνην προσδοκωμένη, καὶ παρ' αὐτῆς συγκροτεῖται πάλιν. *Πῶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς·* καὶ πάλιν· *Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός.* Καὶ τί ἀπὸ [63] τούτου; *Διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασι.* Καὶ πάλιν· *Ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἡ* [64] *φιλαργυρία, ἧς τινες ὀρεγόμενοι ἀπεπλανήθησαν τῆς* [65] *πίστεως·* καὶ, *Ὁ ἀγαπῶν με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσει. Αἱ δὲ ἐντολαὶ αὐτοῦ* [66], καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτῶν· *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.* Εἰ τοίνυν τὸ ἀγαπᾷν τὸν [693] Θεὸν ἀγαπᾷν τὸν πλησίον ἐστὶν· *Εἰ γὰρ φιλεῖς με,* φησὶν, *ὦ Πέτρε, πολμαινε τὰ πρόβατά μου·* τὸ δὲ ἀγαπᾷν τὸν πλησίον τῶν ἐντολῶν ἐργάζεται φυλακὴν, εἰκότως φησίν· *Ἐν ταύταις* [67] *ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται.* Διὰ δὴ τοῦτο ὅπερ ἔμπροσθεν ἐποίησε, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ. Καὶ γὰρ ἐκεῖ [68] ἐρωτηθεὶς περὶ τρόπου ἀναστάσεως, καὶ ἀνάστασιν [69] ἐδίδαξε, πλέον οὐ ἐπύθοντο παιδεύων αὐτούς [60]· καὶ ἐνταῦθα τὴν πρώτην ἐρωτηθεὶς, καὶ τὴν δευτέραν λέγει, οὐ σφόδρα ἐκείνης ἀποδέουσαν· (δευτέρα μὲν γὰρ, ὁμοία δὲ ἐκείνης·) αἰνιττόμενος αὐτοῖς [61], ὅθεν ἡ ἐρώτησις γέγονεν, ὅτι ἐξ ἀπεχθείας. *Ἡ γὰρ ἀγάπη οὐ ζηλοῖ.* Ἀπὸ τούτου δείκνυσιν ἑαυτὸν καὶ τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις πειθόμενον [62]. Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ὁ μὲν Ματθαῖός φησιν, ὅτι πειράζων ἠρώτησεν, ὁ δὲ Μάρκος τοὐναντίον; *Εἰδὼς* γὰρ, φησὶν, *ὁ Ἰησοῦς, ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη* [63], *εἶπεν αὐτῷ· Οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.* Οὐκ ἐναντιούμενοι ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συνάδοντες. Ἠρώτησε μὲν γὰρ πειράζων παρὰ τὴν ἀρχήν· ἀπὸ δὲ τῆς ἀποκρίσεως ὠφεληθεὶς ἐπῃνέθη. Οὐδὲ γὰρ παρὰ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἐπῄνεσεν· ἀλλ' ὅτε εἶπεν, ὅτι τὸ ἀγαπᾷν τὸν πλησίον πλέον ἐστὶ τῶν ὁλοκαυτωμάτων, τότε φησίν· *Οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας* [64]· ὅτι τῶν ταπεινῶν ὑπερεῖδε, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀρετῆς κατέλαβε. Καὶ γὰρ πάντα ἐκεῖνα διὰ τοῦτο, καὶ τὸ σάββατον καὶ τὰ λοιπά. Καὶ οὐδὲ οὕτως αὐτῷ ἀπηρτισμένων τὸν ἔπαινον συνέθηκεν [65], ἀλλ' ἔτι λείποντα. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, *Οὐ μακρὰν εἶ,* δείκνυσιν ἔτι ἀπέχοντα, ἵνα ζητήσῃ τὸ λεῖπον. Εἰ δὲ εἰπόντα αὐτὸν, ὅτι *Εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἄλλος,* ἐπῄνεσε, μὴ θαυμάσῃς· ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν κατάμαθε, πῶς πρὸς τὴν ὑπόληψιν ἀποκρίνεται τῶν προσιόντων. Κἂν γὰρ μυρία περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγωσιν ἀνάξια τῆς δόξης αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦτό γε οὐ τολμήσουσιν εἰπεῖν, ὅτι καθόλου οὐκ ἔστι Θεός. Τίνος οὖν [66] ἕνεκεν ἐπαινεῖ τὸν εἰρηκότα, ὅτι πλὴν τοῦ Πατρὸς οὐκ ἔστιν ἄλλος Θεός; Οὐχ ἑαυτὸν ἐξάγων τοῦ Θεὸς εἶναι· ἄπαγε· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐδέπω καιρὸς ἦν ἐκκαλύψαι αὐτοῦ [67] τὴν θεότητα, ἐκεῖνον ἀφίησιν ἐπὶ τοῦ προτέρου δόγματος μένειν, καὶ ἐπαινεῖ τὰ [68] παλαιὰ εἰδότα καλῶς, ὥστε ἐπιτήδειον αὐτὸν καὶ πρὸς τὴν τῆς Καινῆς ποιῆσαι διδασκαλίαν, κατὰ καιρὸν αὐτὴν εἰσάγων. Ἄλλως δὲ καὶ τὸ, *Εἷς Θεὸς,* [69] *καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστι·* καὶ ἐν τῇ

[69] ἐπιδείκνυται G. H. K. [61] τὸ] Sir L. M. Ep. in cæteris deest. [62] αὐτῆς bis G. H. Sic unus Mosq. cæteri, ut videtur, αὐτῇ. [63] ἀπὸ] τὸ ἀπὸ H. Clausula deest in M. [64] ἡ] ἐστιν ἡ G. L. [65] τῆς] ἀπὸ τῆς M. [66] αὐτοῦ add. ταῦτα] κρέμαται καὶ οἱ πρ. M. Ep. [67] ἐκεῖ] καὶ ἐκεῖ G. H. p. p. περὶ τοῦ τρ. τῆς ἀν. K. M. [68] ἀνάστασιν] Sir L. M. pro vulgato τί ἀνάστασις ἐδίδαξε, ἔδειξε M. [69] αὐτοὺς] οὕτω L. [60] αὐτοὺς K. L. M. ὅθεν] ὅτι (om. altero ὅτι) G. K. [61] Hæc Ἀπὸ τούτου... πειθόμενον ignorant G. Ge. et delevit Sav. [62] ἀπεκρίθη] add. αὐτῷ Ep. Mox favente codice M. ubi ἀπεκρίθη αὐτῷ· οὐ legitur. [63] βασιλείας] add. τοῦ Θεοῦ G. H. K. invito Ep. Mox τὰ σάββατα hidem. [64] ἔθηκεν M. συντέθεικεν Ep. Mox Τῷ γάρ H. [65] οὖν δὲ G. H. τὸν εἰρ.] αὐτὸν εἰρ. Edd. [66] ἑαυτοῦ G. H. [67] τὰ] τὸν τὰ G. [68] Θεὸς] ὁ Θεός Edd. πλὴν] τὸ πλὴν G. οὐκ ἔστι] add. ἄλλος; Θεός; G. H. K. In L. hæc Ἄλλως δὲ... υἱοῦ desunt.

Digitized by Google

Undenam ergo hæc colligitur? Ex lacrymis innumeris, ex viduarum spoliis, ex raptis pupillorum facultatibus : illa vero ex justis laboribus paratur : similisque est formosæ speciosæque mulieri, quæ nullo exteriore eget ornatu; sed naturalem habet pulchritudinem; illa vero meretrici deformi et turpi, quæ fuco multo utitur, neque potest deformitatem obtegere, sed quo propius accedere tentat, eo magis removetur; nam quanto magis accedit ad consortem, tanto magis ejus deformitas deprehenditur. Ne ascendentes convivas aspexeris, sed recedentes, et tunc ejus turpitudinem videbis. Illa vero alia, libera cum sit, nihil sinit consortes obscœnum dicere; hæc autem nihil honestum, utpote quæ meretrix et infamis sit. Hæc consortis sui utilitatem quærit; illa perniciem ejus. Hæc non permittit offendere Deum; hæc non sinit non offendere. Adeamus igitur illos; inde sciemus quot simus vinculis constricti; inde sciemus mensam apponere mille bonis plenam, jucundissimam, nullius impensæ, sollicitudine, invidia, livore vacuam, ab omni morbo liberam, bona spe refertam, multis ornatam tropæis. Nulla est ibi animi perturbatio, non tristitia[1], non ira : omnia tranquillitas, omnia pax. Ne mihi silentium ministrorum in mensis divitum memores, sed clamorem convivarum : non illum quo mutuo utuntur, licet et hic ridiculus sit, sed interiorem, qui in animo, qui magnam affert captivitatem, cogitationum tumultum, procellam, caliginem, tempestatem, quibus omnia minuuntur et permiscentur, et nocturnæ pugnæ similis est. Sed non talia in tabernaculis monachorum; sed multa tranquillitas, quies multa. Et illam quidem mensam excipit somnus morti similis, hanc vero vigilantia; illam supplicium, hanc regnum cælorum et immortalia præmia. Illam igitur insequamur, ut fructibus ejus fruamur : quos utinam omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Tres mss. habent *morbus*, pro, *tristitia*.

HOMILIA LXXI. al. LXXII.

Cap. 22. v. 34. *Pharisæi autem audientes, quod silentium imposuisset Sadducæis, congregati sunt in unum,* 35. *et interrogavit unus ex ipsis jurisperitus, tentans eum, et dicens : Magister, quod est mandatum magnum in lege?*

1. Rursus causam ponit evangelista, cur silere oporteret, illorum quoque audaciam indidem significat. Quo pacto? Quia cum illis silentium impositum fuisset, hi rursus aggrediuntur. Cum oportuisset enim inde quiescere, illi rursus concertant, et legisperitum opponunt : non quod discere, sed quod tentare cuperent; et interrogant : Quod est mandatum primum? Quia enim primum illud erat : *Diliges Dominum Deum tuum*, sperantes illum ansam præbiturum, corrigendo scilicet ipsum, ut se quoque Deum esse ostenderet, sic interrogant. Quid ergo Christus? Ut ostendat, qua de causa venerint, quod nullam haberent caritatem, quod invidia tabescerent, quod livore caperentur, ait : 37. *Diliges Dominum Deum tuum :* 38. *hoc primum et magnum est mandatum.* 39. *Secundum autem simile huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Cur, *Simile huic?* Quia hoc ad illud viam parat, et ab illo rursus munitur. Nam *Quicumque male agit, odit lucem, et non venit ad lucem* (*Joan.* 3. 20); et rursus : *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus* (*Psal.* 52. 1). Et quid inde? *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis* (*Psal.* 13. 2). Et iterum : *Radix omnium malorum est avaritia, quam quidam appetentes erraverunt a fide* (1. *Tim.* 6. 10); et, *Qui diligit me, mandata mea servabit* (*Joan.* 14. 15). Quorum omnium caput est : *Diliges Dominum Deum tuum, et proximum tuum sicut teipsum.* Si ergo diligere Deum, diligere proximum est (nam ait : *Si diligis me, Petre, pasce oves meas* [*Joan.* 21. 16]), diligere autem proximum facit ut mandata custodias, jure ait : 40. *In his tota lex pendet et prophetæ.* Ideo quod antea fecit, id et nunc facit. Etenim ibi interrogatus de modo resurrectionis, ipsam resurrectionem asseruit, plura docens quam fuerat interrogatus : et hic etiam de primo interrogatus, secundum recitat, primo non multum inferius (secundum enim est, et primo simile), subindicans ipsis, unde interrogatio facta sit, nempe ex inimicitia. *Caritas* enim *non æmulatur* (1. *Cor.* 13. 4). Illinc se ostendit et legi et prophetis obsequi. Sed cur Matthæus ait, ipsum tentandi causa interrogasse, Marcus vero contra? *Videns*, inquit, *Jesus quia sapienter respondisset, dicit illi, Non longe es a regno Dei* (*Marc.* 12. 34). Neque tamen dissentiunt, sed admodum consona dicunt. Interrogavit enim tentans a principio; a responsione autem aliquid nactus utilitatis, laudatus est. Neque enim initio ipsum Christus laudavit : sed quando dixit amare proximum majus esse quam holocausta offerre, tunc dixit : *Non longe es a regno Dei :* humilia enim et abjecta despiciens, principium virtutis attingit. Etenim illa omnia propter hoc erant, sabbata nempe et reliqua. Verum neque sic illi perfectam laudem tribuit, sed cui aliquid desit. Nam cum dicitur, *Non longe es*, declaratur aliquid adhuc interstitii esse, ut quod deficit quærat. Quod si illum laudet quod dixerit, *Unus est Deus, et præter eum non est alius* (*Ibid. v.* 32), ne mireris; sed etiam inde disce, quomodo secundum opinionem accedentium respondeat. Etsi enim millia de Christo dicant gloria illius indigna, id tamen dicere non audebunt, ipsum omnino non esse Deum. Cur ergo ipsum laudat quod dicat præter Patrem non esse alium Deum? Non quod seipsum non esse Deum fateatur : absit; sed quia nondum tempus erat revelandi divinitatem suam, sinit eum in suo dogmate persistere, et laudat eum quod vetera probe cognoscat, ut illum reddat idoneum ad novæ legis doctrinam suscipiendam, suo tempore inducendam. Alioquin vero illud, *Unus est Deus, et præter eum non est alius*, et in Veteri, et ubique, non ad negandum

Digitized by Google

Filium dicitur, sed ad exclusionem idolorum. Itaque cum illum ita loquentem laudat, hoc certe sensu laudat. Deinde postquam respondit, ipse quoque interrogat : 42. *Quid vobis videtur de Christo? cujus filius est? Dicunt ei, David.* Vide post quot miracula et signa, post quot interrogationes, post quot argumenta concordiæ suæ cum Patre, tum verbis, tum factis exhibita, et postquam laudavit istum qui dixerat unum esse Deum, tunc interroget, ne dicere possent, ipsum miracula quidem fecisse, sed legi contrarium et Deo inimicum fuisse. Ideo post hæc tanta interrogat, occulte illos inducens ut se confiterentur esse Deum. Et discipulos primum quid alii de se, deinde quid ipsi dicerent, interrogavit ; hos autem non sic ; alioquin dixissent illum seductorem esse et improbum, quia audacter omnia dicebant. Ideoque ipsorum sententiam inquirit.

2. *Christus divinitatem suam probat.* — Quia enim ad passionem jam iturus erat, illam affert prophetiam, quæ ipsum aperte Dominum prædicat ; non sine causa, neque præcipue ad id se conferens, sed ex causa rationi consentanea. Cum enim illos prior interrogasset, quia vera de se non responderant (nam purum hominem ipsum esse dixerant), falsam illorum opinionem evertens, sic Davidem inducit divinitatem suam prædicantem. Illi namque putabant ipsum esse purum hominem, ideoque dixerunt, *David :* ipse vero hoc emendans adducit prophetam, et Dominum ipsum, et germanum filium, et paris cum Patre honoris esse testificantem. Neque hic substitit ; sed ut illos terreret, quod sequitur adjecit, dicens : *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum ;* ut sic illos ad veram cognitionem induceret. Ne vero dicerent, ipsum adulando hæc dixisse, et hanc sententiam humanam esse, vide quid dicat. 43. *Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens :* 44. *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* (*Psal.* 109. 1)? 45. *Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est?* Vide quam moderate sententiam et opinionem de se habendam inducat. Primo dixit, *Quid vobis videtur? cujus filius est?* ut per interrogationem ad responsionem illos adducat. Deinde quia dixerant, *David*, hæc loquitur, sed rursus interrogando : *Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum?* ne scilicet his verbis offendantur. Ideo non dixit, quid vobis videtur de me ; sed, *De Christo.* Idcirco apostoli remisse de patriarcha David loquebantur dicentes : *Liceat libere dicere de patriarcha David, quia mortuus et sepultus est* (*Act.* 2. 29). Similiter et ipse, quasi interrogantis et ratiocinantis more, dogma inducit dicens : *Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens : Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?* et rursum, *Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est?* non quod neget esse filium Davidis ; absit ; non enim Petrum hac de causa increpasset ; sed illorum emendans opinionem. Itaque quando dicit, *Quomodo filius ejus est?* hoc sibi vult : Non ut vos dicitis. Illi quippe dicebant, ipsum esse tantum Davidis filium, non Dominum. Post allatum testimonium remisse adjicit : *Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est?* Attamen his auditis, nihil responderunt : nolebant enim quidpiam consentaneum ediscere. Quapropter ipse subjungit dicens, Dominum ejus esse. Imo neque hoc absolute dixit, sed prophetam secum assumens, eo quod ipsi fidem nullam haberent et male apud illos audiret. Quod præsertim spectantes, etiamsi quid humile vel demissum de se dicat, non offendi oportet : hæc enim causa et aliæ multæ erant, cur illorum captui sermones suos attemperaret. Ideo nunc per interrogationem et responsionem dogmata tradit ; sic vero subindicat dignitatem suam. Non enim par erat audire Judæorum Dominum, et Davidis. Tu vero mihi opportunitatem etiam perpende. Cum enim dicit, Unus est Dominus, tunc et de seipso loquitur, quia Dominus est, idque ex prophetia, neque tantum ex operibus. Ostenditque Patrem se de illis vindicaturum esse, dicens : *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum ;* multam inde monstrans cum Patre concordiam paremque honorem : hisque verbis finem disserendi fecit, quod et sublime et magnum erat, poteratque illis silentium imponere. Nam et exinde tacuerunt, non sponte, sed quod nihil dicendum suppeteret : et tam gravem excepere plagam, ut ne ultra eadem aggredi auderent ; ait enim : 46. *Nullus ausus est ab illa die ipsum interrogare.* Illud vero turbis non parum utile erat. Ideoque ad multitudinem deinceps sermonem convertit, amotis lupis, ipsorumque insidiis rejectis.

Vana gloria et ex malis et ex bonis quæritur ; ultra vitam extenditur. — Illi enim nihil hinc lucri percipiebant, vana gloria capti, in hunceque gravem morbum lapsi. Gravis enim et multiceps morbus est : illo enim ducti alii principatum, alii pecunias, alii potentiam amant. Progressus autem morbus ille, ad eleemosynam usque venit, jejunium, precationes et doctrinam ; multaque sunt hujus feræ capita. Sed quod de aliis vanam gloriam aucupentur, nihil mirum ; quod autem de jejunio et de oratione, hoc sane stupendum et lacrymis dignum est. Sed ne criminemur tantum, age, modum ejus fugiendi morbi dicamus. Quos ergo primo aggrediemur? an eos qui de divitiis, vel de vestimentis gloriantur? an eos qui de principatu? vel eos qui de doctrina, vel qui de corpore, vel de artibus, vel de forma, vel de ornamentis? vel qui de crudelitate, vel qui de benignitate, vel de eleemosyna? vel qui de nequitia, vel qui de morte? vel qui etiam post mortem vanæ gloriæ dant operam? Multas enim, ut dixi, hic morbus complicationes habet, etiamque ultra vitam nostram progreditur. Nam vulgo dicitur, Ille quidam mortuus est : et ut admirationi esset, hæc et illa fieri jussit : ideoque ille pauper, ille dives est. Nam quod acerbum est, ex contrariis hæc fera constat.

3. *Contra eos qui eleemosynam dant ad ostentatio-*

Digitized by Google

Ψαλτῇ καὶ πανταχοῦ, οὐ πρὸς ἀθέτησιν τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν εἰρῆται τῶν εἰδώλων. Ὥστε καὶ τοῦτον ἐπαινῶν οὕτως εἰρηκότα, ταύτῃ ἐπαινεῖ τῇ γνώμῃ. Εἶτα ἐπειδὴ ἀπεκρίθη, καὶ ἀντερωτᾷ· *Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνος υἱός ἐστι; Λέγουσιν αὐτῷ, Τοῦ Δαυίδ.* Ὅρα μετὰ πόσα θαύματα, μετὰ πόσα σημεῖα, μετὰ πόσας ἐρωτήσεις, μετὰ πόσην ἐπίδειξιν ὁμοιότητος τῆς πρὸς τὸν Πατέρα, τὴν [70] διὰ λόγων, τὴν δι' ἔργων, μετὰ τὸ [71] ἐπαινέσαι τοῦτον τὸν εἰρηκότα, ὅτι *Εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς*, ἐρωτᾷ· ἵνα [696] μὴ ἔχωσι λέγειν, ὅτι Θαύματα μὲν ἐποίησε, τῷ νόμῳ δὲ ἐναντίος καὶ τῷ Θεῷ πολέμιος ἦν. Διὰ τοῦτο μετὰ τοσαῦτα ταῦτα [72] ἐρωτᾷ, λανθανόντως ἐνάγων αὐτοὺς εἰς τὸ καὶ αὐτὸν ὁμολογῆσαι Θεόν. Καὶ τοὺς μὲν μαθητὰς πρῶτον ἠρώτησε, τί οἱ ἄλλοι λέγουσι, καὶ τότε αὐτούς· τούτους δὲ οὐχ οὕτως· ἦ γὰρ ἂν καὶ πλάνον εἶπον καὶ πονηρὸν, ἅτε ἀδεῶς ἅπαντα φθεγγόμενοι. Διὰ δὴ τοῦτο τὴν αὐτῶν ἐκείνων ψῆφον ἐξετάζει.

1. Papæ, quanta cæcitas proditoris! Mysteriorum consors, idem permansit; et dum tremenda frueretur mensa, non mutatus est. Et hoc Lucas significat, dicens, post hæc in eum ingressum fuisse satanam (*Luc.* 22. 3): non quod dominicum corpus despiceret, sed quod impudentiam proditoris irrideret. Majus enim peccatum utrinque fiebat: et quod cum tali animo ad mysteria accederet, et quod cum accessisset, nec timore, nec beneficio, nec honore melior evaderet. Christus vero etiamsi omnia nosset, non prohibuit; ut discas ipsum nihil eorum prætermittere, quæ ad emendationem conferunt. Ideo et ante et postea frequenter ipsum monuit ac retinuit, verbis, operibus, timore, minis, honore et cultu. Sed nihil eum a tam gravi morbo reduxit. Idcirco illo demum relicto, discipulis per mysteria necem suam commemorat, et inter cœnandum de cruce loquitur, prædictionis frequentia passionem suam toleratu faciliorem reddens. Nam si post tot res gestas et prædictiones turbati sunt, si nihil horum audissent[1], quid non passuri erant? *Et manducantibus illis accipiens panem fregit.* Cur tunc tempore paschatis hoc mysterium celebravit? Ut undique discas, illum Veteris Testamenti fuisse legislatorem, et ea quæ in illo sunt propter hæc adumbrata fuisse. Ideoque ubi typus erat, ibi veritatem constituit. Vespera autem plenitudinis temporum signum erat, indicabatque res demum ad finem accedere. Gratiasque agit, docens nos quomodo oporteat hoc mysterium celebrare, ostendens se non invitum ad passionem venire, instituensque nos, ut quidquid patiamur, cum gratiarum actione feramus, bonamque inde spem afferens. Nam si typus et figura a tanta potuit servitute liberare, multo magis veritas orbem liberabit, inque beneficium generis nostri tradetur. Idcirco non antehac mysterium dedit, sed cum legalia post hæc cessatura essent. Et caput solemnitatum eorum solvit, ad aliam ipsos transferens mensam terribilissimam, aitque: *Accipite, comedite; hoc est corpus meum, quod pro vobis*[1] *frangitur* (1. *Cor.* 11. 24). Et quomodo non turbati sunt hoc audientes? Quia multa magnaque ea de re jam ipsis dixerat. Ideo non illud ultra statuit; quia jam satis audierant. Causam vero passionis dicit, peccatorum nempe remissionem. Et sanguinem novi testamenti vocat, id est, pollicitationis, novæ legis. Hoc enim jam olim pollicitus erat, et novum testamentum confirmat. Ac quemadmodum Vetus oves et vitulos habuit, sic et hoc dominicum sanguinem. Hinc etiam ostendit se moriturum esse: ideo et testamentum memorat, et veteris etiam mentionem facit: nam et

[1] Alii, *si ne hæc quidem audissent;* non male.

[1] Alii, *pro multis.*

Digitized by Google

illud quoque per sanguinem dedicatum fuerat. Iterum quoque mortis causam dicit, *Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum :* aitque, *Hoc facite in meam commemorationem.* Viden' quomodo a Judaicis abducat et avocet moribus? Nam sicut illud, inquit, celebrabatis in commemorationem miraculorum in Ægypto editorum, ita et hoc in meam commemorationem facite. Illud effusum est ad salutem primogenitorum : hoc ad remissionem peccatorum totius orbis. *Hic est enim sanguis meus,* inquit, *qui effundetur in remissionem peccatorum.* Hoc porro dixit, ut simul ostenderet passionem et crucem esse mysterium, atque hac ratione iterum discipulos consolaretur. Et sicut Moyses ait, *Hoc vobis memoriale sempiternum* (*Exod.* 3. 15) : sic et ipse, *In meam commemorationem* (*Luc.* 22. 19), donec veniam. Idcirco ait, *Desiderio desideravi hoc pascha manducare;* id est, vobis res novas tradere, et pascha dare, quo vos spirituales reddam. Et ipse quoque ex illo bibit. Ne enim hæc audientes dicerent : Quid ergo? sanguinemne bibimus, et carnem manducamus? et turbarentur; nam cum hac de re verba faceret, de ipsis verbis multi offensi sunt : ne itaque tunc turbarentur, primus ipse hoc facit, ut illos ad mysteriorum participationem tranquillo animo subeundam induceret. Ideo ergo suum ipse sanguinem bibit. Quid igitur, inquies, an hoc et vetus illud simul faciendum est? Nequaquam. Ideo namque dixit, *Hoc facite,* ut ab illo abduceret. Nam si hoc remissionem peccatorum facit, et etiam facit, superfluum erit illud. Sicut ergo olim apud Judæos, sic et nunc quoque beneficii memoriam mysterio colligavit, hinc hæreticorum ora obstruens. Cum enim dicunt, Unde palam est immolatum fuisse Christum? cum aliis, etiam a mysteriis, ipsorum obstruimus ora. Nam si Jesus non mortuus esset, cujus symbola essent illa quæ offeruntur?

2. Viden' cum quanta cura provisum sit, ut recordemur semper ipsum pro nobis mortuum esse? Quia enim Marcio, Valentinus et Manes hanc œconomiam negaturi erant, passionis memoriam assidue revocat etiam per mysteria, ut nemo seduci possit, perque sacram illam mensam simul servat et instituit. Etenim illud caput bonorum est. Ideo Paulus frequenter hoc repetit. Deinde postquam tradidit, dicit : 29. *Non bibam de hoc genimine vitis usque in diem illam, cum illud bibam novum vobiscum in regno Patris mei.* Nam quia ipsis de passione et cruce loquutus est, resurrectionis rursus mentionem facit, illamque hic regnum vocat. Et quare post resurrectionem bibit? Ne rudiores putarent resurrectionem esse phantasma; hoc enim multi [1] signum esse resurrectionis statuebant. Ideo apostoli ut resurrectioni fidem facerent, hoc dicebant : *Qui simul comedimus, et bibimus cum eo* (*Act.* 10. 41). Ut igitur ostendat, quod ipsum clare post resurrectionem visuri sint, quod cum illis denuo futurus sit, et quod ipsi et ex visu, et ex rebus de iis quæ gesta sunt testimonium sint reddituri, ait : *Donec illud bibam novum vobiscum,* vobis testificantibus. Vos enim me videbitis postquam resurrexero. Quid est autem illud, *Novum?* Id est, novo et inaudito modo, non in corpore passibili, sed immortali et incorruptibili, nec cibo egenti. Post resurrectionem igitur non ex necessitate comedit et bibit; neque enim iis tunc egebat corpus; sed ad certius resurrectionis argumentum. Sed cur post resurrectionem, non aquam, sed vinum bibit? Ut aliam malam hæresin radicitus evelleret. Quia enim quidam in mysteriis aqua utuntur, ut ostendat se et cum mysteria tradidit vino usum fuisse, et post resurrectionem sine mysteriis in vulgari mensa vinum adhibuisse, *Ex genimine vitis,* inquit. Vinea autem vinum, non aquam gignit. 30. *Et hymno dicto exierunt in Montem olivarum.* Audiant quotquot, porcorum instar, contra mensam sensibilem comedentes calcitrant, et temulenti surgunt, cum oporteret gratias agere et in hymnos desinere. Audite quotquot postremam orationem mysteriorum non exspectatis : quæ illius symbolum est. Gratias egit antequam discipulis daret, ut etiam nos gratias agamus. Gratias egit et hymnum dixit postquam dedisset, ut et nos hoc ipsum faciamus. Sed cur exit ut ascendat in montem? Sese manifeste ostendens ut capiatur, ne videatur sese occultare : festinabat quippe ad locum Judæ notum. 31. *Tunc dixit eis : Vos omnes scandalizabimini in me.* Deinde addit prophetiam : *Scriptum est enim, percutiam pastorem, et dispergentur oves* (*Zach.* 13. 7); cum ut illis suadeat, semper esse Scripturis attendendum, tum ut significet, se ex Dei voluntate crucifigi, atque undique ostendens se non esse a lege veteri alienum, neque a Deo qui in illa prædicabatur, itemque quod tunc fiebat ex œconomia fieri, ac prophetas omnia, quæ tunc gerebantur, jam olim prædixisse, ut hinc illi de melioribus futuris admodum confiderent. Docetque quo pacto cognoscantur quales ante, quales post crucem discipuli fuerint. Nam qui cum crucifigeretur ne stare quidem potuerunt, hi post crucem strenui et adamante firmiores fuerunt. Hic autem metus et fuga discipulorum mortis ejus argumentum est. Si enim postquam tot tantaque dicta sunt, quidam impudenter dicunt ipsum non fuisse crucifixum : si nihil eorum contigisset, quo non impietatis prorupissent? Ideo non ex sua tantum passione, sed etiam ex iis quæ ad discipulos spectant, necnon ex mysteriis, mortem suam confirmat, Marcionistas undique profligans. Ideo coryphæum negare se permittit. Si enim nec vinctus nec crucifixus fuisset, unde tantus et illi et reliquis metus futurus erat? Neque tamen illos in mœrore reliquit, sed quid ait? 32. *Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam.* Neque enim ex eælo statim apparet, neque in quamdam regionem longinquam abit, sed in ipsa gente apud quam crucifixus est, in ipsis fere locis, ut etiam inde confirmaret ipsis, eumdem et crucifixum fuisse, et resurrexisse, ut hinc mœrentes magis consolaretur. Idcirco, *In Galilæa,* dixit, ut a metu Judæorum liberati, dictis crederent. Hac enim de causa ibi apparuit. 33. *Re-*

[1] Alii habent, *veteres,* pro, *multi.*

Digitized by Google

ἁμαρτιῶν · καὶ φησι, *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*. Εἶδες πῶς ἐξάγει τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐθῶν, καὶ ἀφίστησι; Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνο ἐποιεῖτε, φησὶν, εἰς ἀνάμνησιν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θαυμάτων, οὕτω καὶ τοῦτο εἰς ἐμήν. Ἐκεῖνο ἐξεχύθη εἰς σωτηρίαν τῶν πρωτοτόκων · τοῦτο εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. *Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου*, φησὶ, *τὸ ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν*. Τοῦτο [783] δὲ ἔλεγε, κἀντεῦθεν δεικνὺς ἅμα ὅτι μυστήριόν ἐστι τὸ πάθος καὶ ὁ σταυρὸς, καὶ διὰ τούτου πάλιν παρακαλῶν τοὺς μαθητάς. Καὶ καθάπερ Μωϋσῆς φησι, *Τοῦτο μνημόσυνον ὑμῖν αἰώνιον* · οὕτω καὶ αὐτὸς, *Εἰς ἐμὴν ἀνάμνησιν*, ἕως ἂν παραγένωμαι. Διὰ τοῦτο καὶ, *Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα*, φησὶ, *τὸ πάσχα τοῦτο φαγεῖν* τουτέστι, παραδοῦναι ὑμῖν τὰ καινὰ πράγματα, καὶ πάσχα δοῦναι, καθ' ὃ μέλλω πνευματικοὺς ποιεῖν. Καὶ αὐτὸς [96] ἔπιεν ἐξ αὐτοῦ. Ἵνα γὰρ μὴ ταῦτα ἀκούοντες εἴπωσι, Τί οὖν; αἷμα πίνομεν [97], καὶ σάρκα ἐσθίομεν; καὶ θορυβηθῶσι τότε · (καὶ γὰρ ὅτε τοὺς περὶ τούτων ἐκίνει λόγους, καὶ πρὸς τὰ ῥήματα αὐτὰ πολλοὶ ἐσκανδαλίζοντο ·) ἵν' οὖν μὴ καὶ τότε ταραχθῶσι, πρῶτος αὐτὸς τοῦτο ἐποίησεν, ἐνάγων αὐτοὺς ἀταράχως εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν μυστηρίων. Διὰ τοῦτο [98] τὸ ἑαυτοῦ αἷμα αὐτὸς ἔπιεν. Τί οὖν : κἀκεῖνο χρὴ ποιεῖν τὸ παλαιόν [99]; φησίν. Οὐδαμῶς. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε, *Τοῦτο ποιεῖτε*, ἵνα ἐκείνου ἀπαγάγῃ. Εἰ γὰρ τοῦτο ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἐργάζεται, ὥσπερ οὖν καὶ ἐργάζεται, περιττὸν ἐκεῖνο λοιπόν. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, οὕτω καὶ ἐνταῦθα [1] τῆς εὐεργεσίας ἐγκατέδησε τὸ μνημόσυνον τῷ μυστηρίῳ, κἀντεῦθεν ἐμφράττων τῶν αἱρετικῶν τὰ στόματα. Ὅταν γὰρ λέγωσι, Πόθεν δῆλον ὅτι ἐτύθη ὁ Χριστός; μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἀπὸ τῶν μυστηρίων αὐτοὺς ἐπιστομίζομεν [2]. Εἰ γὰρ μὴ ἀπέθανεν ὁ Ἰησοῦς [3], τίνος σύμβολα τὰ τελούμενα ;

β'. Ὁρᾷς ὅση γέγονε σπουδὴ, ὥστε ἀεὶ ἀναμιμνήσκεσθαι, ὅτι ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν; Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλον οἱ περὶ Μαρκίωνα καὶ Οὐαλεντῖνον καὶ Μανιχαῖον [4] φύεσθαι, ταύτην ἀρνούμενοι τὴν οἰκονομίαν, διηνεκῶς ἀναμιμνήσκει τοῦ πάθους καὶ διὰ τῶν μυστηρίων, ὥστε μηδένα παραλογισθῆναι · ὁμοῦ μὲν σώζων, ὁμοῦ δὲ παιδεύων διὰ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἐκείνης. Καὶ γὰρ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν τοῦτο. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος τοῦτο ἄνω καὶ κάτω στρέφει. Εἶτα ἐπειδὴ παρέδωκε, φησὶν · *Οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ταύτης ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω καινὸν μεθ' ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρός μου*. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ πάθους αὐτοῖς καὶ σταυροῦ διελέχθη, καὶ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως πάλιν [5] εἰσάγει λόγον, βασιλείας εἰς μέσον ἀναμνήσας, καὶ τὴν ἀνάστασιν οὕτω τὴν ἑαυτοῦ καλέσας. Καὶ τίνος ἕνεκεν ἀναστὰς [6] ἔπιεν; Ἵνα μὴ νομίσωσιν οἱ παχύτεροι φαντασίαν εἶναι τὴν ἀνάστασιν. Τοῦ γὰρ ἀναστῆναι τοῦτο τεκμήριον ἐτίθεντο οἱ πολλοί. Διὸ καὶ οἱ ἀπόστολοι πείθοντες αὐτοὺς περὶ ἀναστάσεως, τοῦτο ἔλεγον · *Οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ*. Δηλῶν τοίνυν ὅτι αὐτὸν ὄψονται ἀναστάντα λαμπρῶς, καὶ μετ' αὐτῶν ἔσται πάλιν, καὶ αὐτοὶ μαρτυρήσουσι [7] τοῖς γινομένοις, καὶ δι' ὄψεως καὶ διὰ πραγμάτων, φησίν · *Ἕως ἂν αὐτὸ πίω καινὸν μεθ' ὑμῶν*, ὑμῶν μαρτυρούντων. Ὑμεῖς γάρ με [8] ὄψεσθε ἀναστάντα. Τί δέ ἐστι, *Καινόν*; Καινῶς, τουτέστι ξένως, οὐ σῶμα παθητὸν ἔχων, ἀλλ' ἀθάνατον [781] λοιπὸν καὶ ἄφθαρτον, καὶ οὐ δεόμενον τροφῆς. Οὐ τοίνυν διὰ χρείαν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔφαγέ τε καὶ ἔπιεν · οὐδὲ γὰρ ἐδεῖτο λοιπὸν τὸ σῶμα τούτων · ἀλλὰ δι' [9] ἀναστάσεως πληροφορίαν. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐχ ὕδωρ ἔπιεν ἀναστὰς, ἀλλ' οἶνον; Ἄλλην αἵρεσιν πονηρὰν πρόῤῥιζον ἀναστῶν. Ἐπειδὴ γάρ εἰσί τινες ἐν τοῖς μυστηρίοις ὕδατι κεχρημένοι, δεικνὺς ὅτι καὶ ἡνίκα τὰ μυστήρια παρέδωκεν, οἶνον παρέδωκε, καὶ ἡνίκα ἀναστὰς χωρὶς μυστηρίων ψιλὴν τράπεζαν παρετίθετο, οἴνῳ ἐκέχρητο [10], *Ἐκ τοῦ γεννήματος*, φησὶ, *τῆς ἀμπέλου*. Ἄμπελος δὲ οἶνον, οὐχ ὕδωρ γεννᾷ. *Καὶ ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν*. Ἀκουέτωσαν ὅσοι καθάπερ χοῖροι ἐσθίοντες ἁπλῶς λακτίζουσι τὴν τράπεζαν τὴν αἰσθητὴν, καὶ ἀνίστανται μετὰ μέθης, δέον εὐχαριστεῖν καὶ εἰς ὕμνον τελευτᾷν. Ἀκούσατε ὅσοι τὴν τελευταίαν πάλιν εὐχὴν οὐκ ἀναμένετε τῶν μυστηρίων · αὕτη γὰρ ἐκείνης σύμβολον. Εὐχαριστήσε πρὸ [11] τοῦ δοῦναι τοῖς μαθηταῖς, ἵνα καὶ ἡμεῖς εὐχαριστῶμεν. Εὐχαρίστησε καὶ ὕμνησε μετὰ τὸ δοῦναι, ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτὸ τοῦτο ποιῶμεν. Τί δήποτε δὲ εἰς τὸ ὄρος ἐξέρχεται; Δῆλον ἑαυτὸν ποιῶν πρὸς τὸ ληφθῆναι, ἵνα μὴ δόξῃ κρύπτεσθαι. Ἔσπευδε γὰρ ἐπὶ τὸν τόπον ἐλθεῖν, τὸν καὶ Ἰούδᾳ γνώριμον. *Τότε λέγει αὐτοῖς · Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί*. Εἶτα λέγει καὶ προφητείαν · *Γέγραπται γάρ · Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα* · ὁμοῦ μὲν πείθων αὐτοὺς ἀεὶ προσέχειν τοῖς γεγραμμένοις, ὁμοῦ δὲ δηλῶν ὅτι κατὰ Θεοῦ γνώμην ἐσταυροῦτο, καὶ πανταχόθεν δεικνὺς οὐκ ἀλλότριον ὄντα ἑαυτὸν τῆς Παλαιᾶς, οὐδὲ τοῦ ἐν αὐτῇ καταγγελλομένου Θεοῦ, καὶ ὅτι οἰκονομία τὸ γινόμενον ἦν, καὶ πάντα προανεκήρυξαν οἱ προφῆται ἄνωθεν τὰ ἐν τῷ πράγματι, ὥστε αὐτοὺς καὶ περὶ τῶν χρηστοτέρων σφόδρα θαῤῥεῖν. Καὶ διδάσκει εἰδέναι, τίνες μὲν πρὸ τοῦ σταυροῦ οἱ μαθηταὶ, τίνες δὲ μετὰ τὸν σταυρόν. Καὶ γὰρ οἱ [12] σταυρουμένου μηδὲ στῆναι δυνάμενοι, οὗτοι μετὰ θάνατον σφοδροὶ καὶ ἀδάμαντος ἰσχυρότεροι. Καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ ἀπόδειξις τοῦ θανάτου, ἡ φυγὴ τῶν μαθητῶν καὶ ἡ δειλία. Εἰ γὰρ τοσαῦτα γέγονέ τε καὶ ἐλέχθη, καὶ ἀναισχυντοῦσί τινες, καὶ φασιν αὐτὸν μὴ ἐσταυρῶσθαι · εἰ μηδὲν τούτων συνέβη, ποῦ οὐκ ἂν ἐξέπεσον παρανομίας; Διά τοι τοῦτο οὐχὶ διὰ τῶν οἰκείων παθῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἐν τοῖς μαθηταῖς βεβαιοῖ τὸν περὶ τοῦ θανάτου λόγον, καὶ διὰ τῶν μυστηρίων, πάντοθεν κατισχύων τοὺς τὰ Μαρκίωνος νοσοῦντας. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν κορυφαῖον ἀφίησιν ἀρνήσασθαι. Εἰ δὲ μὴ ἐδέθη, μηδὲ ἐσταυρώθη, πόθεν καὶ ἐκείνῳ καὶ τοῖς λοιποῖς τοσοῦτος ἐγένετο [13] φόβος; Οὐ μὴν ἀφῆκεν αὐτοὺς πάλιν μέχρι τῶν σκυθρωπῶν μεῖναι, ἀλλὰ τί φησι; *Μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με*, [785] *προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν*. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ οὐρανοῦ φαίνεται εὐθέως, οὐδὲ εἰς μακράν τινα χώραν ἄπεισιν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ἔθνει, ἐν ᾧ καὶ [14] ἐσταυρώθη, ἐν αὐτοῖς σχεδὸν τοῖς χωρίοις, ὥστε καὶ ἐντεῦθεν αὐτοὺς πιστώσασθαι, ὅτι ὁ σταυρωθεὶς αὐτὸς ἦν καὶ ὁ ἀναστὰς, καὶ ταύτῃ σκυθρωπάζοντας μειζόνως παραμυθήσασθαι. Διὰ τοῦτο καὶ, *Ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ*, εἶπεν, ἵνα τοῦ φόβου τῶν Ἰουδαίων ἀπαλλαγέντες, πιστεύσωσι τῷ λεγομένῳ. Διὸ καὶ ἐκεῖ ἐφάνη. *Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν · Εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοὶ, ἀλλ' ἐγὼ οὐδέποτε σκανδαλισθήσομαι.*

[96] αὐτὸς] add. οὖν G. H. M. [97] πίνω et ἐσθίω K. L. invito Ep. [98] τοῦτο] add. οὖν Ep. αὐτὸς] καὶ αὐτὸς Ideim. [99] τὸ] καὶ τὸ Edd. [1] τῆς] ἐπὶ τῆς K. ἐπὶ τῆς εὐεργεσίας εἶασε καὶ [καὶ om. G.] κατέδησε τὸ μν. τῶν μυστηρίων G. H. M. et Interp. [2] ἐπιστομίζωμεν H. M. ἐπιστόμιζε K. [3] ὁ Χριστὸς H. ὁ Ἰησοῦς om. M. [4] Μάνην Edd. [5] πάλιν om. G. K. [6] ἀναστὰς] μετὰ τὴν ἀνάστασιν G. Ep. [7] προσμαρτυρήσουσι K. L. [8] με om. K. L. [9] διὰ] add. τὴν τῆς Edd. [10] ἐχρῆτο L. Ep. [11] πρὸ] καὶ πρὸ Edd. [12] οἱ om. G. σταυρουμένου] add. αὐτοῦ Edd. [13] ἐγίνετο K. L. [14] καὶ om. G. K.

Digitized by Google

γ'. Τί φῄς, ὦ Πέτρε; ὁ προφήτης εἶπεν, ὅτι [16] Σκορπισθήσεται τὰ πρόβατα· ὁ Χριστὸς ἐβεβαίωσε τὸ εἰρημένον· καὶ σὺ λέγεις, οὐχί; Οὐκ ἀρκεῖ τὰ πρότερα, ὅτε εἶπες, *Ἱλεώς σοι*, καὶ ἐπεστομίσθης; Διὰ τοῦτο τοίνυν [16] ἀφίησιν αὐτὸν πεσεῖν, παιδεύων αὐτὸν ἐντεῦθεν πάντα πείθεσθαι τῷ Χριστῷ, καὶ τῆς οἰκείας συνειδήσεως πιστοτέραν ἡγεῖσθαι τὴν ἀπόφασιν τὴν αὐτοῦ. Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ οὐ μικρὸν ἐκαρπώσαντο ἀπὸ τῆς ἀρνήσεως τῆς αὐτοῦ, τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν κατανοήσαντες, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν. Ὅταν γὰρ αὐτός τι προείπῃ, οὐκέτι σοφίζεσθαι χρὴ, οὐδὲ τῶν πολλῶν κατεξανίστασθαι. *Τὸ γὰρ καύχημα, φησὶν, εἰς ἑαυτὸν ἕξεις, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον.* Δέον γὰρ δεηθῆναι καὶ εἰπεῖν, Βοήθησον ἡμῖν, ὥστε μὴ ἀποσχισθῆναι [17], ὁ δὲ ἑαυτῷ θαῤῥεῖ, καὶ φησι· *Καὶ εἰ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοὶ, ἀλλ' ἐγὼ οὐδέποτε·* κἂν πάντες τοῦτο πάθωσι, φησὶν, ἐγὼ οὐ πείσομαι· ὅπερ εἰς αὐθάδειαν αὐτὸν ἦγε κατὰ μικρόν. Τοῦτο τοίνυν καταστεῖλαι βουλόμενος ὁ Χριστὸς, συνεχώρησε τὴν ἄρνησιν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲ αὐτοῦ ἠνέσχετο, οὔτε τοῦ προφήτου [18]· (καίτοι διὰ τοῦτο καὶ τὸν προφήτην ἐπηγάγετο [19], ἵνα μὴ ἀντείπωσιν·) ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ οὐκ ἠνέσχετο τῶν ῥημάτων, παιδεύεται διὰ τῶν ἔργων. Ὅτι γὰρ διὰ τοῦτο συνεχώρησεν, ἵνα τοῦτο ἐν αὐτῷ κατορθώσῃ, ἄκουσον τί φησιν· *Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ σου ἡ πίστις.* Τοῦτο γὰρ σφόδρα αὐτοῦ καθαπτόμενος ἔλεγε, καὶ δηλῶν ὅτι τὸ πτῶμα αὐτοῦ τῶν ἄλλων χαλεπώτερον, καὶ πλείονος δεόμενον βοηθείας. Καὶ γὰρ δύο τὰ ἐγκλήματα ἦν, καὶ ὅτι ἀντεῖπε, καὶ ὅτι τῶν ἄλλων ἑαυτὸν προὔθηκε· μᾶλλον δὲ καὶ τρίτον, ὅτι τὸ πᾶν ἑαυτῷ ἀνέθηκε. Ταῦτα οὖν ἰώμενος, εἴασε γενέσθαι τὸ πτῶμα· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἄλλους ἀφεὶς, πρὸς αὐτὸν ἀποτείνεται. *Σίμων* γὰρ, φησὶ, *Σίμων, ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς συνιδεῖν ὡς τὸν σῖτον·* τουτέστι, θορυβῆσαι, ταράξαι, πειράσαι [20]· *Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ σου ἡ πίστις.* Καὶ διατί, εἰ πάντας ᾐτήσατο, οὐ περὶ πάντων εἶπεν, *Ἐδεήθην;* Οὐκ εὐδηλον, ὅτι τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ἔμπροσθεν εἶπον, ὅτι καθαπτόμενος αὐτοῦ, καὶ δεικνὺς ὅτι χαλεπώτερον τῶν ἄλλων αὐτοῦ τὸ πτῶμα, πρὸς αὐτὸν τρέπει τὸν λόγον; Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν, *Ἐγὼ δὲ οὐκ εἶασα, ἀλλ', Ἐδεήθην;* Ταπεινὰ λοιπὸν φθέγγεται, πρὸς τὸ πάθος [786] ἰών, ἵνα τὸ ἀνθρώπινον δείξῃ. Ὁ γὰρ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ αὐτοῦ οἰκοδομήσας, καὶ οὕτω τειχίσας αὐτὴν, ὡς μυρίους κινδύνους καὶ θανάτους αὐτῆς μὴ περιγενέσθαι, ὁ τῶν οὐρανῶν αὐτῷ τὰς κλεῖς δεδωκὼς, καὶ τοσαύτης ἐξουσίας ποιήσας κύριον, καὶ μηδαμοῦ εὐχῆς εἰς ταῦτα δεηθεὶς· (οὐδὲ γὰρ εἶπεν, *Ἐδεήθην*· ἀλλὰ μετὰ αὐθεντίας, *Οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν·*) πῶς εὐχῆς ἐδεῖτο, ἵνα ἑνὸς ἀνθρώπου σαλευομένην περισῴζῃ ψυχήν; Τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτως εἶπε; Διὰ τὴν αἰτίαν ἣν εἰρηκα, καὶ διὰ τὴν ἐκείνων δὲ ἀσθένειαν· οὐδέπω γὰρ ἦσαν τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν ἔχοντες. Πῶς οὖν ἠρνήσατο; Οὐκ εἶπεν, Ἵνα μὴ ἀρνήσῃ, ἀλλ', Ὥστε μὴ ἐκλιπεῖν τὴν πίστιν, ὥστε μὴ τέλεον ἀπολέσθαι. Τῆς γὰρ αὐτοῦ κηδεμονίας τοῦτο γέγονε. Καὶ γὰρ ὁ φόβος πάντα ἐξέβαλεν· ἄμετρος γὰρ ἦν· ἄμετρος δὲ ἐγίνετο [21], ἐπειδὴ σφόδρα αὐτὸν ἐγύμνωσεν ὁ Θεὸς τῆς ἑαυτοῦ ῥοπῆς· ἐγύμνωσε δὲ σφόδρα, ἐπειδὴ καὶ σφοδρὸν ἐν αὐτῷ τὸ πάθος ἦν τῆς αὐθαδείας καὶ τῆς ἀντιῤῥήσεως. Ἵν' οὖν πρόῤῥιζον ἀνέλῃ [22], διὰ τοῦτο εἴασεν οὕτω κατασκεῖν αὐτὸν τὴν ἀγωνίαν. Ὅτι γὰρ χαλεπὸν ἦν ἐν αὐτῷ τὸ πάθος τοῦτο, οὐκ ἠρκέσθη τοῖς προτέροις, καὶ προσῆλθε καὶ Χριστῷ [23] ἀντειπών, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα εἰπόντος αὐτῷ τοῦ Χριστοῦ, *Ἀμὴν λέγω σοι* [24], ὅτι [25] *ταύτῃ τῇ νυκτὶ, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με,* λέγει· *Κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι.* Ὁ δὲ Λουκᾶς ἐπισημαίνεται, ὅτι ὅσῳ ἀπηγόρευεν [26] ὁ Χριστὸς, τοσούτῳ [27] ἠναντιοῦτο ὁ Πέτρος ἐκ περισσοῦ. Τί ταῦτα, ὦ Πέτρε; Ὅτι μὲν Θεὸν, *Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με,* ἐφοβοῦ μὴ σὺ ᾖς ὁ προδότης, καὶ ἠνάγκαζες τὸν μαθητὴν [28] ἐρωτῆσαι, καίτοι οὐδὲν σαυτῷ συνειδὼς τοιοῦτον· νυνὶ δὲ διαῤῥήδην αὐτοῦ βοῶντος καὶ λέγοντος [29], ὅτι *Πάντες σκανδαλισθήσεσθε,* ἀντιλέγεις; καὶ οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ πολλάκις; Τοῦτο γὰρ ὁ Λουκᾶς φησι. Πόθεν οὖν αὐτῷ τοῦτο συνέβη; Ἀπὸ πολλῆς ἀγάπης, ἀπὸ πολλῆς ἡδονῆς. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπηλλάγη τῆς ἀγωνίας ἐκείνης τῆς κατὰ τὴν προδοσίαν, καὶ τὸν προδότην εἶδε, θαῤῥῶν ἔλεγε λοιπὸν, καὶ τῶν ἄλλων κατεξανίστατο λέγων· *Κἂν πάντες σκανδαλισθήσονται* [30], *ἀλλ' ἐγὼ οὐ σκανδαλισθήσομαι.* Ἠρέμα δὲ καὶ φιλοτιμίας τὸ πρᾶγμα ἦν· καὶ γὰρ ἐν τῷ δείπνῳ, τίς αὐτῶν μείζων ἐστὶν, ἐλογίζοντο· οὕτως αὐτοῖς παρηνώχλει τὸ πάθος. Διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐκώλυεν [31], οὐκ ὢν ὧν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἄρνησιν· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἔρημον τῆς αὐτοῦ βοηθείας ἀφεὶς, καὶ τὴν φύσιν ἐλέγχων τὴν ἀνθρωπίνην. Ὅρα γοῦν μετὰ ταῦτα πῶς κατεσταλμένος ἐστί. Καὶ γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἐπειδὴ εἶπεν, *Οὗτος δὲ τί;* καὶ ἐπεστομίσθη, οὐδὲν [32] ἀντειπεῖν λοιπὸν ὡς ἐνταῦθα ἐτόλμησεν, ἀλλ' ἐσίγησε. Πάλιν πρὸς τῇ ἁλιείᾳ ἀκούσας, *Θὺγ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς,* πάλιν σιγᾷ καὶ οὐκ ἀντιλέγει. Μετὰ [33] ταῦτα ἐπὶ τοῦ δώματος καὶ τῆς σινδόνος, ἀκούσας φωνῆς λεγούσης αὐτῷ, *Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου,* καὶ οὐδὲ σαφῶς εἰδὼς πῶς τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον, ἡσυχάζει [787] καὶ οὐ φιλονεικεῖ.

δ'. Ταῦτα δὲ πάντα τὸ πτῶμα ἐκεῖνο εἰργάσατο. Καὶ πρὸ μὲν τούτου τὸ πᾶν ἑαυτῷ ἀνατίθησι λέγων· *Κἂν πάντες σκανδαλισθήσονται, ἀλλ' ἐγὼ οὐ σκανδαλισθήσομαι· κἂν δέῃ με ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι* [34]· δέον εἰπεῖν, Ἂν ἀπολαύσω τῆς παρὰ σοῦ ῥοπῆς. Μετὰ δὲ ταῦτα τοὐναντίον ἅπαν· *Τί ἡμῖν προσέχετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν;* Ἐντεῦθεν μανθάνομεν δόγμα μέγα, ὡς οὐκ ἀρκεῖ προθυμία ἀνθρώπου, ἂν μὴ τῆς ἄνωθέν τις ἀπολαύσῃ ῥοπῆς· καὶ ὅτι πάλιν οὐδὲν κερδανοῦμεν ἀπὸ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, προθυμίας οὐκ οὔσης. Καὶ ταῦτα ἀμφότερα δείκνυσιν Ἰούδας καὶ Πέτρος· ὁ μὲν γὰρ πολλῆς ἀπολαύσας βοηθείας, οὐδὲν ὠφελήθη, ἐπειδὴ μὴ [35] ἠθέλησε, μηδὲ τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισήνεγκεν· οὗτος δὲ καὶ προθυμηθείς, ἐπειδὴ μηδεμιᾶς ἀπῆλαυσε βοηθείας, κατέπεσε. Καὶ γὰρ ἀπὸ δυοῖν [36] τούτων ἡ ἀρετὴ ὑφαίνεται. Διὸ παρακαλῶ, μήτε τὸ πᾶν ἐπὶ τὸν Θεὸν ῥίψαν-

[16] ὅτι om. K. L. [16] τοίνυν om. K. L. [17] ἀποσχισθῆναι] add. σου H. K. L. invito Ep. ὁ δὲ] Sic Sav. Ben. ἀλλὰ Γ' Mor. ὁ δὲ om. cæteri. Locum S. S. καὶ εἰ πάντες... οὐδέποτε non habent K. L. [18] προφήτου] add. ἤκουσε G. add. ἤκουε Sav. Sed ni paulo ante ἠνέσχετο omittunt. Nec ἠνέσχετο nec ἤκουε agnoscit Ben. [19] ἐπήγετο G. H. M. p. p. ἀνείπῃ Edd. [20] καὶ πειράσαι G. H. K. M. [21] ἐγίνετο G. K. L. [22] ἀνέλῃ] add. τοῦτο Edd. [23] καὶ τῷ Χρ. L. [24] εἰπόντος. ἀμὴν λ. σ. K. εἰπόντος ὅτι πρὶν ἀ. φ. L. omissis interpositis. [25] ὅτι] add. ἐν Edd. [26] ἀπηγόρευεν L. M. [27] τοσοῦτον G. M. τοσοῦτο pr. K. Mox τί om. G. [28] συμμαθητὴν Edd. *unum e discipulis* Ge. [29] καὶ λέγοντος om. G. K. [30] σκανδαλισθήσωνται H. M. σκανδαλισθῶσιν L. [31] ἐκώλυσεν H. M. [32] οὐδὲ G. ἀντεῖπεν H. K. et G. in textu. [33] Καὶ μετὰ Edd. [34] ἀπαρνήσωμαι G. L. M. [35] μὴ] οὐκ Mor. Ben. μηδὲ] οὐδὲ Mor. Ben. καὶ K. Ep. Sav. Mox συνεισενεγκεῖν G. K. Ep. Sav. [36] δύο G. K. M.

Digitized by Google

spondens autem Petrus dixit : Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego tamen numquam scandalizabor.

3. Quid ais, Petre ? propheta dixit, *Dispergentur oves ;* Christus dictum confirmavit : et tu dicis, Nequaquam ? non satis tibi sunt priora illa, cum dicebas, *Propitius esto tibi* (*Matth.* 16. 22), et increpatus fuisti ? Ideo illum cadere sinit, ut doceat illum semper Christo credere, et ejus sententiam propria sententia firmiorem putare. Reliqui vero non parum fructus a negatione ejus acceperunt, humana conspecta infirmitate, Deique veracitate. Cum enim ille quidpiam prædixerit, non ultra disputare oportet, neque adversus multos insurgere : *Gloriam* enim, inquit, *in te, et non in alio habebis* (*Gal.* 6. 4). Cum enim precandum esset, ac dicendum, Adjuva nos, ne abs te scindamur, ille in se confidit, et ait : *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego tamen numquam ;* etiamsi omnes id patiantur, inquit, ego non patiar : quod illum ad nimiam confidentiam paulatim evexit. Hoc reprimere Christus volens, negationem permisit quia enim neque Christo neque propheteæ obtemperavit (ideo enim etiam prophetam induxerat, ut ne ille repugnaret), attamen quia verbis non potuerat, ex rebus ipsis eruditur. Quod autem ideo permiserit, ut illum postea emendaret, audi quid dicat : *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua* (*Luc.* 22. 32). Hoc enim dixit, ut vehementius illum tangeret, ostenderetque illius lapsum cæterorum lapsu esse pejorem, majorique auxilio opus habere. Duplex enim crimen erat, et quod contradixerit, et quod se aliis anteposuerit ; tertium gravius adest, quod totum sibi adscripserit. Ilis ut medeatur, lapsum [1] evenire sinit ; ideoque missis aliis, ipsum alloquitur : *Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum* (*Ib. v.* 31) ; id est, ut turbaret, tentaret : *Ego autem pro te rogavi, ut non deficeret fides tua.* Et cur, si omnes expetivit, non dixit : Pro omnibus rogavi ? Annon palam est, idipsum esse, quod supra dixi ? Ut scilicet perstringat eum, et ostendat gravius quam cæteros lapsum esse, ad illum sermonem dirigit. Et cur non dixit, Ego non permisi, sed, *Rogavi ?* Ad passionem iturus, humilia loquitur, ut humanitatem suam demonstret. Nam qui Ecclesiam supra confessionem ejus ædificavit, ipsamque ita munivit, ut nec mille pericula, nec mille mortes illam possint superare, qui cælorum ipsi claves dedit et tantam potestatem, neque precibus ad hæc opus habuit (neque enim tunc dixit, *Rogavi ;* sed cum auctoritate, *Ædificabo Ecclesiam meam, et dabo tibi claves cælorum*), quomodo oratione opus habebat, ut vacillantem unius hominis animam constringeret ? Cur ergo ita loquutus est ? Propter eam quam jam dixi causam, et propter illorum infirmitatem : nondum enim eam, quam decebat, de illo opinionem habebant. Quomodo ergo negavit ? Non dixit, Ut non neges, sed, Ut non deficiat fides, ut non omnino pereat. Illius enim cura id factum est : nam metus omnia ejecit : ingens enim erat ; ingens vero fuit, quia auxilio suo Deus illum admodum nudavit : admodum vero nudavit, quia vehemens in illo morbus erat arrogantiæ et contradictionis. Ut ergo radicitus hunc morbum tolleret, ideo permisit ut illum terror invaderet. Quia enim vehemens in illo hic morbus erat, non modo et prophetæ et Christo contradixit, sed etiam postea cum Christus dixisset, 34. *Amen dico tibi, quoniam hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis,* respondit : 35. *Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Lucas (*Cap.* 22. 34) vero addit, quanto magis Christus negabat, tanto magis Petrum contra contendisse. Quid hoc est, Petre ? cum dicebat, *Unus vestrum me traditurus est,* timebas ne tu ipse proditor esses, et condiscipulum sciscitari cogebas, licet nihil horum tibi conscius esses ; nunc autem ipso clare clamante ac dicente, *Omnes scandalizabimini,* contradicis, nec semel tantum, sed bis et pluries ? Hoc quippe dicit Lucas. Unde ergo hoc ipsi contigit ? Ex multa caritate, ex multa voluptate. Postquam enim illo terrore liberatus fuit, ne proditor ipse esset, et proditorem novit, cum confidentia postea loquebatur, et contra alios insurgebat dicens : *Etsi omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor.* Imo aliquid ambitionis hic erat ; nam et in cœna quis eorum major esset disceptabant ; ita illos hic morbus exagitabat. Idcirco illum cohibuit, non ad negationem impellens ; absit ; sed auxilio suo vacuum relinquens, humanæque naturæ infirmitatem demonstrans. Vide autem quomodo post hæc demissus fuerit. Nam post resurrectionem, quando dixit, *Hic autem quid* (*Joan.* 21. 21) ? et repressus est, ne contradicere quidem ausus est, ut hic, sed tacuit. Rursusque post resurrectionem cum audit, *Non est vestrum nosse tempora vel momenta* (*Act.* 1. 7), rursus tacuit, nec contradicit. Deindeque in cœnaculo et sindone cum audisset vocem dicentem sibi, *Quæ Deus purificavit, tu communia ne dixeris* (*Ib.* 10. 15), cum non clare sciret quid sibi vellet illud, quievit, neque contendit.

4. *Voluntas sine gratia non agit, ut nec gratia sine voluntate. Christum edimus in Eucharistia.* — Hæc porro omnia lapsus ille operatus fuit. Antea vero totum sibi adscribit, dicens : *Etsi omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor. Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo ;* cum dicere oportuisset, Si gratia tua fruar ; contra vero postea sic loquitur : *Quid nobis attenditis, quasi propria virtute vel pietate* [1] *fecerimus hunc ambulare* (*Act.* 3. 12) ? Magnum hic dogma accipimus, non sufficere hominis fervorem, nisi superna adsit gratia ; itemque nihil nos a superna gratia juvari, nisi voluntatis studium adsit. Et hæc ambo ostendunt Judas et Petrus : ille namque multo fultus auxilio, nihil hinc fructus percepit, quia noluit, nec sua contulit ; hic vero cum proposito voluntatis, quia nullo fultus erat auxilio, lapsus est. Nam ex his duobus virtus contexitur. Quapropter rogo, ne omnia

[1] Alias legitur, *negationem*, pro, *lapsum*.

[1] Alii, *vel potestate*.

Digitized by Google

ad Deum remittentes, dormiamus, neve agere studentes, putemus nos propriis laboribus totum facturos esse. Neque enim nos supinos esse vult Deus. Ideo non totum ipse perficit, neque vult nos arrogantes esse. Quapropter non totum nobis dedit, sed utrinque noxam auferens, quod erat utile reliquit. Idcirco coryphæum cadere permisit, ut illum moderatiorem redderet, et ad majorem caritatem induceret : *Cui enim*, inquit, *plus remissum fuerit, is magis diliget* (*Luc.* 7. 47). Deo igitur ubique obsequamur; nec contradicamus ei, etiamsi id quod dicit, rationi et intelligentiæ nostræ contrarium videatur : sed prævaleat ejus sermo rationi et intelligentiæ nostræ. Sic etiam in mysteriis faciamus, non ea solum quæ sub sensum cadunt respicientes, sed verba ejus retinentes. Verbum quippe ejus fallere nequit; sensus vero noster facile decipitur. Verbum ejus numquam excidit; sensus vero sæpe fallitur. Quoniam vero ille dixit, *Hoc est corpus meum*, obtemperemus, credamus, et spiritualibus oculis ipsum respiciamus. Nihil enim sensibile nobis Christus dedit; sed rebus etiam sensibilibus omnia sunt spiritualia. Sic enim et in baptismo per rem sensilem donum aquæ conceditur, quod efficitur spirituale est, generatio et regeneratio, sive renovatio. Nam si incorporeus esses, nuda tibi illa et incorporea dona tribuisset; sed quia corpori conjuncta est anima, in sensibilibus spiritualia tibi largitur. Quot sunt qui modo dicunt, Vellem ejus formam, typum, vestimenta, calceamenta videre? Ecce illum vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Et tu quidem vestimenta videre cupis : ipse vero seipsum tibi dat, non videndum modo, sed tangendum, comedendum, intus accipiendum. Nemo itaque nauseans accedat, nemo remissus, omnes ardentes, omnes ferventes et excitati. Nam si Judæi stantes, calceati, baculos manibus tenentes, cum festinatione comedebant, multo magis te vigilare oportet. Illi enim in Palæstinam ituri erant, ideoque viatorum cultum habebant; tu vero in cælum migraturus es.

5. *Indigna communio quantum malum. Caritas et magnificentia Christi in Eucharistia.* — Quamobrem oportet semper vigilare : non parvum enim imminet supplicium iis qui indigne communicant. Cogita quantum contra proditorem indignaris, et contra eos qui Christum crucifixerunt. Cave ergo, ne tu ipse reus sis corporis et sanguinis Christi. Illi sacrum corpus trucidarunt, tu post tot beneficia cum sordida suscipis anima. Neque enim satis habuit hominem fieri, alapis cædi, immolari, sed seipsum commiscet nobiscum, non fide tantum, sed reipsa nos corpus suum constituit. Quanta ergo puritate oporteret eum esse qui hoc fruitur sacrificio? quanto radiis solaribus puriorem esse oporteret manum illam, quæ hanc carnem secat, os quod spirituali repletur igne, linguam tremendo sanguine tinctam? Cogita quantum adeptus sis honorem? qua frueris mensa? Quod angeli tremunt videntes, nec sine metu respicere audent ob fulgorem inde manantem, eo nos alimur, huic commiscemur, factique sumus Christi unum corpus et una caro. *Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes ejus* (*Psal.* 105. 2)? Quis pastor propriis sibi membris oves nutrit? Ecquid pastorem dico? Matres sæpe sunt, quæ post partum [1] infantes aliis nutricibus dant : ipse vero id non passus est, sed nos proprio sanguine nutrit, et per omnia sibi copulat. Considera autem : ex nostra substantia natus est. Sed, inquies, nihil hoc ad omnes pertinet : quamquam ad omnes certe. Si enim ad naturam nostram venit, utique ad omnes venit : si autem ad omnes etiam ad singulos. Et quomodo, inquies, non omnes hunc fructum acceperunt? Id certe non illi adscribendum qui pro omnibus illud delegit, sed illis qui noluerunt. Cuique enim fideli per hoc mysterium se conjungit, et quos genuit, per se nutrit, neque alii tradit; hocque tibi modo probat, se carnem accepisse tuam. Ne itaque segnes simus tanta dignati caritate et tanto honore. Non videtis quanto impetu infantes labia sua mamillæ admoveant? Cum eodem studio nos ad hanc accedamus mensam, et ad mamillam spiritualis poculi; imo vero majore cum studio, ut lactentes pueri, gratiam Spiritus attrahamus : unusque nobis sit dolor, si hoc spirituali alimento privemur. Non sunt humanæ virtutis hæc opera. Is qui tunc in illa cœna hæc confecit, et nunc etiam operatur. Nos ministrorum habemus ordinem : qui vero illa sanctificat et transmutat, ipse est. Nullus ergo Judas adsit, nullus avarus : si quis discipulus non est, recedat : non recipit hæc mensa eos qui tales non sunt. Cum discipulis, inquit, meis facio pascha. Hæc ipsa mensa est, quæ nihil minus quam illa habet. Neque enim illam Christus, hanc homo facit : sed et hanc et illam ipse. Hoc illud est cœnaculum, ubi tunc erant; hinc ad Montem olivarum exierunt : nos exeamus ad manus pauperum : hic enim locus est Montis olivarum. Olivæ namque plantatæ in domo Dei sunt pauperum multitudo, quæ stillant oleum, quod illic nobis utile erit : quod quinque illæ virgines habuerunt, cæteræ vero quæ non hinc acceperant, perierunt. Hoc accipientes intremus, ut fulgentibus lampadibus ad sponsum accedamus. Hoc accipientes hinc egrediamur. Nemo inhumanus accedat, nemo crudelis et immisericors, nemo omnino impurus.

6. Hæc vobis qui communicatis dico, necnon vobis qui ministratis. Nam necesse est vos aliquid, ut cum multa diligentia hæc dona distribuatis. Non parvum vobis supplicium deputatum est, si quem improbum vobis notum ad hujus mensæ participationem admittatis. Sanguis ejus exquireter de manibus vestris. Quamvis dux quispiam sit, quamvis præfectus, sive is ipse qui diademate redimitur, si indigne accedat, cohibe; majorem tu quam ille potestatem habes. Si tibi fons purus gregi custodiendus commissus esset, ac videres os ovis cujuspiam luto fœdatum, non sineres demisso capite fluentum turbare. Nunc non aquæ, sed sanguinis, et spiritus fonti custodiendo deputatus, si peccatis terra et luto fœdioribus inquinatos accede-

[1] Hæc, *post partum*, desunt in Morel.

Digitized by Google

τας, αὐτοὺς [37] καθεύδειν, μή.ε σπουδάζοντας, νομίζειν οἰκείοις πόνοις τὸ πᾶν κατορθοῦν. Οὔτε γὰρ ὑπτίους ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι βούλεται ὁ Θεός· διὰ τοῦτο οὐ τὸ πᾶν αὐτὸς ἐργάζεται· οὔτε ἀλαζόνας [38]· διὰ τοῦτο οὐ τὸ πᾶν ἡμῖν ἔδωκεν· ἀλλ' ἑκατέρου τὸ βλαβερὸν ἀνελών, τὸ χρήσιμον ἡμῖν [39] εἴασε. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν κορυφαῖον ἀφῆκε πεσεῖν, συνεσταλμένον τε αὐτὸν κατασκευάζων, καὶ εἰς πλείονα λοιπὸν ἀγάπην ἀλείφων. Ὃ γὰρ *πλέον*, φησὶν, *ἀρείθη* [40], *μειζόνως ἀγαπήσει*. Πειθώμεθα [41] τοίνυν πανταχοῦ τῷ Θεῷ, καὶ μηδὲν ἀντιλέγωμεν, κἂν ἐναντίον εἶναι δοκῇ τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς καὶ ταῖς ὄψεσι τὸ λεγόμενον· ἀλλ' ἔστω καὶ λογισμῶν καὶ ὄψεως κυριώτερος αὐτοῦ ὁ λόγος. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μυστηρίων ποιῶμεν, οὐ τοῖς κειμένοις μόνον ἐμβλέποντες· ἀλλὰ τὰ ῥήματα αὐτοῦ κατέχοντες [42]. Ὁ μὲν γὰρ λόγος αὐτοῦ ἀπαραλόγιστος· ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν εὐεξαπάτητος. Οὗτος οὐδέποτε διέπεσεν· αὕτη δὲ τὰ πλείονα σφάλλεται. Ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος φησὶ, *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*, καὶ πειθώμεθα καὶ πιστεύωμεν, καὶ νοητοῖς αὐτὸ βλέπωμεν ὀφθαλμοῖς. Οὐδὲν γὰρ αἰσθητὸν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ Χριστός· ἀλλ' ἐν [43] αἰσθητοῖς μὲν πράγμασι, πάντα δὲ νοητά. Οὕτω καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι, δι' αἰσθητοῦ μὲν πράγματος γίνεται τοῦ ὕδατος τὸ δῶρον, νοητὸν δὲ τὸ ἀποτελούμενον, ἡ γέννησις καὶ ἡ [44] ἀνακαίνισις. Εἰ μὲν γὰρ ἀσώματος ἦς [45], γυμνὰ ἂν αὐτά σοι τὰ ἀσώματα παρέῤῥωκε δῶρα· ἐπειδὴ δὲ σώματι συμπέπλεκται ἡ ψυχὴ, ἐν αἰσθητοῖς τὰ νοητά σοι παραδίδωσι. Πόσοι νῦν λέγουσιν, Ἐβουλόμην αὐτοῦ τὴν μορφὴν ἰδεῖν, τὸν τύπον, τὰ ἱμάτια, τὰ ὑποδήματα! Ἰδοὺ αὐτὸν ὁρᾷς, αὐτοῦ ἅπτῃ, αὐτὸν ἐσθίεις. Καὶ σὺ μὲν ἱμάτια ἐπιθυμεῖς ἰδεῖν· αὐτὸς δὲ ἑαυτόν [46] σοι δίδωσιν, οὐκ ἰδεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἅψασθαι, καὶ φαγεῖν, καὶ λαβεῖν ἔνδον. Μηδεὶς τοίνυν ναυτιῶν προσίτω [47], [788] μηδεὶς ἐκλελυμένος· ἅπαντες πεπυρωμένοι, ἅπαντες ζέοντες καὶ διεγηγερμένοι. Εἰ γὰρ Ἰουδαῖοι ἑστῶτες, καὶ τὰ ὑποδήματα καὶ τὰς βακτηρίας ἔχοντες ἐν ταῖς χερσὶν, ἤσθιον μετὰ σπουδῆς, πολλῷ μᾶλλον σὲ νήφειν δεῖ. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ εἰς Παλαιστίνην ἔμελλον ἐξιέναι, διὸ καὶ ὁδοιπόρων σχῆμα εἶχον· σὺ δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν μέλλεις ἀποδημεῖν.

ε'. Διὸ χρὴ πάντοθεν ἐγρηγορέναι· καὶ γὰρ οὐ μικρὰ κεῖται κόλασις τοῖς ἀναξίως μετέχουσιν. Ἐννόησον πῶς ἀγανακτεῖς κατὰ τοῦ προδότου, κατὰ τῶν σταυρωσάντων. Σκόπει τοίνυν, μὴ καὶ αὐτὸς ἔνοχος γένῃ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Ἐκεῖνοι κατέσταξαν τὸ πανάγιον [48] ῥῶμα, σὺ δὲ ῥυπαρᾷ ὑποδέχῃ ψυχῇ μετὰ τοσαύτας εὐεργεσίας. Οὐδὲ γὰρ ἤρκεσεν αὐτῷ τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον, τὸ [49] ῥαπισθῆναι καὶ σφαγῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀναφύρει ἑαυτὸν ἡμῖν· καὶ οὐ τῇ πίστει μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ πράγματι σῶμα ἡμᾶς αὐτοῦ κατασκευάζει. Τίνος οὖν οὐκ ἔδει καθαιρότερον εἶναι τὸν ταύτης ἀπολαύοντα τῆς θυσίας; ποίας ἡλιακῆς ἀκτῖνος τὴν λαμπρὰν τὴν ταύτην διατέμνουσαν τὴν σάρκα, τὸ στόμα τὸ πληρούμενον πυρὸς πνευματικοῦ, τὴν γλῶτταν τὴν φοινισσομένην αἵματι φρικωδεστάτῳ; Ἐννόησον ποίαν ἐτιμήθης τιμὴν· ποίας ἀπολαύεις τραπέζης. Ὅπερ ἄγγελοι βλέποντες φρίττουσι, καὶ οὐδὲ ἀντιβλέψαι τολμῶσιν ἀδεῶς διὰ τὴν ἐκεῖθεν φερομένην [50] ἀστραπὴν, τούτῳ ἡμεῖς τρεφόμεθα, τούτῳ ἀναφυρόμεθα, καὶ γεγόναμεν ἡμεῖς Χριστοῦ σῶμα ἓν καὶ σάρξ μία. *Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου; ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ;* Τίς ποιμὴν τοῖς οἰκείοις μέλεσι τρέφει τὰ πρόβατα; Καὶ τί λέγω, ποιμήν; Μητέρες πολλάκις εἰσὶ, καὶ [51] μετὰ τὰς ὠδῖνας ἑτέραις ἐκδιδόασι τροφοῖς τὰ παιδία· αὐτὸς δὲ τοῦτο οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' αὐτὸς ἡμᾶς τρέφει οἰκείῳ αἵματι [52], καὶ διὰ πάντων ἡμᾶς ἑαυτῷ συμπλέκει. Σκόπει δέ· ἐγεννήθη ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας. Ἀλλ' οὐδὲν τοῦτο πρὸς πάντας, φησί· καίτοιγε πρὸς πάντας. Εἰ γὰρ πρὸς τὴν φύσιν ἦλθε τὴν ἡμετέραν, εὔδηλον ὅτι πρὸς πάντας. Εἰ δὲ πρὸς πάντας, καὶ πρὸς ἕνα ἕκαστον. Καὶ πῶς ἅπαντες οὐκ ἐκαρπώσαντο τὸ ἐντεῦθεν κέρδος; φησί. Τοῦτο οὐ παρ' ἐκεῖνον τὸν ὑπὲρ ἁπάντων τοῦτο ἐλόμενον, ἀλλὰ παρὰ τοὺς μὴ βουληθέντας. Ἑνὶ [53] ἑκάστῳ τῶν πιστῶν ἀναμίγνυσιν ἑαυτὸν διὰ τῶν μυστηρίων· καὶ οὓς ἐγέννησεν, ἐκτρέφει δι' ἑαυτοῦ, καὶ οὐκ ἄλλῳ ἐκδίδωσι. καὶ τούτῳ σε πείθων πάλιν, ὅτι σάρκα ἔλαβε τὴν [54] σήν. Μὴ τοίνυν ῥᾳθυμῶμεν, τοσαύτης ἠξιωμένοι ἀγάπης τε καὶ τιμῆς. Οὐχ ὁρᾶτε τὰ παιδία μεθ' ὅσης προθυμίας δράσσεται τοῦ μαστοῦ; μεθ' ὅσης [55] ὁρμῆς ἐμπήγνυσι τῇ θηλῇ τὰ χείλη; Μετὰ τοσαύτης προσίωμεν καὶ ἡμεῖς τῇ τραπέζῃ ταύτῃ, καὶ τῇ θηλῇ τοῦ ποτηρίου τοῦ πνευματικοῦ· μᾶλλον δὲ [56] μετὰ πολλῷ πλείονος ἐλκύσωμεν, ὡς παιδία ὑπομάζια, τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν· καὶ μία ἡμῖν ἔστω ὀδύνη, τὸ μὴ μετασχεῖν ταύτης τῆς τροφῆς. Οὐκ ἔστιν ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἔργα τὰ προκείμενα. [789] Ὁ τότε ταῦτα [57] ποιήσας ἐν ἐκείνῳ τῷ δείπνῳ, οὗτος καὶ νῦν αὐτὰ ἐργάζεται [58]. Ἡμεῖς ὑπηρετῶν τάξιν ἐπέχομεν· ὁ δὲ ἁγιάζων αὐτὰ καὶ μετασκευάζων, αὐτός. Μηδεὶς τοίνυν Ἰούδας παρέστω, μηδεὶς φιλάργυρος. Εἴ τις μὴ [59] μαθητής, παραχωρείτω· οὐ δέχεται τοὺς τοιούτους ἡ τράπεζα. *Μετὰ γὰρ τῶν μαθητῶν μου*, φησὶ, *ποιῶ τὸ πάσχα*. Αὕτη ἐκείνη ἐστὶν ἡ τράπεζα, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔχει. Οὐ γὰρ ἐκείνην μὲν ὁ Χριστὸς, ταύτην δὲ ἄνθρωπος δημιουργεῖ· ἀλλὰ καὶ ταύτην [60] αὐτός. Τοῦτο ἐκεῖνο τὸ ἀνώγεων, ἔνθα τότε ἦσαν· ἐντεῦθεν εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν ἐξῆλθον. Ἐξέλθωμεν καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὰς χεῖρας τῶν πενήτων· τοῦτο γὰρ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν τὸ χωρίον. Ἐλαῖαι γάρ εἰσι καταπεφυτευμέναι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ τῶν πενήτων τὸ πλῆθος, ἀποστάζουσαι [61] τὸ ἔλαιον τὸ ἐκεῖ χρησιμεῦον ἡμῖν, ὃ αἱ πέντε παρθένοι εἶχον· αἱ δὲ ἕτεραι μὴ λαβοῦσαι ἐντεῦθεν ἀπώλοντο. Τοῦτο λαβόντες εἰσίωμεν, ἵνα φαιδραῖς ἀπαντήσωμεν ταῖς λαμπάσι τῷ Νυμφίῳ· τοῦτο λαβόντες ἐξέλθωμεν ἐντεῦθεν. Μηδεὶς ἀπάνθρωπος προσίτω, μηδεὶς ὠμὸς καὶ ἀνελεὴς [62], μηδεὶς ὅλως ἀκάθαρτος.

ς'. Ταῦτα πρὸς ὑμᾶς τοὺς μεταλαμβάνοντας λέγω, καὶ πρὸς ὑμᾶς τοὺς διακονουμένους. Καὶ γὰρ ἀναγκαῖον καὶ πρὸς ὑμᾶς διαλεχθῆναι, ὥστε μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς διανέμειν ταυτὶ τὰ δῶρα. Οὐ μικρὰ κόλασις ὑμῖν ἐστιν [63], εἴ τινι συνειδότες τινὰ πονηρίαν, συγχωρήσετε μετασχεῖν ταύτης τῆς τραπέζης. Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῶν χειρῶν ἐκζητηθήσεται τῶν ὑμετέρων. Κἂν στρατηγός τις ᾖ, κἂν ὕπαρχος, κἂν αὐτὸς ὁ τὸ διάδημα περικείμενος, ἀναξίως δὲ προσίῃ, κώλυσον· μείζονα ἐκείνου

[37] αὐτοὺς om. K. Euth. [38] ἀλαζόνας] add. [εἶναι] Mor. add. βούλεται εἶναι G. H. M. Sav. Ben. Nobiscum facit Ep. [39] ἡμῖν om. L. [40] Sic L. ἀφῄθη K. cæteri cum Euth. ἀφιεθῇ. ἂν post γὰρ addit Sav. [41] ΗΘΙΚΟΝ. Περὶ κοινωνίας, καὶ περὶ ἱερέων, καὶ ὅτι καὶ νῦν δι' αὐτῶν ὁ Χριστὸς ἐργάζεται τὴν τράπεζαν· ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν συγγινωσκόντων τινὶ ἁμάρτημα, καὶ μὴ κωλυόντων μεθέξειν· ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν ἐκζητηθήσεται. G. [42] κατέχωμεν G. K. M. [43] ἐν, quod vulgo abest, ex uno cod. recepi. ἀλλ' αἰσθητὰ μὲν πράγματα Reg. 688. [44] ἡ] add. [ἀναγέννησις ἤτουν] Mor. et sine uncis Ben. repugnantibus subsidiis. Mox ἀνακαίνωσις G. M. ἀνακαίνησις K. [45] ἦς] ἧς Sav. εἰ Mor. Ben. [46] αὐτὸν G. K. M. [47] προσίτω G. H. K. M. [48] παναγιον om. K. L. [49] τὸ] οὐδὲ τὸ Edd. [50] ἐκφερομένην L. p. p. τοῦτο ἡμεῖς G. M. [51] καὶ] αἱ Edd. [52] σώματι G. Ge. [53] Ἑνὶ] Ἑπεὶ L. Ἑνὶ γὰρ G. p. p. διὰ τοῦ μυστηρίου G. M. Ge. [54] τὴν om. K. L. [55] ὅσης] add. τῆς L. [56] δὲ] add. καὶ Edd. πλείονος] add. πόθου Sav. ἑλκύσωμεν] add. προθυμίας Mor. Ben. [57] αὐτὰ G. H. K. M. [58] ἐργάζεται. Ἡμεῖς] ἐργάζεται ὑμῖν. G. Sic Sav. sed hic post ἐπέχομεν, ἡμεῖς inculcat. [59] μὴ om. G. H. M παραχωρείτω] παρίτω iidem. Mox τοὺς μὴ τοιούτους iidem cum K. Ge. Sav. Ben. qui cæteroquin nobiscum faciunt. [60] ταύτην] add. κἀκείνην Mor. Ben. [61] ἀποστάζουσι G. [62] ἀνελεὴς L. [63] ἐστὶν om. G. τινι s. τινὰ] s. τινὶ L. et Flor. p. 146.(Tom. XII, p. 495 D.) Mox συγχωρήσητε Edd.

Digitized by Google

τὴν ἐξουσίαν ἔχεις. Σὺ δὲ εἰ μὲν πηγὴν ὕδατος ἐνεχειρίσθης φυλάττειν ποιμνίῳ καθαρὰν, εἶτα εἶδες πρόβατον πολὺν ἐπὶ τοῦ στόματος φέρον τὸν βόρβορον, οὐκ ἂν εἴασας ἐπικύψαι κάτω, καὶ θολῶσαι τὸ ῥεῖθρον· νυνὶ δὲ οὐχ ὕδατος, ἀλλ' αἵματος καὶ πνεύματος πηγὴν ἐγκεχειρισμένος, καὶ ὁρῶν γῆς καὶ [66] βορβόρου χαλεπωτέραν ἁμαρτίαν ἔχοντάς τινας καὶ προσιόντας, οὐκ ἀγανακτεῖς, οὐδὲ ἀπείργεις; καὶ τίνα ἂν σχοίης συγγνώμην; Διὰ τοῦτο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἐτίμησε ταύτην τὴν τιμὴν, ἵνα τὰ τοιαῦτα διακρίνητε. Τοῦτο ὑμῶν ἡ ἀξία, τοῦτο ἡ ἀσφάλεια, τοῦτο ὁ στέφανος ἅπας, οὐχ ἵνα λευκὸν χιτωνίσκον καὶ ἀποστίλβοντα περιβαλλόμενοι περίησθε. Καὶ πόθεν οἶδα, φησὶ, τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα; Οὐ περὶ τῶν ἀγνοουμένων, ἀλλὰ περὶ τῶν γνωρίμων λέγω. Εἶπω τι φρικωδέστερον; Οὐχ οὕτω χαλεπὸν τοὺς ἐνεργουμένους ἔνδον εἶναι, ὡς τούτους, οὓς φησιν ὁ Παῦλος τὸν Χριστὸν καταπατῆσαι, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγήσασθαι, καὶ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος ἐνυβρίσαι. Δαιμονῶντος γὰρ χείρων ὁ ἡμαρτηκὼς καὶ προσιών. Οἱ μὲν γὰρ ἐπειδὴ δαιμονῶσιν, οὐ κολάζονται· οὗτοι δὲ ὅταν ἀναξίως προσίωσιν, ἀθανάτῳ παραδίδονται τιμωρίᾳ [68]. [790] Μὴ τοίνυν τούτους ἐλαύνωμεν μόνον, ἀλλὰ πάντας ἁπλῶς, οὓς ἂν ἴδωμεν ἀναξίως προσιόντας. Μηδεὶς [69] κοινωνείτω τῶν μὴ μαθητῶν. Μηδεὶς λαμβανέτω Ἰούδας [67], ἵνα μὴ τὰ Ἰούδα πάθῃ. Σῶμά ἐστι Χριστοῦ καὶ τοῦτο τὸ πλῆθος. Ὅρα τοίνυν, ὁ διακονούμενος τοῖς μυστηρίοις, μὴ παροξύνῃς τὸν Δεσπότην, οὐκ ἐκκαθαίρων τὸ σῶμα τοῦτο· μὴ ξίφος δῷς ἀντὶ τροφῆς. Ἀλλὰ κἂν ὑπὸ ἀγνοίας [68] ἐκεῖνος ἔρχηται μεθέξων, πώλυσον, μὴ φοβηθῇς. Φοβήθητι τὸν Θεὸν, μὴ ἄνθρωπον. Ἂν φοβηθῇς ἄνθρωπον, καὶ ὑπ' αὐτοῦ καταγελασθήσῃ· ἂν δὲ τὸν Θεὸν, καὶ ἀνθρώποις αἰδέσιμος ἔσῃ. Εἰ δὲ αὐτὸς οὐ τολμᾷς, ἐμοὶ πρόσαγε· οὐ συγχωρήσω ταῦτα τολμᾶσθαι. Τῆς ψυχῆς ἀποστήσομαι πρότερον, ἢ τοῦ αἵματος μεταδώσω τοῦ Δεσποτικοῦ παρ' ἀξίαν· καὶ τὸ αἷμα τὸ ἐμαυτοῦ προήσομαι πρότερον, ἢ [69] μεταδώσω αἵματος οὕτω φρικώδους παρὰ τὸ προσῆκον. Εἰ δὲ ἠγνόησέ τις τὸν φαῦλον πολλὰ περιεργασάμενος, οὐδὲν ἔγκλημα. Ταῦτα γάρ μοι περὶ τῶν δήλων εἴρηται. Ἂν γὰρ τούτους διορθώσωμεν, καὶ τοὺς ἀγνῶτας ταχέως ἡμῖν ὁ Θεὸς γνωριεῖ· ἂν δὲ τούτους ἐάσωμεν, τίνος ἕνεκεν ἡμῖν ἐκείνους ποιήσει φανεροὺς λοιπόν; Ταῦτα δὲ λέγω, οὐχ ἵνα ἀπείργωμεν, οὐδ' ἵνα ἐκτέμνωμεν μόνον, ἀλλ' ἵνα διορθώσαντες ἐπαναγάγωμεν, ἵνα ἐπιμελώμεθα. Οὕτω γὰρ καὶ τὸν Θεὸν ἵλεων ἕξομεν, καὶ πολλοὺς τοὺς κατ' ἀξίαν μεταλαμβάνοντας εὑρήσομεν, καὶ τῆς εἰκείας σπουδῆς καὶ τῆς περὶ τοὺς ἄλλους ἐπιμελείας πολὺν ἀπολήψόμεθα τὸν μισθόν· οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[66] γῆς καὶ] τὴν H. M. τοὺς G. Mox τινὰς om. G. [67] κολάσει G. [68] Μηδεὶς] add. οὖν Edd. [67] Ἰούδας] ὡς ὁ Ἰούδας G. Ge. [68] ἀνοίας Sav. Ben. ἀσθενείας Flor. [69] Usque ad ἐφθέγξατο p. 791 D.

ΟΜΙΛΙΑ ΠΓ'.

Τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ, καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς· Καθίσατε αὐτοῦ, ἕως ἂν ἀπελθὼν προσεύξωμαι [70] *ἐκεῖ. Καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ τοὺς δύο υἱοὺς Ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν, καὶ λέγει αὐτοῖς· Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ.*

α'. Ἐπειδὴ ἀδιαστάτως αὐτοῦ εἶχοντο [71], διὰ τοῦτό φησι· *Μείνατε αὐτοῦ, ἕως ἀπελθὼν προσεύξωμαι.* Ἔθος γὰρ αὐτῷ χωρὶς αὐτῶν προσεύχεσθαι. Τοῦτο δὲ ἐποίει, παιδεύων ἡμᾶς ἐν ταῖς εὐχαῖς ἡσυχίαν κατασκευάζειν ἑαυτοῖς καὶ ἠρεμίαν πολλήν. Καὶ παραλαμβάνει τοὺς τρεῖς, καὶ λέγει αὐτοῖς· *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου.* Τίνος ἕνεκεν μὴ πάντας; παραλαμβάνει; Ἵνα μὴ καταπέσωσιν· ἀλλὰ τούτους, τοὺς τῆς δόξης αὐτοῦ θεωροὺς γενομένους. Ἀλλ' ὅμως καὶ τούτους ἀφίησι, *Καὶ μικρὸν προελθὼν, ηὔξατο λέγων* [72]· [791] *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. Καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτούς, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας, καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ· Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.* Οὐχ ἁπλῶς πρὸς Πέτρον μάλιστα ἀποτείνεται, καίτοι καὶ τῶν ἄλλων καθευδησάντων [73]· ἀλλὰ καθικνούμενος αὐτοῦ κἀντεῦθεν διὰ τὴν αἰτίαν ἣν ἔμπροσθεν εἶπον. Εἶτα ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄλλοι τὸ αὐτὸ εἶπον, (εἰπόντος γὰρ, φησὶ, Πέτρου, ὅτι *Κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἐπαρνήσομαι· ὁμοίως δὲ*, φησὶ, *καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον*) πρὸς ἅπαντας διαλέγεται, ἐλέγχων αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν. Οἱ γὰρ συναποθανεῖν αἱρούμενοι, οὐδὲ λυπουμένῳ τότε συλλυπηθῆναι ἰσχυσαν ἠγρηγορότες, ἀλλ' ἐκράτησεν αὐτῶν ὁ ὕπνος. Ὁ δὲ ἐκτενῶς εὔχεται [74], ἵνα μὴ δόξῃ ὑπόκρισις εἶναι τὸ πρᾶγμα. Καὶ ἰδρῶτες ἐπιῤῥέουσι διὰ τὴν αἰτίαν πάλιν τὴν αὐτήν. καὶ [75] ἵνα μὴ τοῦτο εἴπωσιν αἱρετικοὶ, ὅτι ὑποκρίνεται τὴν ἀγωνίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἱδρῶτες ὡς θρόμβοι αἵματος, καὶ ἄγγελος ἐνισχύων αὐτὸν ἐφάνη, καὶ μυρία φόβου τεκμήρια, ἵνα [76] μή τις εἴπῃ τὰ ῥήματα πεπλασμένα εἶναι. Διὰ [77] τοῦτο καὶ ἡ εὐχή. Τῷ μὲν οὖν εἰπεῖν, *Εἰ δυνατὸν, παρελθέτω*, ἔδειξε τὸ ἀνθρώπινον· τῷ δὲ εἰπεῖν, *Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ*, ἔδειξε [78] τὸ ἀνάρετον καὶ ἀμφιλόσοφον, παιδεύων καὶ τῆς φύσεως ἀνθελκούσης ἔπεσθαι τῷ Θεῷ. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἦρκει τοῖς ἀνοήτοις τὸ πρόσωπον δεῖξαι μόνον, καὶ ῥήματα προστίθησι. Πάλιν ῥήματα οὐκ ἦρκει μόνον, ἀλλὰ καὶ πραγμάτων ἔδει; καὶ ταῦτα συνάπτει τοῖς ῥήμασιν, ἵνα πιστεύσωσι καὶ οἱ σφόδρα φιλονεικοῦντες, ὅτι καὶ ἄνθρωπος γέγονε καὶ ἀπέθανεν. Εἰ γὰρ καὶ τούτων ὄντων, ἀπιστεῖται παρά τινων ἔτι τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον εἰ μὴ ταῦτα ἦν. Ὁρᾷς δι' ὅσων δείκνυσι τῆς οἰκονομίας τὴν ἀλήθειαν; Δι' ὧν φθέγγεται, δι' ὧν πάσχει. Εἶτα ἐλθὼν, *Λέγει*, φησὶ, *τῷ Πέτρῳ· Οὕτως οὐκ ἰσχυσας μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ;* Ἅπαντες ἐκάθευδον [79], καὶ τῷ Πέτρῳ ἐπιτιμᾷ, αἰνιττόμενος αὐτὸν, ὑπὲρ ὧν ἐφθέγξατο. Καὶ τὸ, *Μετ' ἐμοῦ* δὲ οὐχ ἁπλῶς κεῖται [80], ὡσανεὶ ἔλεγε· Γρηγορῆσαι οὐκ ἰσχυσας μετ' ἐμοῦ, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ τὴν ψυχὴν [81] θήσεις; Καὶ τὸ ἑξῆς δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο αἰνίττεται. *Γρηγορεῖτε* γὰρ, φησὶ, *καὶ προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν.* Ὁρᾷς πῶς πάλιν αὐτοὺς παιδεύει μὴ ἀπαυθαδιάζεσθαι, ἀλλὰ συντετρῖφθαι τὴν διάνοιαν, καὶ ταπεινοφρονεῖν, καὶ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν ἀνατιθέναι; Καὶ νῦν μὲν πρὸς Πέτρον ἀποτείνεται, νῦν δὲ πρὸς πάντας κοινῇ. Κἀκείνῳ μέν φησι· *Σίμων, Σίμων, ἐξῃτήσατο* [82] *ὁ Σατανᾶς σινιάσαι ὑμᾶς· κἀγὼ ἐδεήθην περὶ σοῦ· κοινῇ δὲ πᾶσιν, Εὔχεσθε* [83] *μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν*, πανταχοῦ τὸ αὐθαδες αὐτῶν ἐκκόπτων καὶ ἀναγωνίους ποιῶν. [792] Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ διόλου καταφορικὸν ποιεῖν τὸν λόγον, λέγει· *Τὸ μὲν*

[70] προσεύξομαι (om. ἂν) G. H. K. [71] εἶχον G. Correxit Mor. tel. Mox ἕως ἂν ἀ. προσεύξωμαι M. invitis Mosqq. [72] προσελθὼν M. 5 Mosqq. et pr. H. K. [73] καθευδόντων G. Euth. Mox κἀνταῦθα Edd. [74] καὶ ante ἵνα delevi, auctoribus K Ep. [75] καὶ om. Ep. p. p. τοῦτο om. M. Ep. Haec aliter distinguuntur in Edd. [76] ἵνα] add. γὰρ G. [77] Διὰ] add. γάρ τοι Edd. [78] ἐδίδαξε G. H. M. invito Ep. [79] ἐκαθεύδησαν Edd. [80] κεῖται] εἶπεν G. H. K. M. sed πρόσκειται habet Ep. ἀλλ' ante ὡσανεὶ delevi cum H. L. M. Ep. [81] ψυχήν] add. σου Edd. [82] Sic G. H. L. M. vulgo ἐζήτησεν. ὑμᾶς] add. ὡς τὸν σῖτον Edd. [83] εὔχεσθαι M.

Digitized by Google

re videas, nec indigneris, nec cohibeas, quam veniam merearis? Idcirco vos Deus hoc honore decoravit ut hæc discernatis. Hæc vestra dignitas est, hæc securitas, hæc corona, non ut alba splendenteque tunica induti circumeatis. Et undenam, inquies, hunc et illum nosse possim? Non de ignotis, sed de notis loquor. Aliquid horribilius dicam : Non tam grave est energumenos intus esse, ut hos quos dicit Paulus (*Hebr.* 10. 29) Christum conculcare, et sanguinem testamenti communne ducere, atque Spiritus gratiam contumelia afficere. Dæmoniaco enim pejor est qui peccavit et accessit. Illi enim cum a dæmone vexantur, non ideo puniuntur : hi vero si indigne accedant, æterno supplicio tradantur. Ne itaque hos tantum pellamus, sed etiam omnes, quos viderimus indigne accedere. Nemo eorum qui discipuli non sunt communicet. Nullus Judas sumat [1], ne Judæ mala patiatur. Corpus Christi est hæc etiam multitudo. Vide ergo tu, qui mysteriorum minister es, ne Dominum ad iram concites, si hoc corpus non purges : ne gladium des pro cibo. Sed etiamsi præignorantia [2] ille ad communionem accedat, cohibe illum, ne timeas. Time Deum [1], non hominem. Si timeas hominem, ab illo irrideberis; si Deum, etiam hominibus venerabilis eris. Si non audes, mihi adduc; nec permittam hujusmodi ausus. Animam potius amittam, quam indigno sanguinem dominicum præbeam; et sanguinem potius profundam, quam tremendum sanguinem dem cui non par est. Si post multam perquisitionem indignum non noveris, nihil criminis erit. Hæc de iis qui manifesti sunt dicta sint. Nam si hos corrigamus, cito nobis Deus ignotos notos faciet; si autem notos sinamus, cujus rei gratia Deus nobis alios notos faciat? Hæc porro dico, non ut coerceamus vel sequestremus tantum, sed ut emendatos reducamus, ut eorum curam habeamus. Sic enim et Deum propitium habebimus, et multos digne communicantes reperiemus, studiique et sollicitudinis erga alios nostræ multam recipiemus mercedem : quam nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Savil., *nullus sumat ut Judas.*
[2] Sav. Ben. *stultitia.* Suspicatur Savil. legendum, *præ arroguntia.*

[1] Alii et Morel., *time Dominum Deum.*

HOMILIA LXXXIII. al. LXXXIV.

CAP. 26. v. 36. *Tunc venit cum eis Jesus in villam quæ dicitur Gethsemani, et dicit discipulis : Sedete hic donec vadam illuc, et orem.* 37. *Et assumpto Petro et duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari et mœstus esse,* 38. *et dixit eis : Tristis est anima mea usque ad mortem. Manete hic, et vigilate mecum.*

1. Quia ipsi semper hærebant, ideo dicit : *Manete hic, donec vadam et orem.* Solebat enim seorsum ab illis orare. Hoc autem faciebat, ut nos doceret, ad precandum nobis quietem et tranquillitatem multam esse parandam. Et accipit tres discipulos, dicitque illis : *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Cur non omnes secum adduxit? Ne concíderent. Sed hos tantum admisit, qui gloriæ suæ spectatores fuerant. Attamen hos etiam relinquit. Et paululum procedens, orat dicens : 39. *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* 40. *Et venit ad eos, et invenit eos dormientes, et dicit Petro : Ita non potuistis una hora vigilare mecum?* 41. *Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Non frustra Petrum maxime alloquitur, licet alii quoque dormirent; sed ut perstringat illum ob causam superius dictam. Deinde quia alii quoque idipsum dixerant (cum enim Petrus dixisset, *Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo : similiter,* inquit, *et omnes discipuli dixerunt*), illorum infirmitatem redarguens, ipsos omnes alloquitur. Nam qui mori cum illo volebant, dolenti condolere non poterant vigilantes, sed a somno victi sunt. Ipse vero intentius orat ne videretur res illa esse simulatio; eadem de causa sudor decidit, et ne dicerent hæretici, ipsum timiditiam simulasse; ideoque sudores erant sicut guttæ sanguinis, et angelus ipsum confortans apparuit, sexcentaque fuere timoris signa, ne quis diceret, ficta esse verba. Hac etiam de causa orat. Cum ergo ait : *Si possibile est, transeat,* humanitatem ostendit; cum autem dicit, *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu,* virtutem philosophiamque exhibet [1], monetque, renitente quoque natura, Deum esse sequendum. Quia vero non sat erat stultis solam mœrentis faciem ostendere, verba addit. Rursus verba non sufficiebant, sed res ipsæ desiderabantur, hæc etiam verbis addidit, ut vel ii crederent qui admodum contentiosi essent, ipsum et hominem factum et mortuum esse. Nam si cum hæc omnia signa fuerint, non desunt tamen qui hoc non credant, multo magis si hæc non fuissent. Viden' per quanta œconomiæ veritatem ostendat? Per verba, per ea quæ patitur. Deinde veniens dicit Petro : *Sic non potuisti una hora vigilare mecum?* Omnes dormiebant, et Petrum increpat, subobscure coarguens eum de iis quæ dixerat. Illud vero, *Mecum,* non sine causa ponitur, sed ac si diceret : Vigilare non potuisti mecum, et pro me animam tuam pones? Quod vero sequitur, idipsum subindicat : nam ait, *Vigilate, et orate, ut ne intretis in tentationem.* Vides quomodo rursum eos instituat, ne in arrogantiam declinent, sed animum conterant, humilesque sint, totumque Deo adscribant? Et nunc quidem Petrum alloquitur, nunc simul omnes. Atque illi quidem ait : *Simon, Simon, expetivit vos satanas, ut cribraret sicut triticum : et ego propter te oravi* (*Luc.* 22. 31); simul vero omnibus : *Orate,* inquit, *ne intretis in tenta-*

[1] Aliqui legunt, *docet.*

Digitized by Google

tionem [1] : ubique arrogantiam illorum frangit, ac sollicitos reddit. Deinde ne videretur acrior esse, addit : *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Nam si vis, inquit, mortem contemnere, non poteris, donec Deus manum porrexerit : caro enim animum deprimit. Rursusque hoc ipsum subindicavit, dicens : 42. *Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua :* hic ostendens se cum voluntate Dei admodum consonare, et ubique illum sequi oportere, illudque requirere. 43. *Et veniens, invenit eos dormientes.* Nam præterquam quod intempesta nox erat, oculi eorum præ mœrore gravati erant. Tertio quoque abiens hoc ipsum loquutus est, confirmans se hominem factum esse. Nam illud secundo et tertio in Scripturis veritatis est certum indicium : sicut et Joseph Pharaoni dixit : *Tibi apparuit somnium secundo* (*Gen.* 41. 32), pro veritate, et hoc factum est ut credas id omnino futurum esse. Ideo ipse et semel et bis et tertio idipsum loquutus est, ut œconomiæ fidem faceret. Et cur secundo venit? Ut illos redargueret, quia ita mœrore obruti erant, ut ne præsentiam quidem ejus sentirent. Nec tamen redarguit, sed paululum recessit, incredibilem eorum infirmitatem significans, qui ne increpati quidem potuissent vigilare. Non expergefacit autem nec increpat amplius, ne attonitos magis percelleret, sed cum abiisset, orasset et rediisset, ait : 45. *Dormite jam et requiescite.* Atqui tunc vigilare opus erat ; sed ostendit ipsos ne conspectum quidem malorum facile laturos, sed fugandos esse præ terrore, neque se illorum egere auxilio, et tradi se omnino oportere, aitque : *Dormite jam et requiescite. Ecce appropinquavit hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Ostendit rursum œconomiæ fuisse illud.

2. *Christus neque peccato obnoxius, neque necessitate coactus, sed sponte sua passionem subiit. Proditoris sceleratus animus. Avaritia redarguitur.* — Neque hinc solum, sed etiam quod dicat, *In manus peccatorum*, illorum erigit animos, ostendens illorum nequitiæ hoc opus esse, non vero quod ipse peccato esset obnoxius. 46. *Surgite, eamus hinc ; ecce appropinquavit qui me tradet.* His omnibus illos erudit, non necessitatis, neque infirmitatis, sed œconomiæ cujusdam ineffabilis rem esse : præsciebat enim venturum esse [2], nec solum non fugit, sed obviam ivit. 47. *Adhuc* enim *eo loquente, ecce Judas unus ex duodecim venit, et cum ipso turba multa, cum gladiis et fustibus, missi a principibus sacerdotum et senioribus populi.* Pulchra certe sacerdotum instrumenta, cum gladiis et lignis irruunt. Et Judas, inquit, cum eis, unus ex duodecim. Rursus illum unum ex duodecim dicit, neque erubescit. 48. *Qui autem tradebat eum, dedit eis signum, dicens : Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* Papæ, quantum scelus proditoris animus suscepit? quibus oculis tunc Magistrum aspexit? quo ore osculatus est? O sceleratam mentem! quid deliberavit? quid ausus est? quod symbolum proditionis dedit? *Quemcumque osculatus fuero*, inquit. Confidebat in lenitate magistri : quod maxime illum confundere debuit, et venia omni privare, quod tam mansuetum magistrum prodiderit. Sed cur, inquies, hoc signum dedit? Quia sæpius ab illis comprehensus, pertransivit, ipsis nescientibus. Attamen tunc quoque factum fuisset, si non ipse capi voluisset. Ut hoc ipsum Judam doceret, oculos eorum excæcavit ; ipseque interrogabat, *Quem quæritis* (*Joan.* 18. 4)? Ipsi vero non noverant, quamvis cum laternis et lampadibus essent Judamque secum haberent. Deinde quia dixerunt, *Jesum*, ait ille : *Ego sum is quem quæritis* (*Ibid.* v. 5) ; et rursus, 50. *Amice, ad quid venisti?* Postquam enim ostendit potentiam suam, tum demum id permisit. Joannes vero ait [1], Jesum ad illam usque horam Judam emendare voluisse dicendo : *Juda, osculo Filium hominis tradis* (*Luc.* 22. 48)? Nec te pudet tali proditionis modo uti? Attamen quia ne hoc quidem ipsum cohibuit, osculum ejus admisit, et seipsum libens tradidit. *Et immiserunt in illum manus, et tenuerunt eum*, eadem ipsa nocte, qua pascha comedebant ; tanto erant furore correpti. Attamen nihil potuissent, nisi ipse id permisisset. Illud tamen Judam ab intolerabili supplicio non liberabit, sed majori obnoxium reddit damnationi : quod cum tantam et potentiæ et mansuetudinis lenitatisque ejus demonstrationem habuerit, fera sævior fuerit. Hæc cum sciamus, avaritiam fugiamus : hæc enim tunc illum, hæc, inquam, in furorem conjecit : hæc ad extremam immanitatem crudelitatemque illum exercitavit. Neque illum modo, sed etiam omnes qui tali morbo capti sunt. Cum enim ad desperandum de salute inducat, multo magis aliorum salutem despicere suadet. Atque ita tyrannicus est morbus, ut etiam vehementissimum corporum amorem aliquando superet. Quamobrem admodum erubesco, quod multi pecuniis parcentes libidinem refrenarent, qui propter Dei timorem nolnerunt caste modesteque vivere. Ideo fugiamus illam, obsecro : neque enim hoc dicendi finem faciam. Cur aurum, o homo, accumulas? cur servitutem tuam acerbiorem reddis? cur custodiam graviorem, cur sollicitudinem acutiorem? Puta tuas esse omnes auri venas, quæ in metallis sunt, omniaque illa quæ in ærario regio. Nam si hanc tantam molem auri haberes, custodires tantum, non utereris. Etenim si nunc iis quæ possides non uteris, sed ab iis abstines ut alienis : multo magis si plura haberes, idipsum ageres. Nam pecuniæ amantes solent, quo plus auri possident, eo magis illi parcere. Sed scio, inquies, hæc mea esse. Ergo in opinione tantum, non in usu possessio tua est. Sed hinc hominibus, inquies, formidabilis futurus sum. Imo captu facilior, divitibus, pauperibus, furibus, sycophantis, servis omnibusque demum insidiari volentibus. Nam si vis esse formidabilis, præcide ansas quibus possunt te capere et vexare omnes qui hoc ipsum facere velint. Annon audisti hoc proverbium, Pauperem et nudum non possunt centum viri spo-

[1] Juxta unum codicem legendum esset, *simul vero omnibus orandum esse dicit ne intrent in tentationem.*

[2] Sic duo codd. Cæteri, *præsciebat enim venturos esse* ; quæ etiam lectio quadrat ad seriem, nam hic de Juda et sociis agitur.

[1] Legendum esset, *Lucas vero ait* ; siquidem Lucæ verba sunt.

Digitized by Google

πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. Εἰ γὰρ καὶ βούλει, φησὶν, ὑπεριδεῖν θανάτου, ἀλλ' οὐ δυνήσῃ, ἕως ἂν ὁ Θεὸς ὁρίξῃ χεῖρα· καθέλκει γὰρ τὸ φρόνημα τὸ σαρκικόν. *Καὶ πάλιν* [84] *ηὔξατο τὸ αὐτό, λέγων· Πάτερ, εἰ οὐ δύναται τοῦτο* [85] *παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου·* δεικνὺς ἐνταῦθα, ὅτι σφόδρα συνάδει τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι πανταχοῦ τούτῳ ἑπεσθαι δεῖ, καὶ τοῦτο ἐπιζητεῖν. *Καὶ ἐλθὼν, εὗρεν αὐτοὺς καθεύδοντας.* Μετὰ γὰρ τοῦ καὶ ἀωρὶ τῶν νυκτῶν εἶναι, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ὑπὸ [86] τῆς ἀθυμίας ἦσαν βεβαρημένοι. Καὶ ἐκ τρίτου πάλιν τὸ αὐτὸ ἀπελθὼν ἐφθέγξατο, βεβαιῶν ὅτι ἄνθρωπος γέγονε. Τὸ γὰρ δεύτερον καὶ τρίτον ἀληθείας μάλιστά ἐστιν ἐν ταῖς Γραφαῖς ἐνδεικτικόν· ὥσπερ καὶ ὁ Ἰωσὴφ ἔλεγε τῷ [87] *Φαραώ· Ἐκ δευτέρου ἐφάνη σοι τὸ ἐνύπνιον; ὑπὲρ ἀληθείας, καὶ τοῦ πιστωθῆναί* [88] *σε ὅτι τοῦτο ἔσται πάντως, τοῦτο γέγονε.* Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τρίτον τὸ αὐτὸ ἐφθέγξατο, ὑπὲρ τοῦ πιστώσασθαι τὴν οἰκονομίαν. Καὶ τίνος ἕνεκεν ἦλθεν ἐκ δευτέρου; Ὥστε αὐτοὺς ἐλέγξαι, ὅτι οὕτως ἐβαπτίσθησαν ὑπὸ τῆς ἀθυμίας, ὡς μηδὲ τῆς παρουσίας αὐτοῦ αἰσθέσθαι. Οὐ μὴν ἤλεγξεν, ἀλλὰ διέστη μικρὸν, δηλῶν τὴν ἅφατον αὐτῶν ἀσθένειαν, ὅτι οὐδὲ ἐπιτιμηθέντες ἠδύναντο καρτερῆσαι. Οὐ διυπνίζει δὲ καὶ ἐπιτιμᾷ πάλιν, ὥστε μὴ πλῆξαι πεπληγότας, ἀλλ' ἀπελθὼν καὶ προσευξάμενος καὶ ἐπανελθὼν φησι· *Καθεύδετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε.* Καὶ μὴν τότε γρηγορῆσαι [89] ἔδει· ἀλλὰ δεικνὺς, ὅτι οὐδὲ τὴν ὄψιν οἴσουσι τῶν δεινῶν, ἀλλὰ φυγαδευθήσονται καὶ ἀποστήσονται ὑπὸ τῆς ἀγωνίας, καὶ ὅτι οὐδὲν [90] τῆς αὐτῶν δεῖται βοηθείας, καὶ ὅτι δεῖ πάντως αὐτὸν *παραδοθῆναι, Καθεύδετε λοιπὸν,* φησὶ, *καὶ ἀναπαύεσθε. Ἰδοὺ ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν.* Δείκνυσι πάλιν ὅτι οἰκονομίας ἦν τὸ γινόμενον.

β'. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰπεῖν, *Εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν,* ἀνίστησιν αὐτῶν τὰ φρονήματα, δηλῶν ὅτι τῆς ἐκείνων πονηρίας τὸ ἔργον ἦν, οὐ τοῦ αὐτὸν ὑπεύθυνον εἶναι πλημμελήματι. *Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν· ἰδοὺ ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με.* Διὰ πάντων γὰρ αὐτοὺς ἐπαίδευσεν [91], ὅτι οὐκ ἀνάγκης τὸ πρᾶγμα ἦν, οὐδὲ ἀσθενείας, ἀλλ' οἰκονομίας τινὸς ἀπορρήτου. Καὶ γὰρ προῄδει ἥξοντα [92], καὶ οὐ μόνον οὐκ ἔφυγεν, ἀλλὰ καὶ ὁμόσε ἐχώρει. *Ἔτι γοῦν* [93] *αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ.* Καλά γε [94] τῶν ἱερέων τὰ σκεύη· μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων ἐπέρχονται. Καὶ *Ἰούδας,* φησὶ, *μετ' αὐτῶν, εἷς τῶν δώδεκα.* Πάλιν αὐτὸν τῶν δώδεκα καλεῖ, καὶ οὐκ αἰσχύνεται. *Ὁ δὲ παραδιδοὺς* [95] *ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων· Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι κρατήσατε αὐτόν.* Βαβαὶ! πόσην ἐδέξατο πονηρίαν ἡ τοῦ προδότου ψυχή! Ποίοις γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐώρα τότε εἰς τὸν Διδάσκαλον; [793] ποίῳ στόματι ἐφίλει; Ὦ τῆς μιαρᾶς γνώμης! τί ἐβουλεύσατο; τί ἐτόλμησε; ποῖον σύμβολον ἔδωκε τῆς προδοσίας; *Ὃν ἂν φιλήσω,* φησίν. Ἐθάρρει τῇ ἐπιεικείᾳ τοῦ Διδασκάλου· ὃ μάλιστα πάντων ἰσχυὸν ἦν αὐτὸν ἐντρέψαι, καὶ πάσης αὐτὸν ἀποτρέψαι συγγνώμης, ὅτι τὸν οὕτως ἥμερον προεδίδου [96]. Τίνος δὲ ἕνεκεν τοῦτό φησιν; Ἐπειδὴ πολλάκις κατασχεθεὶς ὑπ' αὐτῶν διεξῆλθεν, οὐκ εἰδότων αὐτῶν. Ἀλλ' ὅμως καὶ τότε ἂν τοῦτο ἐγένετο, εἰ μὴ αὐτὸς ἐβουλήθη. Τοῦτο γοῦν αὐτὸ παιδεῦσαι αὐτὸν [97] βουλόμενος, καὶ τότε ἐπῆρσεν αὐτῶν τὰς ὄψεις, καὶ αὐτὸς ἠρώτα, *Τίνα ζητεῖτε;* Καὶ οὐκ ἤδεσαν, καίτοι μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων ὄντες, καὶ τὸν Ἰούδαν μεθ' ἑαυτῶν ἔχοντες. Εἶτα ἐπειδὴ εἶπον, Ἰησοῦν, λέγει· *Ἐγώ εἰμι ὃν ζητεῖτε·* καὶ ἐνταῦθα πάλιν, *Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ* [98] *πάρει;* Μετὰ γὰρ τὸ δεῖξαι τὴν ἰσχὺν τὴν ἑαυτοῦ, τότε λοιπὸν συνεχώρησεν. Ὁ δὲ Ἰωάννης [99] φησὶν, ὅτι καὶ ἕως αὐτῆς αὐτὸν διώρθου τῆς ὥρας λέγων· *Ἰούδα, φιλήματι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως;* Οὐδὲ τὸ σχῆμα τῆς προδοσίας αἰσχύνῃ; φησίν. Ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ μηδὲ [1] τοῦτο αὐτὸν διεκώλυσε, καὶ φιληθῆναι κατεδέξατο, καὶ ἔδωκεν ἑαυτὸν ἑκών, καὶ ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, καὶ ἐκράτησαν κατ' αὐτὴν τὴν νύκτα, καθ' ἣν τὸ πάσχα ἔφαγον· οὕτως ἕξιον καὶ ἐμαίνοντο. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἂν ἴσχυσαν, εἰ μὴ αὐτὸς συνεχώρησεν. Οὐ μὴν τοῦτο ἀπαλλάττει τὸν Ἰούδαν τῆς ἀφορήτου κολάσεως, ἀλλὰ καὶ μειζόνως αὐτὸν καταδικάζει, ὅτι καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τοσαύτην λαβὼν ἀπόδειξιν, καὶ τῆς ἐπιεικείας, [καὶ τῆς πραότητος [2],] καὶ τῆς ἡμερότητος, θηρίου παντὸς χαλεπώτερος γέγονε. Ταῦτ' οὖν εἰδότες [3], φεύγωμεν [4] πλεονεξίαν. Ἐκείνη γὰρ αὐτὸν, ἐκείνη τότε ἐξεβάκχευσεν· ἐκείνη πρὸς ἐσχάτην ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν γυμνάζει [5] τοὺς ἁλόντας. Ὅταν γὰρ τῆς οἰκείας ἀπογνῶναι ποιῇ σωτηρίας, πολλῷ μᾶλλον τῆς τῶν ἄλλων ὑπερορᾷν παρασκευάζει. Καὶ οὕτω τυραννικόν ἐστι τὸ πάθος, ὡς καὶ τοῦ ὁριμυτάτου ἔρωτος τῶν σωμάτων περιγενέσθαι ποτέ. Διὸ καὶ σφόδρα ἐγκαλύπτομαι, ὅτι χρημάτων μὲν φειδόμενοι πολλάκις ἐχαλίνωσαν ἀκολασίαν πολλοί· διὰ δὲ τὸν τοῦ Χριστοῦ [6] φόβον οὐκ ἠθέλησαν σωφρόνως ζῆν καὶ μετὰ σεμνότητος. Διὸ δὴ φεύγω μὲν αὐτήν· οὐ γὰρ παύσομαι ἀεὶ τοῦτο λέγων. Τί γὰρ συνάγεις, ἄνθρωπε, χρυσίον [7]; τί τὴν δουλείαν πικροτέραν ἐργάζῃ; τί τὴν φυλακὴν χαλεπωτέραν; τί τὴν φροντίδα δριμυτέραν ποιεῖς; Νόμισον εἶναι σὰ τὰ ἐν τοῖς μετάλλοις κατωρυγμένα [8] ψήγματα, τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις. Καὶ γὰρ εἴπερ εἶχες τὸν ὄγκον ἐκεῖνον, ἐφύλαξας ἂν [9] μόνον, καὶ οὐκ ἂν ἐχρήσω. Εἰ γὰρ νῦν τοῖς οὖσιν οὐ κέχρησαι, ἀλλ' ὡς ἀλλοτρίων ἀπέχῃ, πολλῷ μᾶλλον εἰ τὰ πλείονα εἶχες, τοῦτο ἂν ἔπαθες. Καὶ γὰρ εἰώθασιν οἱ φιλάργυροι, ὅσῳ ἂν πλείονα περιβάλλωνται [10], τοσούτῳ μᾶλλον αὐτῶν φείδεσθαι. Ἀλλ' οἶδα, φησὶν, ὅτι [794] ἐμὰ ταῦτα. Οὐκοῦν ἐν ὑπολήψει μόνον, οὐκ ἐν ἀπολαύσει ἡ κτῆσις. Ἀλλ' ἔμελλον ἀνθρώποις εἶναι, φησὶ, φοβερός. Εὐχείρωτος μὲν οὖν μᾶλλον καὶ πλουσίοις καὶ πένησι, καὶ λησταῖς, καὶ συκοφάνταις, καὶ οἰκέταις, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς ἐπιβουλεύειν βουλομένοις, τούτοις ἂν ἐγένου. Εἰ γὰρ βούλει εἶναι φοβερὸς, ἔκκοπτε [11] τὰς λαβάς, δι' ὧν δύνανταί σε ἑλεῖν καὶ λυπῆσαι πάντες οἱ τοῦτο ἐσπουδακότες. Ἢ οὐκ ἀκούεις τῆς παροιμίας λεγούσης, ὅτι Τὸν πένητα καὶ γυμνὸν οὐδὲ ἑκατὸν ὁμοῦ συνελθόντες [12] δύνανται ἀποδῦσαί ποτε; Μεγίστην γὰρ ἔχει προστάτιν

[84] πάλιν] add. ἀπελθὼν G. L. ηὔξατο] Sic mei et Mosqu. omnes. ἠνέξατο Edd. [85] τοῦτο] add. τὸ ποτήριον H. L. Hæc ἐὰν μὴ a. π. om. G. K. [86] ἀπὸ G. K. [87] τῷ Φ. om. K. L. ἐκ δευτέρου... ἐνύπνιον] ὅτι σοι ἐφάνη τὸ ἐν. ἐκ δ. L.. [88] πιστευθῆναι Edd. [89] ἐγρηγορέναι Edd. οἴσουσι] add. ῥᾳδίως Edd. [90] οὐδὲν] Sic L. Ep. vulgo οὐδέ. [91] ἐπαίδευεν K. L. [92] Sic H. L. Ep. cæteri ἥξοντας. [93] γοῦν] δὲ K. γὰρ Edd. ὄχλος] add. πολὺς L. [94] Καλά γε] add. οὐ γὰρ G. K. Vid. adnot. ad p. 381 A μαχ. καὶ ξύλων] φανῶν καὶ λαμπάδων G. K. M. Ge. [95] παραδιδοὺς] add. αὐτὸν Edd. [96] παρεδίδου Edd. [97] αὐτὸν om. H. K. [98] ἐφ' ὃ H. Ep. [99] Ἰωάννης] Λουκᾶς L. Ge. [1] μηδὲ] οὐδὲ Edd. Mox ἐξέβακεν H. L. invito Ep. [2] Inclusa desunt in G. K. L. [3] ΘΕΙΚΟΝ. Κατὰ φιλαργύρων καὶ πλεονεκτῶν· καὶ ὅτι ὅσον συνάγουσι, πλέον ὀδυνῶνται. M. [4] φύγωμεν K. L. τὴν πλεονεξίαν L. [5] γυμνάζει] αὐτὸν ἐγύμνασεν. Οὐκ ἐκεῖνον δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας Edd. refragantibus codd. et Interp. [6] Χριστοῦ] Sic codd. et Ge. Θεοῦ Edd. [7] χρυσὸν Edd. [8] κατορωρυγμένα H. K. p. p. καὶ τὰ ἐν τ. β. πάντα Edd. [9] ἂν] τοῦτον L. τοῦτο ἂν Sav. [10] περιβάλλονται K. L. περιβάλωνται G. [11] ἔγκοπτε Edd. [12] συνελθόντες om. G. K. M.

Digitized by Google

τὴν πενίαν, ἣν οὐδὲ ὁ βασιλεύων αὐτὸς χειρώσασθαι δύναιτ' ἂν καὶ ἑλεῖν.

γ'. Τὸν μέντοι φιλάργυρον ἅπαντες ὁμοῦ λυποῦσι. Καὶ τί λέγω τοὺς ἀνθρώπους, ὅπου [12] καὶ σῆτες καὶ σκώληκες ἐπιστρατεύουσι τῷ τοιούτῳ; Καὶ τί λέγω σῆτας; Ὁ χρόνος ὁ πολὺς ἀρκεῖ μόνος, καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, τὰ μέγιστα ἀδικῆσαι τὸν τοιοῦτον. Τίς οὖν ἡ τοῦ πλούτου ἡδονή; Ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτοῦ τὰς ἀηδίας βλέπω· τὴν δέ μοι τὴν ἡδονὴν εἰπέ. Καὶ τίνες αἱ ἀηδίαι; φησί. Φροντίδες, ἐπιβουλαί, ἀπέχθειαι, μῖσος, φόβος. τὸ ἀεὶ διψᾷν καὶ ἐν ὀδύνῃ εἶναι. Καὶ γὰρ εἴ τις συμπλέκοιτο κόρῃ [13] ἐρωμένῃ, τὴν δὲ ἐπιθυμίαν ἐμπλῆσαι μὴ δύναιτο, τὴν ἰσχάτην ὑπομένει βάσανον. Οὕτω καὶ [14] ὁ πλουτῶν. Ἔχει μὲν γὰρ τὴν εὐπορίαν, καὶ συγγίνεται αὐτῇ· ἐμπλῆσαι δὲ οὐ δύναται τὴν ἐπιθυμίαν ἅπασαν, ἀλλὰ [15] συμβαίνει ταὐτὸν, οἷόν τίς φησι σοφὸς ἀνήρ· *Ἐπιθυμία εὐρούχου ἀποπαρθενῶσαι νεᾶνιν*· καὶ, *Ὥσπερ εὐροῦχος περιλαμβάνων παρθένον, καὶ στενάζων*· οὕτως οἱ πλουτοῦντες ἅπαντες. Τί [17] ἂν τις τἆλλα λέγοι; πῶς πᾶσίν ἐστιν ὀηδὴς ὁ τοιοῦτος, τοῖς οἰκέταις, τοῖς γεωργοῖς, τοῖς γείτοσι, τοῖς τὰ πολιτικὰ πράττουσι, τοῖς ἀδικουμένοις, τοῖς οὐκ ἀδικουμένοις [18], τῇ γυναικὶ μάλιστα ἁπάντων, τοῖς παιδίοις πλέον ἁπάντων; Οὐδὲ γὰρ ὡς ἐλευθέρους, ἀλλ' ἀνδραπόδων καὶ ἀργυρωνήτων ἀθλιώτερον αὐτοὺς ἐκτρέφει [19]. Καὶ μυρίας ὀργῆς καὶ λύπης καὶ παροινίας καὶ γέλωτος ἀφορμὰς καθ' ἑαυτοῦ παρέξει, κοινὴ [20] πᾶσι κωμῳδία προκείμενος. Καὶ αἱ μὲν ἀηδίαι αὗται, καὶ τούτων πλείους ἴσως· οὐ γὰρ ἂν τις αὐτὰς πάσας [21] ἐπέλθοι τῷ λόγῳ ποτὲ, ἀλλ' ἡ πεῖρα παραστῆσαι δυνήσεται. Σὺ δέ μοι τὴν ἡδονὴν λέγε τὴν ἐντεῦθεν. Δοκῶ πλουτεῖν, φησὶ, καὶ νομίζομαι πλουτεῖν. Καὶ ποία ἡδονὴ τὸ νομίζεσθαι; Φθόνου μὲν οὖν [22] ὄνομα μέγιστον. Καὶ γὰρ ὄνομα μόνον ἐστὶν ὁ πλοῦτος, πράγματος ἔρημον. Ἀλλὰ καὶ ἐντρυφῶν εὐφραίνεται τῇ ὑπολήψει ταύτῃ, φησὶν, ὁ πλουτῶν. Εὐφραίνεται ὑπὲρ ὧν ἀλγεῖν ἔδει. Ἀλγεῖν; διατί; φησί. Ὅτι τοῦτο αὐτὸν πρὸς πάντα ἄχρηστον ἐργάζεται, καὶ δειλὸν καὶ ἀνανδρον, καὶ πρὸς ἀποδημίαν [23] καὶ πρὸς θάνατον· καὶ γὰρ διπλοῦν ἡγεῖται τοῦτον, μᾶλλον [24] τῶν χρημάτων, ἢ τοῦ φωτὸς ἐπιθυμῶν. Τὸν τοιοῦτον οὐδὲ ὁ οὐρανὸς τέρπει, ὅτι μὴ χρυσίον φέρει· οὐδὲ ὁ ἥλιος, ἐπειδὴ μὴ χρυσᾶς ἀκτῖνας ἀφίησιν. Ἀλλ' εἰσί τινες, οἳ καὶ ἀπολαύουσι τῶν ὄντων, φησὶ, τρυφῶντες, γαστριζόμενοι, μεθύοντες, πολυτελῶς δαπανῶντες. Τοὺς χείρονάς [795] μοι τούτων λέγεις. Ἐκεῖνοι γὰρ μάλιστά εἰσιν, οἳ οὐκ ἀπολαύουσιν. Οὗτος μὲν γὰρ κἂν ἑτέρων ἀπέχεται [25] κακῶν, ἑνὶ προσδεδεμένος ἔρωτι· ἐκεῖνοι δὲ τούτων χείρους, πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἑτέρων δεσποινῶν χαλεπῶν συρφετὸν ἐπεισάγοντες, καὶ καθάπερ τυράννοις τισὶ χαλεποῖς, τῇ γαστρὶ, τῇ τῶν σωμάτων ἡδονῇ, τῇ μέθῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀκολασίαις καθ' ἑκάστην λειτουργοῦντες τὴν ἡμέραν, πόρνας τρέφοντες, δεῖπνα πολυτελῆ κατασκευάζοντες, παρασίτους, κόλακας ὠνούμενοι, ἐπὶ τοὺς παρὰ φύσιν ἐκπίπτοντες ἔρωτας, μυρίοις νοσήμασιν ἐκ τούτων καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν περιβάλλοντες. Οὐδὲ γὰρ εἰς χρείαν ἀναλίσκουσι τὰ ὄντα, ἀλλ' εἰς τὸ φθεῖραι τὸ σῶμα, καὶ συνδιαφθεῖραι τούτῳ τὴν [26] ψυχήν· καὶ ταὐτὸν ποιοῦσιν, οἷον ἂν εἴ τις τὸ σῶμα κοσμῶν, δοκοίη [27] εἰς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν ἀναλίσκειν. Ὥστε ἐκεῖνος μόνος ἡδονῆς ἀπολαύει, καὶ κύριός ἐστι τῶν ὄντων, ὁ χρώμενος εἰς δέον τῷ πλούτῳ· οὗτοι δὲ δοῦλοι καὶ αἰχμάλωτοι· καὶ γὰρ τὰ πάθη τοῦ σώματος ἐπιτρίβουσι, καὶ τὰ νοσήματα τῆς ψυχῆς [28]. Ποία οὖν αὕτη ἀπόλαυσις, ὅπου πολιορκία καὶ πόλεμος, καὶ χειμὼν θαλαττίας πάσης ζάλης χαλεπώτερος; Κἂν γὰρ ἀνοήτους ὁ πλοῦτος λάβῃ, ἀνοητοτέρους ἐργάζεται· κἂν ἀσελγεῖς, ἀσελγεστέρους. Καὶ τί τῷ πένητι, φησὶ, τῆς συνέσεως ὄφελος; Εἰκότως ἀγνοεῖς. Οὐδὲ γὰρ ὁ τυφλὸς [29] οἶδε, τί τοῦ φωτὸς τὸ κέρδος. Ἄκουσον τοῦ Σολομῶνος λέγοντος, ὅτι *Ὅσον τὸ μέσον σκότους καὶ φωτὸς, τοσαύτη ἡ περιουσία τοῦ σοφοῦ ὑπὲρ τὸν ἄφρονα*. Ἀλλὰ τὸν ἐν σκότῳ πῶς διδάξομεν; Σκότος γάρ ἐστιν ὁ τῶν χρημάτων ἔρως, οὐδὲν ἀφιεὶς τῶν ὄντων φαίνεσθαι ὡς ἔπτιν, ἀλλ' ἑτέρως. Καθάπερ γὰρ ὁ ἐν σκότῳ, κἂν χρυσοῦν ᾖ [30] σκεῦος, κἂν λίθον τίμιον, κἂν ἁλουργὰ ἱμάτια, οὐδὲν εἶναι νομίζει· οὐ γὰρ ὁρᾷ αὐτῶν τὸ κάλλος· οὕτω καὶ ὁ ἐν φιλαργυρίᾳ [31] οὐκ οἶδε τῶν περισπουδάστων, ὡς χρὴ, τὸ κάλλος. Διασκέδασόν μοι τὴν ἀχλὺν τὴν ἀπὸ τοῦ πάθους τούτου, καὶ τότε ὄψει τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν. Οὐδαμοῦ δὲ ταῦτα οὕτω φαίνεται, ὡς ἐν πενίᾳ· οὐδαμοῦ οὕτως ἐλέγχεται τὰ δοκοῦντα μὲν εἶναι, οὐκ ὄντα δέ, ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ.

δ'. Ἀλλ' ὦ τῶν ἀνήτων ἀνθρώπων, οἳ καὶ καταρῶνται τοῖς πένησι, καί φασι καταισχύνεσθαι καὶ οἰκίας καὶ βίον ὑπὸ πενίας· πάντα φύροντες [32]! Τί γάρ ἐστιν αἰσχύνη οἰκίας; εἰπέ μοι. Οὐκ ἔχει κλίνην ἐξ ἐλέφαντος, οὐδὲ ἀργυρᾶ σκεύη, ἀλλ' ἐξ ὀστράκου [33] πάντα καὶ ξύλων. Τοῦτο μὲν οὖν μεγίστη δόξα οἰκίας καὶ περιφάνεια. Τὸ γὰρ τῶν βιωτικῶν ἀμελεῖν εἰς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ψυχῆς πολλάκις ποιεῖ τὴν σχολὴν ἀναλίσκεσθαι πᾶσαν. Ὅταν οὖν πολλὴν ἐν τοῖς ἔξω τὴν ἐπιμέλειαν ᾖς, τότε αἰσχύνθητι ἐπὶ τῇ πολλῇ ἀσχημοσύνῃ. Σχῆμα γὰρ μάλιστα αἱ τῶν πλουτούντων οὐκ ἔχουσιν οἰκίαι. Ὅταν γὰρ ᾖς ξύλα περιβεβλημένα τάπησι, καὶ κλίνας ἀργύρῳ ἐνδεδεμένας [34], ὥσπερ ἐν τῷ θεάτρῳ, ὥσπερ [796] ἐν τῇ πομπῇ τῆς σκηνῆς, τί ταύτης τῆς ἀσχημοσύνης ἴσον γένοιτ' ἄν; Ποία γὰρ μᾶλλον οἰκία ἔοικε τῇ ὀρχήστρᾳ καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας [35]: ἡ τοῦ πλουσίου, ἢ ἡ τοῦ πένητος; Οὐκ εὔδηλον, ὅτι ἡ τοῦ πλουσίου; Οὐκοῦν αὕτη ἀσχημοσύνης [36] γέμει. Ποία οἰκία ἔοικε τῇ τοῦ Παύλου, τῇ τοῦ Ἀβραάμ; Εὔδηλον ὅτι ἡ τοῦ πένητος. Οὐκοῦν αὕτη μάλιστα κεκαλλώπισται καὶ εὐδοκιμεῖ. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτο μάλιστα κόσμος οἰκίας. εἰσελθε εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Ζακχαίου, καὶ μάθε, ὅτε ἔμελλεν εἰς αὐτὴν εἰσιέναι ὁ Χριστὸς, πῶς αὐτὴν ἐκόσμησεν ἐκεῖνος. Οὐ γὰρ ἔδραμε πρὸς τοὺς γείτονας, ἀμφίθυρα αἰτῶν καὶ καθέδρας καὶ βάθρα ἐξ ἐλέφαντος πεποιημένα, οὐδὲ ἐξέβαλεν ἐκ τῶν ταμιείων τὰ ἐπιβλήματα τὰ Λακωνικά· ἀλλ' ἐκόσμησε κόσμῳ τῷ Χριστῷ πρέποντι. Τίς δὲ οὗτος ἦν; *Τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου δώσω* [37], φησὶ, *πτωχοῖς, καὶ οὗ ἂν* [38] *ἤρπασα, τετραπλασίονα ἀποδώσω*. Οὕτω καὶ ἡμεῖς κοσμῶμεν τὰς οἰκίας, ἵνα καὶ πρὸς ἡμᾶς εἰσέλθῃ ὁ Χριστός. Ταῦτα καλὰ τὰ ἀμφίθυρα, ταῦτα ἐν οὐρανοῖς κατασκευάζεται, ἐκεῖ ὑφαίνεται. Ἔνθα ἂν [39] ταῦτα ᾖ, ἐκεῖ καὶ ὁ τῶν οὐρανῶν Βασιλεύς. Ἂν δὲ ἑτέρως κοσμῇς, τὸν διάβολον καλεῖς, καὶ τὸν ἐκείνου χορόν. Ἦλθε καὶ εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ τελώνου Ματθαίου. Τί οὖν καὶ οὗτος [40] ἐποίησε; Τῇ προθυμίᾳ πρότερον ἑαυτὸν ἐκόσμησε, καὶ τῷ πάντα ἀφεῖναι καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ.

[12] ὅπου] add. γε G. [13] κόρῃ om. G. H. K. M. ἐρωμένῃ om. L. [14] καὶ] δὴ καὶ Edd. p. p. γὰρ om. G. [15] ἀλλὰ] add. καὶ G. H. M. [17] Τί] Καὶ τί Edd. p. p. τἆλλα om. L. [18] Hæc τοῖς οὐκ ἀδ. desunt in codd. præter H. neque expressit Interp. [19] ἐκθρέφει H. Hæc vitiose leguntur in L. [20] κοινὴ] Sic K. L. et corr. H. vulgo κοινῇ. [21] αὐτὰς πάσας] αὐτὰ G. K. [22] Φθόνου μὲν οὖν] φθονούμενον G. φθόνου μὲν δὴ K. [23] ἀποδημίας L. [24] ἦν. τοῦτον μᾶλλον] τοῦτο μᾶλλον ἦγ. G. H. M. [25] ἀπέχηται G. et Edd. ante novissimam. [26] τὴν] καὶ τὴν Edd. [27] δοκῇ H. δοκεῖ G. K. M. p. p. τὴν om. G. H. M. [28] ψυχῆς] add. αὔξουσι Edd. [29] ὁ τυφλὸς] τυφλός τις G. H. M. [30] ἦσι H. K. M. [31] ἐν φιλ. φιλάργυρος Edd. [32] καὶ om. K. L. M. [33] Sic H. Ge. φέροντες L. φέροντες (sic) K. φύρεσθαι G. φύρεσθαι ὄντες M. βίον, καὶ ὑπὸ πενίας πάντα φύρεσθαι Edd. Illud καὶ ignorant codd. [33] ὀστράκων L. [34] ἐνδεδομένας codices præter L. exornatos Ge. p. p. προπομπῇ L. [35] ἐπὶ τῆς ὀρχ.] Sic H. K. L. M. vulgo ἐπὶ ταῖς ὀρχήστραις. [36] αἰσχύνης K. [37] δίδωμι L. φησὶ] add. Κύριε L. [38] ἂν om. M. ἥρπασα] add. τι Edd. p. p. τετραπλάσιον H. K. [39] ἂν et p. p. καὶ om. G. H. K. M. Mox κοσμήσῃς; idem. [40] αὐτὸς L.

Digitized by Google

liare? Magnam quippe habet patronam paupertatem, quam ne rex quidem ipse possit vincere vel capere.

3. *Avarorum misera conditio.* — Avarum autem omnes simul vexare possunt; neque homines tantum dico, sed et tineæ et vermes. Ecquid tineas dico? Multum tempus solum, nulloque addito incommodo, avarum potest maxime lædere. Quæ igitur est divitiarum voluptas? Ego molestias video; tu mihi voluptatem illam explica. Et quæ molestiæ, inquies? Sollicitudines, insidiæ, inimicitiæ, odium, timor, æterna sitis et dolor. Nam si quis puellam complectatur, nec concupiscentiam explere possit, extremo dolore cruciatur. Sic etiam dives, rerum quidem copiam habet, illamque complectitur: cupiditatem vero suam omnem explere nequit; sed idem contingit, quod ait vir sapiens: *Cupiditas eunuchi virginitatis florem puellæ eripere* (*Eccli.* 20. 2). Sicut eunuchus virginem amplexus ingemiscit, sic divites omnes. Ecquis dicere possit de cæteris omnibus? quomodo avarus omnibus fastidio sit servis, agricolis, vicinis, civitatem gerentibus, injuria læsis, non læsis, uxori maxime omnium, liberis plus quam omnibus aliis? Non enim illos ut liberos, sed pejus quam servos et pretio emptos educat, mille iræ, doloris, furoris, risus occasiones adversum se præbet, omnibus simul spectaculum factus. Hæ sunt ejus molestiæ, ac fortasse plures; neque enim possunt omnes recenseri, sed experientia docebit. Tu vero mihi voluptatem quæ inde carpitur describe. Dives esse videor et existimor. Ecqua voluptas talem videri? Invidiæ certe nomen maximum. Nomen quippe tantum sunt divitiæ, re vacuum. Sed de illa existimatione, inquies, gaudet dives. Lætatur de quibus dolendum esset. Dolendum, inquies, quare? Quia illud ipsum ad omnia inutilem reddit, timidum, ignavum, ad peregrinationem suscipiendam, ad mortem obeundam: nam duplicem ille mortem reputat, pecuniarum magis quam lucis cupidus [1]. Hunc nec cælum delectat, quia non fert aurum, neque sol, quia aureos radios non emittit. Sed quidam sunt, inquies, qui rerum copia fruuntur, deliciis et ventri indulgentes, vino se ingurgitantes, lautos sumptus effundentes. Pejores cæteris mihi narras. Illi enim maxime sunt, qui non fruuntur. Ille namque saltem ab aliis abstinet malis, uni pecuniæ amori addictus; illi vero, his pejores, præter supradicta, duram et multiplicem sibi servitutem attrahunt, et ceu tyrannis quibusdam immanibus sese dedunt ventri, corporum amori, ebrietati, cæterisque vitiis quotidie ministrantes, scorta alentes, lautas cœnas apparantes, parasitos, adulatores ementes, in amores præter naturam incidentes, hinc mille morbis et corpus et animam afficientes. Non enim pro necessariis bona insumunt, sed pro iis quæ corpus et simul animam corrumpunt: idipsumque agunt ac si quis corpus exornans, putet usui suo pecuniam impendere. Itaque ille solus voluptate fruitur, suarumque rerum dominus est, qui illis ut par est utitur; hi vero servi sunt et captivi: nam corporis infirmitates et animæ morbos augent. Quodnam ergo fruendi genus, ubi obsidio, bellum, atque tempestas marinis procellis vehementior? Nam divitiæ si stultum hominem invenerint, stultiorem reddunt; si lascivum, lasciviorem. Ecqua, inquies, pauperi ex prudentia utilitas? Jure illud ignoras. Neque enim cæcus scit, quid lucri lux afferat. Audi Salomonem dicentem: *Quantum est inter tenebras et lucem medium, tantum sapiens stultum superat* (*Eccle.* 2. 13). Sed cum qui in tenebris est quomodo docebimus? Nam pecuniarum amor veræ tenebræ sunt, quæ rerum nullam sinunt respicere qualis est, sed alio longe modo. Quemadmodum enim qui in tenebris est, etiamsi vas aureum videat, etiamsi lapidem pretiosum, etiamsi vestimenta purpurea, ea nihil esse existimat; non enim eorum pulchritudinem videt: sic et pecuniæ amans expetendarum rerum pulchritudinem ut oporteret non videt. Dissipa mihi caliginem ex hoc morbo ortam, et tunc videbis rerum naturam, quæ nusquam ita videtur ut in paupertate: nusquam ita evincuntur nihil esse ea quæ esse videntur, ut in philosophia.

4. *Domorum quale verum decus, quale verum dedecus.* — Sed o stulti homines, qui maledicunt pauperibus, et dicunt iis et domos et vitam deturpari, et omnia confundunt. Quid est enim domus dedecus? Non habet eboreum lectum, non vasa argentea; sed figlina omnia et lignea. Hoc certe maxima domus gloria et nobilitas est. Sæcularium enim rerum contemptus id sæpe efficit, ut omnis cura studiumque totum circa animam impendatur. Cum ergo multam in exterioribus sollicitudinem impendi videris, tunc erubesce de tanto dedecore. Divitum enim domus non debitam formam habent. Cum videris ergo ligna tapetibus velata, lectos argento ornatos quasi in theatro, quasi in pompa scenica, quid huic turpitudini par fuerit? Quæ magis domus orchestræ, et iis quæ in orchestra fiunt, similis est? divitisne, aut pauperis? Annon palam est esse divitis? Hæc igitur plena turpitudine est. Quæ domus Pauli et Abrahami domibus similis est? Pauperis procul dubio. Hæc ergo maxime ornata est et conspicua. Et ut discas illud maxime domus ornatum esse, ingredere in domum Zacchæi, et disce quomodo ornaverit eam Christum excepturus: non cucurrit ad vicinos, nec petiit ornatas januas bifores, non cathedras et subsellia ex ebore concinnata, nec eduxit ex penuariis Laconica velamina; sed totum ornavit ut Christum decebat. Quis ille ornatus? *Dimidium*, inquit, *bonorum meorum, Domine, do pauperibus; et si quid aliquem defraudavi, reddam quadruplum* (*Luc.* 19. 8). Sic et nos domus ornemus, ut Christum suscipiamus. Hæ pulcherrimæ bifores sunt: hæc in cælis apparantur, ibique texuntur. Ubi hæc sunt,

[1] Ediderat Montef., καὶ γὰρ κρεῖττον ἡγεῖται τοῦτο, Latineque verterat. *nam divitias rem omnium optimam esse putat.* Cfr. *Annot.* Field. ad p. 794. *Lucem* pro vita habet Cicero Tuscul. 2, 4, 10: *Objiciebatur interdum animo metus quidam et dolor, cogitanti, fore aliquando finem hujus lucis.*

Digitized by Google

ibi etiam Rex cælorum est. Si alio modo ornaveris, diabolum vocas, illiusque chorum. Venit etiam ille in domum Matthæi publicani (*Matth.* 9. 10). Quid ergo fecit ille? Fervenli proposito primum seipsum ornavit, tum dimissis omnibus sequutus est illum. Sic Cornelius domum ornavit precibus et eleemosynis (*Act.* 10. 4) : ideoque hactenus fulget plus quam regiæ ædes. Vilitas quippe domus non a vasis sine ordine projectis, non a neglecto lecto, non a muris fumo obscuratis, sed a nequitia habitantium. Id quod sane Christus ostendit, qui in talem domum, dum is qui in illa habitat sit probus, intrare non erubescit; in illam vero aliam, etiamsi aureo laqueari instructa sit, numquam intrabit. Itaque hæc regiis ædibus splendidior est, quæ omnium Dominum recipit; illa vero cum laqueari et columnis aureis, rivis et cloacis impuris similis est, quæ vasa diaboli habeat. Hæc porro dicta nobis non divites spectant decorum servantes, sed avaros et pecuniæ amantes. Apud hos enim nulla de necessariis rebus cura est, sed de ventre, de temulentia, deque aliis turpitudine plenis; in illa autem de philosophia studium est. Idcirco numquam in domum splendidam Christus introivit, sed in publicani, principis publicanorum, piscatoris domos, missis regiis ædibus, missis iis qui mollibus induuntur vestimentis. Si tu igitur illum in domum tuam vocare velis, orna illam eleemosynis, precibus, pervigiliis, supplicationibus. Hæc quippe regis Christi sunt dona, illa vero mancipiæ, Christi inimici. Neminem ergo pudeat domum habere vilem, si hæc nactus sit ornamenta; nemo dives altum sapiat de magnifica domo, sed potius erubescat, et illa relicta, hanc deligat, ut et hic Christum excipiat, et illic æternis fruatur tabernaculis, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium [1] in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Aliquot Mss. habent, *cui gloria et imperium, cum æterno Patre, et cum sancto et vivifico Spiritu.*

HOMILIA LXXXIV. al. LXXXV.

CAP. 26. v. 51. *Et ecce unus eorum qui cum Jesu erant, extendens manum, evaginavit gladium, et percutiens servum pontificis, amputavit auriculam ejus.* 52. *Tunc dixit ei Jesus : Converte gladium in locum suum. Omnes enim qui gladium accipient, gladio peribunt.* 53. *An putas quia non possum rogare Patrem, et sistet mihi nunc plus quam duodecim legiones angelorum?* 54. *Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?*

1. *Cur Christus discipulis permisit ut gladios haberent.* — Quis est unus iste qui auriculam amputavit? Joannes dixit fuisse Petrum (*Joan.* 18. 10). Estque ferventis illius animi opus. Sed illud quærendum est, cur gladium gestabant, quod non hinc solum patet, sed quia interrogati dixerunt, duos hic esse gladios. Cur permisit illis Christus ut gladios haberent? Etenim hoc ait Lucas ipsum dixisse : *Quando misi vos sine sacculo et pera et calceamentis, num quidpiam defuit vobis?* Cumque respondissent illi, *Nihil*, dixit eis : *Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter et peram : et qui non habet, vendat vestimentum suum; et emat gladium* (*Luc.* 22. 35 - 38). Et cum dixissent illi, esse hic gladios duos, dixit illis, *Sufficit.* Cur ergo id permisit illis? Ut fidem illis faceret se tradendum fore. Ideo dixit illis, *Emat gladium;* non ut armarentur, absit; sed ut per hoc proditionem indicaret. Et quare, inquies, peram habere jussit? Monebat eos ut deinceps attenti essent et vigilarent, magnaque diligentia uterentur. Initio enim, ut imperitos, multa sua virtute fovebat; deinde vero quasi pullos ex nido eductos, jubet propriis uti alis. Deinde ne putarent, se præ imbecillitate omisses fuisse, jubens illos sua afferre, priora in mentem revocat, dicens : *Cum misi vos sine sacculo, num quidpiam defuit vobis?* ut utrinque illius potentiam ediscerent, et quia protexit, et quia nunc sensim illos relinquit. Sed undenam ibi gladii erant? Ex cœna et mensa egressi fuerant. Verisimile autem est ibi gladios fuisse ad secandum agnum; hinc cum audissent, ipsum a quibusdam invadendum esse, gladium sumpsisse, ut pro magistro pugnarent, quod ex illorum tantum proposito et voluntate factum est. Quapropter Petrum increpat quod gladio usus sit, idque addita vehementi comminatione. Nam servum venientem ultus est, ardenter quidem, verum non se defendens, sed pro magistro pugnans. Neque permisit Christus ut aliquod hinc damnum emergeret. Nam sanavit servum, et magnum miraculum edidit, quod posset et benignitatem et potentiam suam patefacere, necnon discipuli amorem simul et mansuetudinem : nam illud ex amore, hoc ex obedientia fecerat. Cum audisset enim, *Mitte gladium in vaginam suam* (*Joan.* 18. 11), statim obsequutus est, nec postea idipsum fecit. Alius dicit, interrogasse illos, *Si percutimus* (*Luc.* 22. 49) : ipsum vero prohibuisse, et servum sanavisse Discipulum autem increpavit, addita comminatione, ut ille morem gereret : *Omnes enim,* inquit, *qui gladium accipient, gladio peribunt.* Et rationem adjecit, dicens : *An putatis quia non possum rogare Patrem meum, et sistet mihi plusquam duodecim legiones angelorum? Sed quomodo implebuntur Scripturæ?* His fervorem eorum restinxit, ostenditque id in Scripturis haberi. Ideo prius precabatur, ut quod contingebat miti animo ferrent, postquam audierant id secundum voluntatem Dei fieri. Et his duobus illos consolatus est, ex supplicio insidiantium : nam ait, *Omnes qui gladium accipient, gladio peribunt;* et ex eo quod non illibenter hæc paterentur : Possum enim, inquit, rogare Patrem. Et cur non dixit, An putatis quod non possim ego illos perdere? Quia fide dignior videbatur esse sic loquens : nondum enim ut par erat de illo sentiebant : et paulo ante dixerat : *Tristis est anima mea usque ad mortem;* et, *Pater, transeat a me calix iste;* ad hæc in angore et sudore visus est, atque ab angelis confortatus. Quia

Digitized by Google

Οὕτω καὶ ὁ Κορνήλιος ἐκόσμει τὴν οἰκίαν εὐχαῖς καὶ ἐλεημοσύναις· διὸ καὶ μέχρι σήμερον ὑπὲρ αὐτὰ λάμπει τὰ βασίλεια. Καὶ γὰρ οἰκίας εὐτέλεια, οὐ σκεύη κείμενα ἁπλῶς, οὐδὲ κλίνη ἠμελημένη, οὐδὲ τοῖχοι καπνοῦ γέμοντες, ἀλλ' ἡ τῶν ἐνοικούντων κακία. Καὶ δείκνυσιν ὁ Χριστός· εἰς μὲν γὰρ τὴν τοιαύτην, ἂν ᾖ ἐνάρετος ὁ κατοικῶν, οὐκ ἐπαισχύνεται εἰσελθεῖν· εἰς δὲ ἐκείνην, κἂν χρυσοῦν ὄροφον ἔχῃ, οὐδέποτε εἰσελεύσεται. Ὥστε αὕτη μὲν τῶν βασιλείων λαμπροτέρα, τὸν πάντων Δεσπότην δεχομένη· ἐκείνη δέ, μετὰ τοῦ ὀρόφου τοῦ χρυσοῦ καὶ τῶν κιόνων, ἀμάραις καὶ ὀχετοῖς ἔοικεν ἀκαθάρτοις, σκεύη τοῦ διαβόλου ἔχουσα. Ταῦτα δὲ ἡμῖν οὐ περὶ τῶν πλουτούντων εἰς δέον, ἀλλὰ περὶ τῶν πλεονεκτούντων καὶ φιλαργύρων εἴρηται. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ σπουδή, οὐδὲ φροντὶς ὑπὲρ τῶν ἀναγκαίων, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ γαστρίζεσθαι καὶ μεθύειν, καὶ ἕτερα τοιαῦτα ἀσχημονεῖν· ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ τοῦ φιλοσοφεῖν [51]. Διὰ ταῦτα [52] οὐδαμοῦ εἰσῆλθεν εἰς οἰκίαν λαμπρὰν ὁ Χριστός, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ [53] τελώνου καὶ ἀρχιτελώνου καὶ ἁλιέως, τὰ βασίλεια ἀφείς, καὶ τοὺς τὰ μαλακὰ ἐνδεδυμένους ἱμάτια. Εἰ τοίνυν αὐτὸν βούλει καλέσαι καὶ σὺ, κόσμησον τὴν οἰκίαν ἐλεημοσύναις [54], εὐχαῖς, ἱκετηρίαις, πανυχίσι. Ταῦτα τοῦ βασιλέως Χριστοῦ τὰ ἀναθήματα, ἐκεῖνα δὲ τοῦ μαμωνᾶ, τοῦ ἐχθροῦ τοῦ Χριστοῦ. Μηδεὶς τοίνυν ἐγκαλυπτέσθω οἰκίαν ἔχων εὐτελῆ, ἂν ταῦτα ἔχῃ τὰ ἐπιβλήματα· μηδεὶς πλούσιος φρονείτω μέγα, οἰκίαν ἔχων πολυτελῆ, ἀλλ' ἐγκαλυπτέσθω μᾶλλον, [797] καὶ ταύτην ζηλούτω, ἐκείνην ἀφείς· ἵνα καὶ ἐνταῦθα τὸν Χριστὸν ὑποδέξηται, καὶ ἐκεῖ τῶν αἰωνίων ἀπολαύσῃ σκηνῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[51] Elicebatur ὑπὲρ τοῦ ὥστε φ. ὥστε abesse jubent K. L. [52] Διὰ τοῦτο H. Διὰ ταῦτα δὲ M. [53] τοῦ om. K. p. p. καὶ τοῦ ἀρχ. H. et καὶ τοῦ ἁλιέως H. L. [54] ἐλεημοσύνῃ G. H. M. Mox Ταῦτα γὰρ τοῦ Edd.

ΟΜΙΛΙΑ ΠΔ'.

Καὶ ἰδοὺ εἷς τῶν μετὰ Ἰησοῦ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ, ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ, καὶ πατάξας τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀπόστρεψον τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς· πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται. Ἢ δοκεῖς ὅτι οὐ δύναμαι [55] παρακαλέσαι τὸν Πατέρα, καὶ παραστήσει μοι ἄρτι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων; Πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ Γραφαί, ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι,

Τίς ἦν ὁ εἷς οὗτος ὁ τὸ ὠτίον κόψας; Ἰωάννης φησὶν, ὅτι ὁ Πέτρος. Τῆς γὰρ αὐτοῦ θερμότητος ἦν τὸ πρᾶγμα. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἄξιον ζητῆσαι, τίνος ἕνεκεν μαχαίρας ἐβάσταζον; Ὅτι γὰρ ἐβάσταζον, οὐκ ἐντεῦθεν δῆλον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ἐρωτηθέντες εἶπον, ὅτι *Εἰσὶν ὧδε δύο.* Τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ὁ Χριστὸς ἔχειν; Καὶ γὰρ [56] τοῦτό φησιν ὁ Λουκᾶς, ὅτι εἶπεν αὐτοῖς· *Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς ἄτερ βαλαντίου καὶ πήρας καὶ ὑποδημάτων, μή τινος ὑστερήσατε;* Καὶ ἐπειδὴ εἶπον, *Οὐδενός*, εἶπεν αὐτοῖς· *Ἀλλὰ νῦν ὁ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω, καὶ* [57] *πήραν· καὶ ὁ μὴ ἔχων, πωλησάτω τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγορασάτω μάχαιραν.* Καὶ ἐπειδὴ εἶπον, ὅτι *Εἰσὶ μάχαιραι ὧδε δύο*, εἶπεν αὐτοῖς, *Ἱκανόν ἐστι.* Τίνος οὖν ἕνεκεν εἴασεν ἔχειν; Πιστούμενος αὐτοὺς [58], ὅτι παραδοθήσεται. Διὰ τοῦτο λέγει αὐτοῖς, *Ἀγορασάτω μάχαιραν·* οὐχ ἵνα ὁπλίσωνται· *ἄπαγε·* ἀλλὰ διὰ τούτου τὴν παράδοσιν [59] δηλῶν. Καὶ τίνος ἕνεκεν καὶ πήραν φησίν [61]; Ἐπαίδευεν αὐτοὺς λοιπὸν νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ πολλῇ καὶ [62] οἰκείᾳ κεχρῆσθαι σπουδῇ. Ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ ὡς ἀπείρους ὄντας πολλῇ ἔθαλπε τῇ δυνάμει· λοιπὸν δὲ ὥσπερ νεοττοὺς καλιᾶς ἐξαγαγὼν [63] κελεύει καὶ τοῖς οἰκείοις κεχρῆσθαι πτεροῖς. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι δι' ἀσθένειαν αὐτοὺς ἐᾷ, κελεύων καὶ αὐτοὺς τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐνεργεῖν [64], ὑπομιμνήσκει τῶν προτέρων, λέγων· *Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς χωρὶς* [65] *βαλαντίου, μή τινος ὑστερήσατε;* ἵνα δι' ἀμφοτέρων μάθωσιν αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν, καὶ δι' ὧν προέστη, καὶ δι' ὧν [66] ἐγκαταλιμπάνει νῦν τὸ ῥέμα. Ἀλλὰ πόθεν ἦσαν ἐκεῖ μάχαιραι; Ἀπὸ δείπνου ἦσαν καὶ τραπέζης ἐξεληλυθότες. Εἰκὸς [67] οὖν καὶ μαχαίρας εἶναι ἐκεῖ διὰ τὸ ἀρνίον· τούτους δὲ ἀκούσαντας, ὅτι ἥξουσί τινες ἐπ' αὐτὸν, λαβεῖν [68] εἰς βοήθειαν, [798] ὡς πολεμήσοντας ὑπὲρ τοῦ Διδασκάλου· ἦ τῆς ἐκείνων γνώμης ἦν μόνον. Διὸ καὶ ἐπιτιμᾶται Πέτρος αὐτῇ χρησάμενος, καὶ μετὰ σφοδρᾶς τῆς ἀπειλῆς. Καὶ γὰρ ἠμύνατο τὸν οἰκέτην ἐλθόντα, θερμῶς μὲν, πλὴν οὐχ ἑαυτῷ ἀμύνων, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ Διδασκάλου τοῦτο ποιῶν. Οὐ μὴν ἀφῆκέ τινα γενέσθαι βλάβην ὁ Χριστός. Καὶ γὰρ ἰάσατο αὐτὸν, καὶ θαῦμα μέγα ἐπεδείξατο, ἱκανὸν καὶ τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν ἐμφῆναι, καὶ τὴν τοῦ μαθητοῦ φιλοστοργίαν τε καὶ πραότητα· καὶ γὰρ ἐκεῖνο φιλοστόργως, καὶ τοῦτο πειθηνίως. Ἀκούσας γὰρ, *Βάλε τὴν μάχαιράν σου* [69] *εἰς τὴν θήκην αὐτῆς*, εὐθέως ἐπείσθη, καὶ μετὰ ταῦτα οὐδαμοῦ τοῦτο ποιεῖ. Ἕτερος δέ φησιν, ὅτι καὶ ἠρώτησαν, *Εἰ πατάξομεν*· αὐτὸς δὲ ἐκώλυσε, καὶ ἰάσατο ἐκεῖνον, καὶ τῷ μαθητῇ ἐπετίμησε, καὶ ἠπείλησεν, ἵνα πείσῃ. *Πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν*, φησὶν, *ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανοῦνται.* Καὶ λογισμὸν προστίθησι, λέγων· *Ἢ δοκεῖτε, ὅτι οὐ δύναμαι παρακαλέσαι τὸν Πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ* [70] *δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων; Ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν αἱ Γραφαί.* Διὰ τούτων τὸν θυμὸν αὐτῶν ἔσβεσε, δεικνὺς ὅτι καὶ ταῖς Γραφαῖς τοῦτο δοκεῖ. Διὰ τοῦτο κἀκεῖ ἠξίωσε, ἵνα πράως ἐνέγκωσι τὸ συμβάν, μαθόντες ὅτι κατὰ Θεοῦ πάλιν γίνεται γνώμην. Καὶ δύο τούτοις αὐτοὺς παρεμυθήσατο, τῇ τε τιμωρίᾳ τῶν ἐπιβουλευόντων· *Πάντες γὰρ οἱ λαβόντες*, φησὶ, *μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται·* καὶ τῷ μὴ ἄκων ταῦτα ὑπομεῖναι· *Δύναμαι γὰρ*, φησὶ, *παρακαλέσαι τὸν Πατέρα μου.* Καὶ διατί οὐκ εἶπεν· *Ἢ δοκεῖτε, ὅτι οὐ δύναμαι ἐγὼ πάντας αὐτοὺς ἀπολέσαι;* Ὅτι πιθανώτερος μᾶλλον ἦν τοῦτο λέγων· οὐδέπω γὰρ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν εἶχον. Καὶ πρὸ μικροῦ δὲ ἦν εἰρηκὼς, ὅτι *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου·* καὶ, *Πάτερ, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον·* καὶ ἀγωνιῶν ἐφάνη καὶ ἱδρῶν, καὶ ὑπὸ ἀγγέλου [71] ἐνισχυόμενος. Ἐπεὶ οὖν πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα ἐπεδείξατο, οὐκ ἐδόκει πιθανὰ λέγειν, εἴγε εἰρήκει, ὅτι Δοκεῖτε, ὅτι οὐ δύναμαι αὐτοὺς ἀπολέσαι; Διὰ τοῦτό

[55] δύναμαι] add. ἄρτι G. H. (omisso altero ἄρτι.) Locum non ultra v. ἀπολοῦνται laudat M. [56] γὰρ] add. καὶ Edd. [57] καὶ] ὁμοίως καὶ Edd. p. p. αὐτοῦ om. K. L. [58] αὐτοῖς G. L. [59] ὁπλίσωνται K. ὁπλήσονται L. πλήσωνται et in mar. πλήσωσιν G. *percutiant* Ge. [60] προδοσίαν G. H. K. M. [61] φησὶν] ἔχειν, φησὶν, ἐπέταξεν Edd. invito Interp. p. p. ἐπαίδευσεν G. H, L. M. [62] καὶ] τῇ Edd. p. p. χρῆσθαι K. [63] ἐξάγων G. H. K. M. p. p. καὶ om. K. L. [64] ἐνεργεῖν] συνεισφέρειν Edd. [65] χωρὶς] ἄτερ Edd. [66] ὧν] add. αὐτοὺς Edd. [67] Εἰκότως G. K. [68] λαμβάνειν G. H. M. [69] σου om. L. [70] πλείους ἢ om. K L. Ἀλλ' ἵνα] Sic Mosqu. Ἀλλὰ πῶς K. L. [71] ἀγγέλου] Sic Er. Ge. et codd. ἀγγέλων Edd.

Digitized by Google

φησι· *Τί* [62] *δοκεῖτε, ὅτι οὐ δύναμαι παρακαλέσαι τὸν Πατέρα μου;* Καὶ αὐτὸ πάλιν [63] ταπεινῶς ἀπαγγέλλει εἰπών· *Παραστήσει μοι δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων.* Εἰ γὰρ εἷς ἄγγελος ἑκατὸν ὀγδοηκονταπέντε χιλιάδας ἀνεῖλεν ὡπλισμένας, τί δώδεκα λεγεώνων ἴδοι ἐπὶ [64] χιλίους ἀνθρώπους [65]; Ἀλλὰ [66] πρὸς τὸν φόβον αὐτῶν καὶ τὴν ἀσθένειαν σχηματίζει τὸν λόγον· καὶ γὰρ ἀποτεθνηκότες ἦσαν τῷ δέει. Διὰ τοῦτο καὶ τὰς Γραφὰς ἐπιτειχίζει λέγων· *Πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ Γραφαί;* φοβῶν αὐτοὺς κἀντεῦθεν. Εἰ γὰρ ἐκείναις τοῦτο δοκεῖ, ὑμεῖς ἐναντιοῦσθε πολεμοῦντες;

β'. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς μαθητὰς ταῦτα, πρὸς δὲ ἐκείνους φησίν· *Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με* [67]; *Καθ' ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ ἐκαθεζόμην διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με.* Ὅρα πόσα ποιεῖ τὰ δυνάμενα [799] αὐτοὺς διαναστῆσαι. Ὑπτίους ἔρριψε, τὸ ὠτίον τοῦ οἰκέτου ἰάσατο, ἠπείλησεν αὐτοὺς σφαγήν [68]· *Ἐν μαχαίρᾳ γὰρ ἀπολοῦνται,* φησίν, *οἱ λαβόντες μάχαιραν*· ἀπὸ τῆς τοῦ ὠτίου θεραπείας καὶ ταῦτα ἐπιστώσατο· πάντοθεν ἀπὸ τῶν παρόντων, ἀπὸ τῶν μελλόντων ἐμφαίνων αὐτοῦ τὴν δύναμιν, καὶ δεικνὺς ὅτι οὐ τῆς αὐτῶν ἰσχύος ἔργον γέγονε τὸ κρατῆσαι αὐτόν [69]. Διὸ καὶ ἐπάγει· *Καθ' ἡμέραν μεθ' ὑμῶν ἤμην, καὶ ἐκαθεζόμην διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με*· κἀντεῦθεν δηλῶν [70], ὅτι τῆς αὐτοῦ συγχωρήσεως ἦν τὸ ἐλεῖν. Τὰ θαύματα [71] παραδραμών, τὴν διδασκαλίαν λέγει, ἵνα μὴ δόξῃ κομπάζειν. Ὅτε ἐδίδασκον [72], οὐκ ἐκρατήσατέ με· ὅτε ἐσίγησα, ἐπήλθετε; Ἐν τῷ ἱερῷ ἤμην, καὶ οὐδεὶς κατέσχε· νυνὶ δὲ ἀωρὶ καὶ μέσων νυκτῶν ἐπέστητε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων; Τί τούτων ἐδέησε τῶν ὅπλων ἐπὶ τὸν μεθ' ὑμῶν ὄντα [73] ἀεί; ἀπὸ τούτων διδάσκων, ὅτι εἰ μὴ ἐκὼν ἐνέδωκεν, οὐδ' ἂν τότε ἴσχυσαν. Οὐδὲ γὰρ ἂν οἱ τὸν ἐν χερσὶν ὄντα μὴ δυνηθέντες κατασχεῖν, καὶ μέσον αὐτὸν λαβόντες καὶ [74] μὴ περιγενόμενοι, οὔτε τότε ἂν ἴσχυσαν, εἰ μὴ ἠθέλησεν. Εἶτα καὶ τὴν ἀπορίαν λύει, διατί τότε [75] ἠβουλήθη. *Τοῦτο* γὰρ *γέγονε,* φησίν, *ἵνα πληρωθῶσιν αἱ Γραφαὶ τῶν προφητῶν.* Εἶδες πῶς μέχρι τῆς ἰσχάτης ὥρας, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ παραδοθῆναι, πάντα ἐποίει πρὸς διόρθωσιν τὴν ἐκείνων [76], θεραπεύων, προφητεύων, ἀπειλῶν· *Ἐν μαχαίρᾳ* γὰρ, φησίν, *ἀπολοῦνται*· δεικνὺς ὅτι ἐκὼν πάσχει· *Καθ' ἡμέραν* γὰρ *μεθ' ὑμῶν,* φησίν, *ἤμην διδάσκων*· τὴν πρὸς τὸν Πατέρα συμφωνίαν δηλῶν· *Ἵνα πληρωθῶσιν αἱ Γραφαὶ τῶν προφητῶν.* Διατί δὲ μὴ ἐν τῷ ἱερῷ αὐτὸν ἐκράτησαν; Ὅτι οὐκ ἂν ἐτόλμησαν ἐν τῷ ἱερῷ διὰ τὸν ὄχλον. Διὸ καὶ ἔξω ἐξῆλθε, καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ διδοὺς αὐτοῖς ἄδειαν, καὶ μέχρις ἰσχάτης ὥρας ἀναιρῶν αὐτῶν τὴν ἀπολογίαν. Ὁ γὰρ ἵνα πεισθῇ τοῖς προφήταις, καὶ ἑαυτὸν παραδοὺς, πῶς ἐναντία ἐδίδασκε; *Τότε πάντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ,* φησίν, *ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον.* Ὅτε μὲν γὰρ κατεσχέθη, ἔμενον· ὅτε δὲ ἐφθέγξατο ταῦτα πρὸς τοὺς ὄχλους, ἔφυγον. Εἶδον γὰρ λοιπὸν, ὅτι οὐκέτι διαφυγεῖν ἔνι, ἑκόντος [77] ἑαυτὸν παραδιδόντος αὐτοῖς, καὶ λέγοντος κατὰ τὰς Γραφὰς τοῦτο [78] γίνεσθαι. Φυγόντων δὲ αὐτῶν, Ἄγουσιν *αὐτὸν πρὸς Καϊάφαν· ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθησε καὶ εἰσῆλθεν, ἰδεῖν τί* [79] *τὸ τέλος.* Πολλὴ ἡ θερμότης τοῦ μαθητοῦ· οὐδὲ φεύγοντες [80] ἰδὼν ἔφυγεν, ἀλλ' ἕστη καὶ συνεισῆλθεν. Εἰ δὲ καὶ Ἰωάννης, ἀλλὰ γνώριμος ἦν τῷ ἀρχιερεῖ. Καὶ διατί ἐκεῖ ἀπήγαγον αὐτὸν, ἔνθα ἦσαν πάντες συνηγμένοι; Ἵνα μετὰ γνώμης [81] πάντα ποιήσωσι τῶν ἀρχιερέων. Ἐκεῖνος γὰρ ἦν τότε ἀρχιερεὺς, καὶ πάντες ἦσαν αὐτὸν [82] αὐτόθι ἀναμένοντες· οὕτω διενυκτέρευον καὶ ἠγρύπνουν ἐπὶ τούτῳ [83]. Οὐδὲ γὰρ ἔφαγον τότε τὸ πάσχα, φησὶν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠγρύπνουν. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι πρωΐα ἐστὶν, ὁ Ἰωάννης, ἐπήγαγεν· *Οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν* [84], *ἀλλ' ἵνα φάγωσι* [800] *τὸ πάσχα.* Τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; Ὅτι ἐν ἑτέρᾳ ἡμέρᾳ ἔφαγον, καὶ τὸν νόμον ἔλυσαν, διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν περὶ τὴν σφαγὴν ταύτην. Οὐδὲ γὰρ ἂν ὁ Χριστὸς παρέβη τὸν καιρὸν τοῦ πάσχα, ἀλλ' ἐκεῖνοι οἱ πάντα τολμῶντες, καὶ μυρίους καταπατοῦντες νόμους. Ἐπειδὴ γὰρ [85] σφόδρα ἔζεον τῷ θυμῷ, καὶ πολλάκις ἐπιχειρήσαντες ἀνελεῖν, οὐκ ἴσχυσαν· τότε λαβόντες αὐτὸν ἀπροσδοκήτως, εἵλοντο καὶ τὸ πάσχα ἀφεῖναι, ὑπὲρ τοῦ τὴν φονικὴν αὐτῶν ἐμπλῆσαι ἐπιθυμίαν. Διὸ καὶ συνῆχθησαν ἅπαντες, καὶ συνέδριον ἦν λοιμῶν, καὶ ἐρωτῶσί τινα, βουλόμενοι σχῆμα περιθεῖναι τῇ ἐπιβουλῇ ταύτῃ δικαστηρίου [86]. Οὐδὲ γὰρ ἦσαν ἴσαι αἱ μαρτυρίαι, φησίν· οὕτω πεπλασμένον [87] τὸ δικαστήριον ἦν, καὶ θορύβου πάντα [88] καὶ ταραχῆς. *Ἐλθόντες δὲ ψευδομάρτυρες ἔλεγον, ὅτι Οὗτος εἶπεν, ὅτι Λύσω* [89] *τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἑτέρῳ αὐτόν.* Καὶ μὴν εἶπεν, ὅτι *Ἐν τρισὶν,* ἀλλ' οὐκ εἶπε, Λύω, ἀλλὰ, *Λύσατε*· καὶ οὐδὲ περὶ ἐκείνου, ἀλλὰ περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἰδίου. Τί οὖν ὁ ἀρχιερεύς; Βουλόμενος αὐτὸν εἰς ἀπολογίαν καταστῆσαι, ἵνα ἐξ αὐτῆς αὐτὸν ἕλῃ, φησίν· *Οὐκ ἀκούεις, τί σοῦ σου καταμαρτυροῦσιν; Ὁ δὲ ἐσίγα.* Ἀνόνητα γὰρ ἦν τὰ τῆς ἀπολογίας, οὐδενὸς ἀκούοντος. Καὶ γὰρ σχῆμα τοῦτο δικαστηρίου ἦν μόνον· τὸ δὲ ἀληθὲς, λῃστῶν ἔφοδος, ὡς ἐν σπηλαίῳ καὶ ἐν ὕδῳ ἁπλῶς ἐπελθόντων. Διὸ ἐσίγα· ὁ δὲ ἐπέμενε λέγων· *Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Ὁ δὲ εἶπε, Σὺ εἶπας. Πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν. Τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λέγων, Ἐβλασφήμησε.* Τοῦτο δὲ ἐποίησε, σφοδροτέραν τὴν κατηγορίαν ποιῶν, καὶ τὸ λεχθὲν ἐπαίρων διὰ τοῦ πράγματος. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς φόβον ἐνέβαλε τοὺς ἀκροατὰς τὸ εἰρημένον, ὅπερ ἐπὶ Στεφάνου πεποιήκασι, τὰ ὦτα συσχόντες, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα οὗτος.

3. *Nihil difficile in præceptis Christi.* — Quid enim grave præceptum nobis est? an montes secare? an volare per aerem? aut Tyrrhenum pelagus trajicere? Nequaquam : sed vitam ita facilem nobis injunxit, ut instrumentis nihil opus sit, sed animo et voluntate tantum. Quæ instrumenta habuerunt apostoli, qui tot præclara gesserunt? Amon una induti tunica, et nudis pedibus erant, et omnia superarunt? Quid enim difficile in præceptis Christi est? Nullum habeas inimicum ; neminem odio habeas ; nemini maledicas. Quæ his sunt contraria, difficiliora sunt. Sed dixit, inquies, Pecunias abjice. Et hoc onerosum est? Imo vero non præcepit, sed hoc consilium dedit. Sed volo hoc esse præceptum, anne grave est, onera non ferre, nec sollicitudines intempestivas? Sed o miseram pecuniarum aviditatem! Omnia pecuniæ facta sunt, ideo omnia sus deque posita sunt. Si quis beatum quempiam æstimet, istarum mentionem facit : si miserum putet, hinc commiseratio. Omnesque sermones his in rebus versantur : Quomodo hic ditescit? quomodo ille pauper est? Si quis militiam, si connubium, si artem, si quidvis aliud tractet, non prius rei manum admovet, quam viderit res prospere et prompte sibi cessuras esse. Risque conspectis congregati non consultabimus, quomodo hunc morbum pellemus? non nos pudebit eorum quæ a patribus præclare facta sunt? nec ter mille illos, et quinquies mille, qui communia habebant omnia, spectabimus? Quæ præsentis vitæ utilitas, si ipsa ad futuram negotiationem non utamur? Quousque servituti non subjicietis mammonam, qui in servitutem vos redegit? imo potius quousque servi eritis pecuniarum? quousque non amabitis libertatem, nec avaritiæ negotiationes dirumpetis? Sed si hominum servi sitis, nihil non agitis, si quis vobis libertatem promittat : cumque sitis avaritiæ captivi, nec cogitatis qua ratione possitis ab hac dura captivitate liberari. Atqui illa non gravis est ; hæc vero tyrannis est acerbissima. Cogitate quantum pro nobis pretium deposuerit Chri-

[1] Commelin. et Morel. habent, *Et divulgatum est verbum hoc apud Judæos.*

Digitized by Google

stus. Sanguinem suum effudit, seipsum tradidit. Vos autem post hæc omnia decidistis : quodque gravius est, in servitute delectamini, in ignominia deliciamini, et quod fugiendum erat, vobis optabile fuit (*a*).

Pecuniæ cupiditatem et nimiam æstimationem redarguit. Pecuniæ servandæ incommoda. Paupertatis bona.—Sed quia non deplorandum modo est et incusandum, sed etiam emendandum, videamus undenam hic morbus nobis amabilis visus sit. Undenam, unde amabilis fuit? Quia in gloria, inquies, et in securitate constituit. In qua quæso, securitate? Quod confidamus fore ut numquam esuriamus, numquam algeamus, non lædamur, non contemnamur. Itaque si hanc tibi securitatem pollicear, abstinebis a divitiarum cupiditate? si enim ideo sunt divitiæ expetendæ, si absque illis securitatem nancisci possimus, quid tibi jam illis opus erit? Et quomodo potest, inquies, is qui dives non est, hæc consequi? Imo vero quomodo (ego enim contrarium dicam) is qui dives est? Nam ut multis aduletur necesse est, et principibus et subditis, ut innumeris opus habeat et illiberaliter serviat, tremat, suspectos habeat, invidorum oculos, sycophantarum ora metuat, aliorumque avarorum cupiditates. At paupertas non talis, sed plane his contraria. Locus est tutus et securus, portus tranquillus, palæstra et gymnasium philosophiæ, angelicæ vitæ imitatio. Hæc audite, quotquot pauperes estis; imo vero quotquot ditescere vultis. Non pauperem esse, sed nolle pauperem esse, malum est. Ne grave quidpiam putes esse paupertatem, neque gravis erit illa tibi. Non enim in natura rei, sed in mollium virorum judicio metus iste locum habet. Quin etiam me puderet, si hoc tantum de paupertate dicere possem, quod ea malum non sit; nam si philosopheris, mille tibi bonorum fons erit. Et si quis tibi hinc imperium, civiles magistratus, divitias, deliciasque, inde vero paupertatem proponeret, optionemque daret, hanc subito raperes, si ejus notam haberes excellentiam.

4. *Paupertatis laudes.*—Scio quidem multos ridere, dum hæc dicuntur; sed nos minime turbamur. Quæso tantum, patienter audiatis, et cito nobiscum calculum feretis. Mihi paupertas similis esse videtur puellæ ornatæ, pulchræ et formosæ : avaritia vero monstrosæ mulieri, Scyllæ, hydræ, similibusque monstris, quæ finxere mythologi. Ne mihi paupertatis accusatores in medium afferas, sed eos qui per ipsam illustres fuerunt. Cum hac educatus Elias, raptu illo beato dignatus est; cum hac clarus fuit Elisæus; cum hac Joannes et apostoli omnes : cum illa vero Achab, Jezabel, Giezi, Judas, Nero, Caiphas damnati sunt. Sed si placet, ne illos tantum qui in paupertate floruere, sed illam ipsam puellæ pulchritudinem consideremus. Si quidem oculus ejus purus est et dilucidus, nihil turbidum habens, ut habet oculus avaritiæ, qui nunc ira, nunc voluptate plenus est, nunc intemperantia turbatus. At non perinde se habet oculus paupertatis, sed mansuetus est, serenus, suaviter omnes intuens, lenis, jucundus, neminem odio habens, neminem aversans. Ubi enim pecunia, ibi inimicitiæ et bellorum materia. Os illi contumeliis est refertum, fastu quodam, arrogantia multa, maledictis, dolo; hujus os contra et lingua sana est, gratiarum actione perenni plena, benedictione, verbis mansuetis, benevolis, obsequio plenis, et laudibus encomiisque. Si vero aptam membrorum compositionem dispicere velis, procera est illa longeque sublimior opulentia. Quod si multi illam fugiant, ne mireris : nam alias quoque virtutes stulti fugiunt. Sed a divite, inquies, pauper contumelia afficitur. Rursus mihi paupertatis encomium narras. Quis enim, quæso, beatus, qui contumelia afficit, an qui afficitur? Certe is qui contumeliis afficitur, et fert fortiter. Avaritia igitur contumelia afficere jubet; paupertas vero ad ferendam contumeliam hortatur. At, inquies, pauper esurit. Paulus quoque esuriebat. Sed non habet ubi quiescat. Et Filius hominis non habebat ubi caput reclinaret. Viden' quousque perveniant paupertatis encomia, ubi te constituant, ad qualium te virorum similitudinem deducant, et quomodo te Domini imitatorem faciant? Si aurum possidere bonum esset, id discipulis dedisset Christus, qui ineffabilia illa bona dedit ipsis. At non modo non dedit, sed etiam habere prohibuit. Ideoque Petrus non modo non erubescit de paupertate, sed etiam de illa gloriatur his verbis : *Argentum et aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do* (*Act.* 3. 6). Quis vestrum nollet in hanc erumpere vocem? Omnes utique, dicet forte quispiam. Ergo projice argentum, projice aurum. Et si projecero, inquies, consequarne Petri potentiam? Sed quid, quæso, Petrum beatum effecit? an quod claudum erexerit? Minime : sed quod aurum non habuerit, hoc illi cælum conciliavit. Ex iis enim, qui signa fecerunt, multi inciderunt in gehennam : qui vero hæc fecerunt, regnum sunt consequuti. Et hoc ab ipso Petro disce : duo enim dixit : *Argentum et aurum non est mihi;* et, *In nomine Jesu Christi surge et ambula.* Utrum horum fecit illum beatum et conspicuum, quod claudum erexerit, an quod pecunias projecerit? Hæc ab ipso agonotheta disce. Quid ergo ait ille diviti quærenti vitam æternam? Non dixit, Claudos erige; sed, *Vende quæ habes, et da pauperibus, et veni, sequere me : et habebis thesaurum in cælis* (*Luc.* 18. 22. *Marc.* 10. 21). Et Petrus rursum non dixit, Ecce in nomine tuo dæmonia ejicimus, etiamsi ejiceret; sed, *Ecce reliquimus omnia, et secuti sumus te; quid ergo erit nobis* (*Matth.* 19. 27)? Christus vero huic respondens, non dixit, Si quis claudum erexerit; sed, *Quicumque reliquerit domos et agros propter me et Evangelium, centuplum accipiet in hoc sæculo, et vitam æternam possidebit* (*Ibid. v.* 29). Et nos quoque hunc imitemur, ut non confundamur; sed cum fiducia adstemus tribunali Christi, illumque attrahamus ut sit nobiscum, ut et cum discipulis fuit; erit enim nobiscum sicut cum illis fuit, si illos imitari velimus, illorumque vitam et institutum æmulari. Horum causa Deus coronat et prædicat, non exigens ut mortuum suscites et clau-

(*a*) In sequentibus multa omittunt et turbant Commelin. et Morel. quæ ex Mss. et ex Savil. restituuntur.

Digitized by Google

δουλείᾳ, ἐντρυφᾶτε τῇ ἀτιμίᾳ, καὶ ἐπέραστον γέγονε τὸ φευκτόν.

Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἀποδύρεσθαι χρὴ μόνον [845] καὶ ἐγκαλεῖν, ἀλλὰ καὶ διορθοῦν, ἴδωμεν πόθεν ἐπέραστον ἡμῖν γέγονε τοῦτο τὸ πάθος καὶ τὸ κακόν[80]. Πόθεν οὖν, πόθεν ἐπέραστον τοῦτο γέγονεν; Ὅτι ἐν δόξῃ, φησί, καὶ ἀσφαλείᾳ ποιεῖ. Ποίᾳ ἀσφαλείᾳ; εἰπέ μοι. Ἐν τῷ θαῤῥεῖν[81] ὑπὲρ τοῦ μὴ πεινῇν, μὴ ῥιγοῦν, μὴ βλάπτεσθαι, μὴ καταφρονεῖσθαι. Οὐκοῦν ἐὰν ἐπαγγειλώμεθά[82] σοι τὴν ἀσφάλειαν ταύτην, ἀποστήσῃ τοῦ πλουτεῖν[83]; Εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ὁ πλοῦτος ἐπέραστος, ἂν ἐξῇ χωρὶς τούτου ἔχειν ἀσφάλειαν, τίς χρεία σοι τούτου λοιπόν; Καὶ πῶς δυνατὸν μὴ πλουτοῦντα, φησὶ, τούτων ἐπιτυχεῖν; Πῶς[84] μὲν οὖν δυνατὸν (ἐγὼ γὰρ τοὐναντίον ἐρῶ) πλουτοῦντα; Καὶ γὰρ κολακεύειν ἀνάγκη πολλοὺς, καὶ ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους, καὶ δεῖσθαι μυρίων, καὶ δουλεύειν ἀγεννῶς, καὶ δεδοικέναι καὶ τρέμειν, καὶ ὑποπτεύειν τοὺς τῶν βασκάνων ὀφθαλμοὺς, καὶ φοβεῖσθαι συκοφαντῶν στόματα, καὶ ἑτέρων φιλαργύρων ἐπιθυμίας. Ἀλλ' οὐχ ἡ πενία τοιοῦτον, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν. Χωρίον ἄσυλόν ἐστι καὶ ἀσφαλὲς, λιμὴν εὔδιος, παλαίστρα καὶ γυμνάσιον φιλοσοφίας, ἀγγελικοῦ βίου μίμημα. Ἀκούσατε, ὅσοι πένεσθε, τούτων, μᾶλλον δὲ καὶ ὅσοι πλουτεῖν ἐπιθυμεῖτε. Οὐ τὸ πένεσθαι δεινὸν, ἀλλὰ τὸ μὴ βούλεσθαι πένεσθαι. Μηδὲν δεινὸν νόμιζε εἶναι πενίαν, καὶ οὐκ ἔσται σοι δεινόν. Οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ φύσει τοῦ πράγματος, ἀλλ' ἐν τῇ κρίσει τῶν μαλακοψύχων ἀνδρῶν τοῦτό ἐστι τὸ δέος. Μᾶλλον δὲ καὶ αἰσχύνομαι, εἰ τοσοῦτον ὑπὲρ πενίας ἔχοιμι λέγειν. ὅτι οὐδέν ἐστι δεινόν· ἐὰν γὰρ φιλοσοφῇς, καὶ μυρίων ἀγαθῶν ἔσται σοι πηγή. Καὶ εἴ τίς σοι ἀρχὴν, καὶ πολιτικὰς δυνάμεις, καὶ πλοῦτον, καὶ τρυφὴν προεῖδε, εἶτα τὴν πενίαν ἀντιτίθεις[85], αἵρεσιν ἰδίου λαβεῖν ὅπερ ἤθελες, ταύτην ἂν εὐθέως ἥρπασας, εἴγε αὐτῆς ἔγνως τὸ κάλλος.

δ'. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι πολλοὶ γελῶσι τούτων λεγομένων· ἀλλ' ἡμεῖς οὐ θορυβούμεθα· ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ἀξιοῦμεν ἀνασχέσθαι[86], καὶ ταχέως ἡμῖν ψηφιεῖσθε. Ἐμοὶ γὰρ ἡ πενία κόρῃ τινὶ κοσμίῳ καὶ καλῇ καὶ εὐειδεῖ προσοικέναι δοκεῖ· ἡ δὲ φιλαργυρία θηριομόρφῳ γυναικὶ, Σκύλλῃ τινὶ καὶ Ὕδρᾳ, καὶ ἑτέροις τισὶ τοιούτοις τέρασι παρὰ μυθοποιῶν πλαττομένοις. Μὴ γάρ μοι τοὺς κατηγοροῦντας τῆς πενίας ἐνέγκῃς[87] εἰς μέσον, ἀλλὰ τοὺς δι' αὐτῆς λάμψαντας. Μετὰ ταύτης Ἠλίας τραφεὶς, ἡρπάγη τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἁρπαγήν· μετὰ ταύτης Ἐλισσαῖος ἔλαμψε· μετὰ ταύτης Ἰωάννης, μετὰ ταύτης οἱ ἀπόστολοι πάντες· μετὰ δὲ ἐκείνης, ὁ Ἀχαὰβ, ἡ Ἰεζάβελ, ὁ Γιεζῆ, ὁ Ἰούδας, ὁ Νέρων, ὁ Καϊάφας κατεκρίθησαν. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, μὴ τοὺς ἐν πενίᾳ λάμψαντας μόνον ἴδωμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τῆς κόρης ταύτης τὸ κάλλος ἐπισκεψώμεθα. Καὶ γὰρ ὁ ὀφθαλμός ἐστιν αὐτῇ[88] καθαρὸς [844] καὶ διειδὴς, οὐδὲν ἔχων θολερὸν, καθάπερ ὁ τῆς φιλαργυρίας νῦν μὲν θυμοῦ γέμων, νῦν δὲ ἡδονῆς ἐμπεπλησμένος, νῦν δὲ ἀπὸ[89] ἀκρασίας τεταραγμένος. Ἀλλ' οὐχ ὁ τῆς πενίας τοιοῦτος, ἀλλ' ἥμερος, γαληνὸς, ἡδὺ πρὸς πάντας βλέπων, μειλίχιος, προσηνὴς, οὐδένα μισῶν, οὐδένα ἀποστρεφόμενος. Ὅπου γὰρ χρήματα, ἐκεῖ ἔχθρας ὑπόθεσις καὶ μυρίων πολέμων. Στόμα πάλιν ἐκείνη μὲν ὕβρεων γέμει, τύφου τινὸς, ἀλαζονείας πολλῆς, ἀρᾶς, δόλου· ταύτῃ δὲ καὶ στόμα καὶ γλῶσσα ὑγιὴς, εὐχαριστίας γέμουσα διηνεκοῦς, εὐλογίας, προσηνῶν[90] ῥημάτων, φιλοστόργων, θεραπευτικῶν, ἐπαίνων, ἐγκωμίων. Εἰ δὲ καὶ τὴν ἀναλογίαν ἐθέλοις αὐτῆς ἰδεῖν τῶν μελῶν, εὐμήκης τέ[91] ἐστι καὶ ὑψηλοτέρα πολὺ τῆς εὐπορίας. Εἰ δὲ φεύγουσιν αὐτὴν πολλοὶ, μὴ θαυμάσῃς· καὶ γὰρ καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν οἱ ἀνόητοι. Ἀλλ' ὑβρίζεται, φησὶν, ὁ πένης παρὰ τοῦ πλουτοῦντος. Πάλιν μοι τῆς πενίας[92] τὸ ἐγκώμιον λέγεις. Τίς γὰρ, εἰπέ μοι, μακάριος; ὁ ὑβρίζων, ἢ ὁ ὑβριζόμενος; Δῆλον ὡς ὁ ὑβριζόμενος[93]. Οὐκοῦν ἐκείνη μὲν ὑβρίζειν κελεύει ἡ φιλαργυρία· αὕτη δὲ φέρειν[94] παραινεῖ ἡ πενία. Ἀλλὰ πεινᾷ ὁ πένης, φησί. Καὶ Παῦλος ἐπείνα, καὶ ἐν λιμῷ ἦν. Ἀλλ' οὐκ ἔχει ἀνάπαυσιν. Οὐδὲ ὁ[95] Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ εἶχε ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι. Εἶδες οἷ[96] προέβη τῆς πενίας τὰ ἐγκώμια, καὶ ποῦ σε ἵστησι, πρὸς ποίους ἄνδρας ἀνάγει, καὶ πῶς τοῦ Δεσπότου ποιεῖ μιμητήν; Εἰ καλὸν τὸ χρυσίον ἔχειν[97] ἦν, τοῦτο ἂν ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστὸς, ὁ τὰ ἀπόῤῥητα ἐκεῖνα δοὺς ἀγαθά. Νυνὶ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ἔχειν ἀπηγόρευσε. Διὸ καὶ ὁ Πέτρος οὐ μόνον[98] καταδύεται πενίᾳ, ἀλλὰ καὶ σεμνύνεται λέγων· *Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐκ ὑπάρχει μοι· ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι*, φησί. Τίς οὐκ ἂν ἠθέλησεν ὑμῶν ῥῆξαι ταύτην τὴν φωνήν; Καὶ σφόδρα μὲν οὖν ἅπαντες, ἴσως εἴποι τις ἄν. Οὐκοῦν ῥῖψον τὸ ἀργύριον, ῥῖψον τὸ χρυσίον. Καὶ ἐὰν ῥίψω, φησὶ, λήψομαι τὴν δύναμιν Πέτρου; Τί γὰρ Πέτρον μακάριον ἐποίησεν, εἰπέ μοι; ἆρα τὸ χωλὸν ἐγεῖραι; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ τὸ μὴ ταῦτα ἔχειν, τοῦτο αὐτῷ τὸν οὐρανὸν προεξένησε. Τῶν μὲν γὰρ ταῦτα ἐργασαμένων πολλοὶ εἰς γέενναν ἐνέπεσον· οἱ δὲ ἐκεῖνα ποιήσαντες βασιλείας ἐπέτυχον. Καὶ τοῦτο καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πέτρου μάνθανε. Δύο γὰρ ἦν ἃ εἴρηκεν· *Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι*· καὶ, *Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἔγειραι καὶ περιπάτει*. Ποῖον οὖν αὐτὸν ἐποίησε λαμπρὸν καὶ μάκαριον; τὸ ἐγεῖραι τὸν χωλὸν, ἢ τὸ ῥῖψαι τὰ χρήματα; Καὶ ταῦτα παρ' αὐτοῦ τοῦ ἀγωνοθέτου παιδεύου. Τί οὖν αὐτός[99] φησι τῷ πλουσίῳ ζητοῦντι τὴν αἰώνιον ζωήν; Οὐκ εἶπεν, Ἔγειρον χωλούς· ἀλλὰ, *Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο* [845] *ἀκολούθει μοι· καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς*. Καὶ ὁ Πέτρος δὲ πάλιν οὐκ εἶπεν, Ἰδοὺ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλομεν δαίμονας· καίτοι ἦν ἐκβάλλων· ἀλλ', *Ἰδοὺ ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί*[1] *ἔσται ἡμῖν*; Καὶ ὁ Χριστὸς πάλιν πρὸς τοῦτον ἀποκρινόμενος, οὐκ εἶπεν, Ἐάν τις χωλὸν ἐγείρῃ· ἀλλ', *Ὅστις ἀφῆκεν οἰκίας καὶ ἀγροὺς*[2], *ἑκατονταπλασίονα λήψεται ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει*. Καὶ ἡμεῖς οὖν τοῦτον ζηλώσωμεν, ἵνα μὴ καταισχυνθῶμεν, ἀλλὰ ἵνα[3] μετὰ παῤῥησίας παραστῶμεν τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα αὐτὸν ἐπισπασώμεθα εἶναι μεθ' ἡμῶν, ὡς[4] καὶ μετὰ τῶν μαθητῶν ἦν. Ἔσται γὰρ καὶ μεθ' ἡμῶν, καθάπερ καὶ μετ' ἐκείνων ἦν[5], ἐὰν θέλωμεν ἐκείνους μιμήσασθαι, καὶ ζηλωταὶ γενέσθαι τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας αὐτῶν. Ἀπὸ τούτων γὰρ καὶ ὁ Θεὸς στεφανοῖ καὶ ἀνακηρύττει, οὐκ ἀπαιτῶν σε νεκρὸν ἐγεῖραι, οὐδὲ χωλὸν διορθῶσαι. Οὐ γὰρ ταῦτα ποιεῖ κατὰ Πέτρον γενέσθαι, ἀλλὰ

[80] καὶ om. N. τὸ πάθος καὶ om. K. [81] Ἐν τῷ θαῤῥεῖν om. N. [82] ἐπαγγείλωμαι K. ἀσφάλειαν] βασίλειαν G. [83] πλουτεῖν] Sic G. K. Mor. Alii πλεονεκτεῖν. [84] Vid. adnot. [85] τιθεὶς G. N. [86] ἀνέχεσθαι G. p. p. συμψηφιεῖσθε Edd. [87] εἰσενέγκῃς Sav. Ben. Mox ἀλλὰ καὶ τοὺς Mor. Ben. [88] αὐτῆς P. αὐτοῦ N. [89] ὑπὸ P. [90] καὶ προσηνῶν K. N. [91] τε et καὶ om. N καὶ deest in cæteris. [92] Desinit codex G. [93] ὑβριζόμενος] add. καὶ ἑτέρων γενναίως P. [94] φέρειν] add. γενναίως P. In eodem hæc ἡ φιλαργυρία et ἡ πενία desunt. [95] Οὐδὲ ὁ] Ὁ δὲ N. οὐκ εἶχε] εἶχε Edd. οὐκ ἔχει N. [96] οἷ] Sic pr. P. οἷα cæteri et corr. P. ποῦ προέβη Mor. Ben. οἷα προβαίνει Sav. [97] ἔχειν om. P. [98] μόνον] add. οὐ Edd. p. p. πενίαν K. N. [99] οὗτος K. P. ζητοῦντι] τῷ ζ. Mor. Ben. [1] τί] add. ἆρα P. Καὶ ὁ X. δὲ πάλιν id. [2] ἀγροὺς] add. ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου id. [3] ἵνα om. id. [4] Omnia ab ὡς καὶ ad μεθ' ἡμῶν desunt in N. Mor. Ben. Hæc Ἔσται γὰρ . . . . . μετ' ἐκείνων ἦν om. K. [5] ἦν om. Mor. Ben. [6] Hæc τοῦτο γὰρ . . . . . κατόρθωμα desunt in Mor. Ben.

Digitized by Google

τὸ ῥῖψαι τὰ ὄντα· τοῦτο γὰρ τοῦ ἀποστόλου τὸ [6] κατόρθωμα. Ἀλλ' οὐ δύνασαι ῥῖψαι; Μάλιστα μὲν [7] δυνατόν· πλὴν οὐκ ἀναγκάζω, εἰ μὴ βούλει, οὐδὲ βιάζομαι· ἀλλ' ἐκεῖνο παρακαλῶ, κἂν κατὰ μέρος ἀναλίσκειν τοῖς δεομένοις, καὶ μηδὲν πλέον τῆς χρείας ἐπιζητεῖν. Οὕτω γὰρ καὶ ἐνταῦθα ἀπράγμονα βιωσόμεθα [7a] βίον καὶ ἀσφαλῆ, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀπολαύσομεν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. *

[7a] βιώσομεν Sav. Ben. ζησόμεθα Ke

* *Quæ sequuntur ex Montef. excerpta sunt.* EDIT. PATROL.

[846] Μᾶλλον δὲ καὶ τὸ πρότερον ὑμῖν ἡμεῖς ἐροῦμεν, ὡς ἂν μὴ πράγματα σχοίητε διερευνῶντες· ἔχει γάρ τι βαθὺ διερευνῶν ὁ λόγος ἀποδεῖξαι. Διὰ τί οὖν τῶν ἀπὸ Δαυὶδ χρόνων ἐπὶ Ἰεχονίαν καὶ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν ἑπτὰ καὶ δέκα βασιλευσάντων δεκατέσσαρας εἶναί φησι γενεὰς ὁ εὐαγγελιστής; Εἰ μὲν διαδοχὰς ἀγαγράφειν αὐτῷ προὔκειτο, κἂν εὐλόγως τις ἐμέμψατο, ὡς παρεκβεμένῳ τὴν τῶν βασιλέων διαδοχήν. Ἐν γὰρ ταῖς Βασιλείαις καὶ ταῖς Παραλειπομέναις συμφώνως μετὰ Ἰωρὰμ τὸν τοῦ Ἰωσαφάτ, τριῶν ἐφεξῆς βασιλευσάντων, Ὀχοζίου καὶ Ἰωὰς καὶ Ἀμασία· εἶτα μετ' αὐτοὺς Ὀζία καὶ Ἰωαθὰμ καὶ Ἀχάζ, παρελθὼν τοὺς προτέρους τρεῖς ὁ εὐαγγελιστής, μετὰ Ἰωρὰμ τὸν τοῦ Ἰωσαφάτ, εἶθ' ἑξῆς συνάπτει τὸν Ὀζίαν καὶ τὸν Ἰωαθὰμ καὶ Ἀχάζ, τοὺς εἰρημένους μεταξὺ παρελθών. Τοῦτο δὲ δῆ πεποίηκεν, (οὐ) σκοπὸν θέμενος τὴν τῶν βασιλέων διαδοχὴν ἐκθέσθαι· ἐχρῆν γὰρ ὡς ἡμαρτημένην αἰτιάσασθαι τὴν παρ' αὐτῷ γραφήν· ἐπειδὴ οὐ διαδοχάς, ἀλλὰ γένος ἀριθμῆσαι προέθετο. Τοῦτο γὰρ ὁ λόγος αὐτῷ βούλεται φήσαντι· « Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· » καὶ πάλιν· « Ἀπὸ Δαυὶδ μέχρι Ἰεχονίου καὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες· » ἀλλὰ οὐ διαδοχαὶ δεκατέσσαρες, εἰκότως πάσης ἀπολέλυτ' ἂν (sic) κατηγορίας. Ἐπειδὴ δέ τισι δοκεῖ, διαδοχὰς ὀνομάσαι δυνάμενος, οὕτως εἰπεῖν· πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ μέχρι Δαυὶδ, διαδοχαὶ δεκατέσσαρες, καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες· ὅπερ εἰ εἰρήκει, τὸ πᾶν εὐλόγως εἴρητο. (Ἀλλ') ἠλέγχετο παραγράφων τὴν ἱστορίαν· νῦν δὲ ὡς ἔφθην εἰπὼν, σκοποῦ κειμένου αὐτῷ γενεάς, ἀλλ' οὐ διαδοχάς, ὑπογράψαι· τῆς δὲ ἐν ταῖς Βασιλείαις καὶ Παραλειπομέναις διαδοχάς, ἀλλ' οὐ γενεάς ἱστορούσης, οὐκ ἂν γένοιτο ἐναντίωμα ἐκ τῆς ἀμφοτέρων παραθέσεως. Γενεὰν χρόνον ἀνθρώπου ζωῆς; οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ὀνομάζειν· ἐπεὶ συμβαίνει πολλάκις τοὺς μὲν ἐπὶ βραχὺ βιῶναι, καὶ θᾶττον ἀποδῆναι κατὰ τὴν τοῦ παιδὸς ἡλικίαν, τοὺς δὲ μέχρι τοῦ μειρακίου φθάσαι, τοὺς δὲ ἐπὶ τὸν νεανίαν προελθεῖν, τοὺς δὲ ἐπὶ τὸν ἄνδρα, τοὺς δὲ ἐπ' ἔσχατον [847] γῆρας; παρατεῖναι τὴν ζωήν. Ποίαν οὖν τις ἀριθμήσει γενεάν, εἰ ὁ μὲν, φέρε, μέχρι δεκάτου ἔτους, ἡ μέχρι εἰκοστοῦ, ὁ δὲ μέχρι πεντηκοστοῦ, ἄλλος δὲ μέχρι ἑβδομηκοστοῦ, ἕτερος; καὶ τὰ ἑκατὸν ὑπερβάς, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν παλαιῶν, ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμᾶς ὁρᾶται; Πῶς οὖν οἷόν τε τὴν ἀνθρώπου ζωὴν γενεὰν ὀνομάζειν; Ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῆς παιδοποιίας· οἱ μὲν γὰρ πρὸ τῶν εἴκοσι ἐτῶν γήμαντες παιδοποιήνται· οἱ δὲ ὑπὲρ τὰ τριάκοντα γενόμενοι. Καὶ τῶν ἰσηλίκων δὲ ἴδοι τις ἂν τοὺς μὲν ἐπὶ πρώτοις υἱοῖς στάντας, τοὺς δὲ ἐπὶ τετραγονίαν ἐλάσαντας, ὥστε ἐν πεντήκοντα ἔτεσι τοὺς μὲν ἐγγόνους θεάσασθαι· ἑτέρους ἐν ἑβδομήκοντα μηδενὸς ἀξιωθῆναι παιδός. Πῶς ἀριθμητέον τὰς γενεάς; πότερον ἐκ τῶν μακροβίων, ἢ ἐκ τῶν ὀλιγοβίων; καὶ ἐκ τῶν ταχὺ πεπαιδοποιημένων, ἢ τῶν βράδιον; καὶ ἐκ τῶν ἐπὶ πρώτοις υἱοῖς σαλευσάντων, ἢ ἐκ τῶν ἐπὶ πλέοσι διαδοχαῖς; Τῶν οὕτως ἐξητασμένων, ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς οὐ διαδοχὰς προθέμενος εἰπεῖν, γενεάς, δὲ, καθ' οὓς δὲ αὐτὸς ἠπίστατο λόγους; ἀπαριθμούμενος, τῆς ἐν ταῖς ἱστορίαις διαδοχῆς ἧττον πεφρόντικε, τοσούτους δὲ ἀναλαμβάνει εἰς τὴν γενεαλογίαν, ὅσοι ἀπῆρκουν αὐτῷ εἰς ἐκπλήρωσιν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν. Οὕτω δὲ αὐτῶν ὑγιὴς ἀποσώζεται ὁ λόγος, καὶ οὐδαμῶς ἐναντίος τῇ τῶν ἱστοριῶν Γραφῇ. Ὁ μὲν οὖν πρότερος τῆς ἀπορίας λόγος ἤδη λέλεκται· περὶ δὲ τοῦ δευτέρου λεκτέον. Διὰ τί τῶν μετὰ Ἰεχονίαν ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ γενεαλογουμένων δύο καὶ δέκα ὄντων, ὁ εὐαγγελιστὴς δεκατέσσαρας γενεὰς εἶναί φησι; Διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν. Οὐ γὰρ διαδοχὰς, γενεάς δὲ, ὡς ἔφην, ἀναγράφειν ἐβούλετο. Συμβαίνει δὲ πολλάκις ἐν μακροβίοις καὶ πολυέτεσι, ὀλίγας μὲν γεγονέναι τῶν ἀνδρῶν διαδοχάς· τὸν δὲ τῶν γενεῶν ἀριθμὸν ἀποδίδοσθαι πλήρη. ὯΙ δὴ οὖν λόγῳ ἐν τοῖς ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ καὶ ἐπὶ τὴν αἰχμαλωσίαν, πλείοσιν οὔσι τὸν ἀριθμὸν τοῖς ἐν τῇ διαδοχῇ φερομένοις, ὀλιγώτεραι ἀπεδόθησαν αἱ γενεαί· ἐν γὰρ διαδοχαῖς ἀνδρῶν δεκαεπτὰ γενεαὶ εἰρήνται δεκατέσσαρες· κατὰ τὸν αὐτὸν οὖν λογισμὸν καὶ νῦν ἐπ' ἀνδρῶν γενεὰς δώδεκα αἱ δεκατέσσαρες ἀναπληροῦνται γενεαί, μακροβίων, ὡς εἰκός, καὶ πολυχρονίων αὐτῶν δὴ ιβ' γεγενημένων, καὶ ἀρκούντων εἰς ἐκπλήρωσιν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν. Μία μὲν οὖν ἀπόδοσις τοῦ ζητηθέντος ἥδε· καθ' ἑτέραν δὲ διάνοιαν, εὕροις δ' ἂν ἀκριβῶσας κατὰ τὴν ἱστορίαν δεκατέσσαρας ὠνομασμένους καὶ ἐν τῇ παρούσῃ διαδοχῇ, εἰ πρὸς ταῖς δώδεκα συναριθμήσειας αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ χρηματίσαντα· προσθείης δὲ τούτοις καὶ τὸν Ἰεχονίαν τὸν ἐν τῇ Βαβυλῶνι γεγενημένον, οὐχὶ τὸν πρὸ τῆς μετοικεσίας ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ [848] βασιλεύσαντα. Δύο γὰρ ὁμώνυμοι γεγόνασι Ἰωακεὶμ μετὰ τὸν Ἰωσίαν, ὃ τε αὐτοῦ τοῦ Ἰωσίου υἱὸς, ὃς μετ' αὐτὸν ἐβασίλευσεν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὁ τούτου παῖς ἕτερος Ἰωακεὶμ· οὗτοι δὲ καὶ Ἰεχονίαι ἐχρημάτισαν, ἐξαλληνισθέντος αὐτοῖς τοῦ ὀνόματος. Ὁ τοίνυν πρῶτος Ἰωακεὶμ, ὁ καὶ Ἰεχονίας, υἱὸς ὢν Ἰωσίου, ταῖς κρὸ τῆς αἰχμαλωσίας καταλεγέσθω γενεαῖς τῆς πρώτης· ὁ δὲ τούτου παῖς Ἰωακεὶμ, ὁ καὶ Ἰεχονίας, υἱὸς ὢν τοῦ πρώτου Ἰεχονίου, τοῦ δὲ Ἰωσίου ἔγγονος, ἐν τοῖς μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ εἰς τὸν Χριστὸν γενεαλογουμένοις ἀριθμούμενος, τέλειον ἀποδῴη ἂν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν τὸν ἀριθμόν. Περὶ δὲ τοῦ δύο γεγονέναι Ἰωακεὶμ μαρτυρήσει ἡ τῶν Βασιλειῶν γραφὴ, τοῦτον ἔχουσα τὸν τρόπον· Καὶ ἐβασίλευσε Φαραὼ Αἰγύπτου Νεχαὼ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τὸν υἱὸν Ἰωσίου Ἐλιακεὶμ, μετονομάσας αὐτὸν Ἰωακεὶμ. Οἷς ἑξῆς ἐπιλέγει τοῦτον τεθνάναι, καὶ μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ κοιμηθῆναι· ἐπειθ' ὡς ἐβασίλευσε Ἰωακεὶμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ. Ἐν τῷ πρώτῳ οὖν καιρῷ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀνέβη Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος εἰς τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ πολιορκήσας αὐτὴν ἔλαβε, καὶ αὐτὸν Ἰωακεὶμ καὶ πάντας τοὺς αὐτοῦ ἤγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. Οὗτος δὲ οὖν ὁ δεύτερος Ἰωακεὶμ, ὁ ὑπὸ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου Ἰεχονίας ὠνομασμένος, ἔγγονος ἐτύγχανε Ἰωσίου, καὶ υἱὸς. Διὸ εἰκότως συναριθμήτω ἐν τῇ τρίτῃ γενεαλογίᾳ τῶν ἀπὸ Ἰεχονία μέχρι τοῦ Χριστοῦ γενεῶν δεκατεσσάρων· τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὡς ἦν τοῦ Ἰωσίου παῖς, ἐν ταῖς ἀνωτάτω γενεαῖς ἀριθμουμένου. Καὶ οὕτως ἡμῖν ὁ τῶν ὑστάτων δεκατεσσάρων γενεῶν ἀριθμὸς συνίστατο πλήρης. Δοκεῖ καὶ τὸν χρόνον τῆς αἰχμαλωσίας *.

* Sub hæc in tribus illis manuscriptis verba Chrysostomi sequuntur: ἐμοὶ γὰρ ἐνταῦθα δοκεῖ καὶ τὸν χρόνον τῆς αἰχμαλωσίας, etc.

Digitized by Google

dum erigas. Non enim hæc Petro similem faciunt, sed si opes projicias; hoc enim apostoli meritum. At projicere non potes? Potes utique. Cæterum non cogo, si nolis, non vim infero: sed illud obsecro, ut partes saltem pauperibus distribuas, nec plus quam opus sit exquiras. Ita enim et hic tranquillam et securam agemus vitam, et vita æterna fruemur: quam utinam nos omnes assequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM IN FRAGMENTUM SEQUENS.

Sub initium Homiliæ quartæ col. 73 Editionis hujus, ubi agitur de generationum numero, quas post genealogiam Christi recenset Matthæus cap. 1, v. 17, his verbis: *Omnes igitur generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim*, etc. Postquam dixit Chrysostomus, omnes generationes in tres partes evangelistam divisisse, ut ostenderet Judæos, etiam post reipublicæ formam pluries mutatam, non evasisse meliores, sed sive aristocratiæ, sive regibus, sive oligarchiæ parerent, in iisdem versatos malis esse, ac neque ducibus, neque sacerdotibus, neque regibus rempublicam administrantibus, majorem penes illos virtutis rationem fuisse, ita pergit: *Cur autem in media parte tres prætermisit reges, in postrema autem parte generationibus duodecim tantum positis, quatuordecim ipsas esse dicit? Primam quæstionem vobis solvendam relinquo: non enim omnia solvere vobis necesse est, ne vobis fastidium generemus; secundam autem explanabimus. Mihi certe videtur captivitatis tempus hic pro una generatione numerari*, etc. Post hæc porro verba, *secundam autem explanabimus*, tres Manuscripti ita pergunt, *imo potius, primam solvemus*, et totum fragmentum sequens, longum sane, interserunt: ubi explicantur illæ quatuordecim generationes quæ ante captivitatem numerantur; necnon quatuordecim aliæ quæ post captivitatem recensentur. Hæc vero quia ab Aniano Chrysostomi coævo et interprete lecta non sunt, et in longe pluribus Manuscriptis prætermittuntur, nec Chrysostomi esse posse videntur, tum ob styli diversitatem, tum quod cum sequentibus Chrysostomi dictis non consentiant; et alioquin intricata admodum sint, maxime in principio: nam in fine paulum clariora sunt; his de causis in finem Commentariorum ablegata sunt.

Imo potius primam quæstionem vobis solvemus, ne rei inquisitio negotium vobis facessat: nam profundum quidpiam et scrutatu difficile hic continetur. Cur ergo cum a Davide usque ad Jechoniam et captivitatem Babylonis septemdecim reges fuerint, evangelista quatuordecim tantum esse generationes dicit? Si successiones describere in animo habuisset, jure quis eum reprehenderet, ut qui in successione regum quosdam prætermisisset. Nam in libris Regum et Paralipomenon post Joram filium Josaphat, tres postea regnasse perhibentur, Ochozias, Joas et Amasias; deinde post illos, Ozias, Joatham et Achaz: prætermissis autem tribus prioribus evangelista, post Joramum filium Josaphat, subnectit Oziam, Joatham et Achaz, prætermissis illis tribus supradictis. Hoc porro fecit, quod non in scopo haberet regum successiones recensere; alioquin autem hac in re scriptor culpandus fuisset: verum ille non successiones, sed genus tantum recensere in proposito habuit. Hoc enim sibi vult cum ait: *Omnes ergo generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim*; ac rursum: *A David usque ad Jechoniam et transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim*; sed non successiones quatuordecim; ac jure omni reprehensione liberatur. Quidam vero putant illum sic potuisse successiones memorare: omnes ergo generationes ab Abraham usque ad David, successiones quatuordecim; et a transmigratione Babylonis generationes quatuordecim; quod si dixisset, inquiunt, id rationi consonum esset. Verum sic ille ab historiæ scopo deflexisse comprobaretur; nunc vero, ut dixi, cum in scopo habeat generationes, non successiones describere; et cum in libris Regum et Paralipomenon successiones, non vero generationes enarrentur, his simul collatis, nulla deprehenditur discrepantia. In supputatione autem temporis generatio non debet pro vita hominis computari: sæpe namque contingit aliquos brevissimo tempore vivere, atque in puerili ætate obire; alios usque ad adolescentiam pertingere, alios ad floridam juventutem; alios virilem attingere ætatem; alios ad extremam senectutem devenire. Quam ergo generationis rationem numerabimus, siquidem alius ad decimum, alius ad vigesimum, alius ad quinquagesimum, alius ad septuagesimum annum pertingit, alius centesimum superat non solum apud veteres, sed etiam ætate nostra? Quomodo ergo possumus hominis vitam, generationem vocare? Sed nec usque ad filiorum procreationem eam computare possumus: alii enim ducta ante vigesimum annum uxore filios procrearunt; alii postquam triginta annos excesserunt. Atque ex paris ætatis viris videre est alios, qui filios suos tantum viderunt; aliosque qui ad quartam usque generationem pertigerunt, ita ut intra quinquaginta annorum spatium abnepotes viderint; alios vero septuagenarios sine prole esse. Quomodo numerandæ sunt generationes? an ex iis qui longam, an ex iis qui brevem duxere vitam? an ex iis qui cito, an ex iis qui tarde filios procrearunt? an ex iis qua primos tantum filios, an ex iis qui plurimam successionem viderunt? His ita perquisitis, divinus evangelista, qui non successiones, sed generationes recensere in animo habebat, prout ipse sciebat illas enumeravit, nec curavit successionem illam in historiis enarratam, sed tot admisit ad genealogiam, quot satis erant ipsi ad complendas quatuordecim generationes. Sic autem earum ratio sana servatur, neque ullo modo contraria historiis Scripturæ. Prima ergo difficultas jam explanata est; de secunda nunc dicendum. Cur cum ii qui a Jechonia usque ad Josephum in genealogia ponuntur, duodecim numero sint, evangelista quatuordecim esse generationes dicit? Eamdem ob causam. Non enim successiones, ut dixi, sed generationes describere voluit. Contingit autem plerumque longævis et annosis, ut paucas compleant virorum successiones; tamenque generationum numerus completus sit. Qua ratione in spatio illo a Davide usque ad captivitatem, cum plures essent numero ii qui in successione ferebantur, pauciores datæ sunt generationes. Nam ex successionibus virorum septemdecim, quatuordecim tantum generationes memoratæ sunt: eadem vero ratione jam in duodecim virorum generationibus quatuordecim complentur generationes; eo quod hi duodecim viri, ut verisimile est, longævi et annosi fuerint, et sat fuerint ad quatuordecim explendas generationes. Hæc una est quæstionis explicandæ ratio; secundum aliam vero mentem et explicandi rationem, accurate secundum historiam recensitas hasce quatuordecim generationes in hac successione invenies, si duodecim illis annumeres Jesum Christum, qui filius Josephi vocabatur; addasque illis Jechoniam, qui in Babylone fuit; non autem illum, qui ante transmigrationem in Jerusalem regnavit. Duo enim cognomine fuere Joakimi post Josiam, nempe ipsius Josiæ filius, qui post illum regnavit in Jerusalem, et hujus filius, alius Joakim; hi vero etiam Jechoniæ vocati sunt, nomine ad ritum Græcorum conformato. Primus ergo Joakim qui et Jechonias, et filius erat Josiæ, generationibus illis ante primam captivitatem annumeretur; hujus vero filius Joakim, qui et Jechonias, filius prioris Jechoniæ, Josiæ vero nepos, iis, qui post captivitatem in genealogia usque ad Christum feruntur, accensetur: et sic perfectus reddatur quatuordecim generationum numerus. Quod autem duo fuerint Joakimi, testificabitur Regum scriptura, quæ sic habet: *Et regem constituit Pharao Nechao rex Ægypti super Israel Eliakim filium Josiæ, mutato ipsi nomine in Joakim* (4. *Reg.* 23. 34). Deindeque dicit illum obiisse, et cum patribus suis repositum fuisse; deinde vero narrat regnavisse Joakim filium ejus pro eo. Primo itaque tempore regni illius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis in urbem Jerusalem, et obsessam illam cepit: atque ipsum Joakim cum suis omnibus transtulit in Babylonem. Hic vero secundus Joakim, qui a Jeremia propheta Jechonias vocatur, nepos, non filius Josiæ fuit. Ideo jure annumeretur in tertia genealogia a Jechonia ad Christum in quatuordecim illis generationibus: pater quippe ejus, qui filius Josiæ erat, in superioribus generationibus numeratur. Et sic nobis postremus quatuordecim generationum numerus plenus erit.

Sub hæc in tribus illis Manuscriptis verba Chrysostomi sequuntur: Mihi certe videtur captivitatis tempus, etc. Vide col. 73.

Digitized by Google

ADNOTATIONES
AD
CHRYSOSTOMI IN MATTHÆUM HOMILIAS.

Hæc de sequentibus *Adnotationibus* lectorem monitum volumus : 1° Paginæ in capite Adnotationum excitatæ, per textum inter uncos requirendæ sunt ; 2° Si quando, præter paginam, notæ alicujus fiat mentio, sive ad notam ipsam recurrendum est, vel, quod plerumque usuvenit, eo textus ubi cifra exstat indicabilis ; 3° Sæpe etiam columnas nostræ ipsius editionis inter parentheses notari curavimus, quo facilior evadat ad locum ita designatum recursus.

AD HOM. I.

Hanc Homiliam primus Græce evulgavit Robertus Stephanus, in fronte tertiæ suæ Editionis Novi Testamenti, Lutetiæ anno MDL excusæ.

Tit. Κωνσταντίνου πόλεως bifariam scribunt D. E. Cf. *Heyler.* ad Juliau. Epist. p. 429.

Ibid. τὸν Εὐαγγελιστὴν] τὸν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν C. τὸν εὐαγγελιστήν. Κύριε, εὐλόγησον D.

Ibid. ὑπόμνημα... εὐαγγελιστὴν] ἑρμηνεία εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον. Εὐλόγησον, πάτερ A. Verba Πάτερ, εὐλόγησον vel Εὐλόγησον, πάτερ post pericopam S. S. singulis Homiliis præfixam repetit hic codex. Alteram formulam Κύριε, εὐλόγησον usurpat scriba codicis B. De hoc usu recte judicasse videtur *Ferrarius*, De sacris concionibus, Cap. IX, quem qui impugnare conatus est *Augusti*, Denkwürdigkeiten, tom. VI, p. 360, librorum manu exaratorum imperitia, non unum errorem admisit.

Ibid. Ὁμιλία α'] Προοίμιον E. Λόγος πρῶτος C. Hi autem in sequentibus Homiliis nomen usitatum habent. *Homiliam* primam, cæteras λόγους appellat D.

P. 2, not. 3, ἐκγόνοις Sav. ἐγγόνοις Steph. Com. Mor. Euth. et major pars codicum. Utrum horum are voluerit Montef. non liquet ; nam vitio. cre-), operarum γόνοις excusum est. Infra p. 7 ἔκγονος Sav. Ben. ἔγγονος Steph. Com. Mor. et codices.

P. 3, lin. 2 πῶς δὲ [καὶ] ἡ καινὴ, et lin. 3 [καὶ] ἐντῷ ὄρει Com. Mor. et sine uncis Ben. Utrumque καὶ delevit Sav. suffragantibus codd. De talibus, quæ innumera sunt, ubi cum Savilio consentiunt *omnes* mei, posthac non monebo.

P. 3, lin. 15. τῶν ante τοιούτων deest in Edd., sed notavit in mar. Sav. Habent omnes mei.

Ibid. lin. 16-17, ὑπεραναβεβηκόσιν. « Sic duo Mss. et hanc puto veram esse lectionem. Editi ἀναβεβηκόσιν. » *Montef.* Unus meorum A ὑπεραναβεβηκόσιν habet : cæteri ἀναβεβηκόσιν. Decompositum habet Noster, tom. IV, p. 375 : Μεγάλα τὰ εἰρημένα, καὶ ψυχῆς νεανικῆς δεόμενα, καὶ ὑπεραναβαινούσης καὶ ἀφειδούσης κάτω πάντα τὰ ἀνθρώπινα.

P. 4, (col. 25, lin. 6), ἐγένετο includunt Com. Mor. et delevit Sav. invitis meis. ἐγίνετο C.

Ibid. not. 3 λελυμένον dedi ex C. D. pro vulgato δεδεμένον ; *mortem solutam* Arm. Ad verba Aniani *mortem peremptam*, hæc notat Montanus : « λελυμένον, id est, *peremptam* aut *dissolutam* : alii legunt « δεδεμένον, id est, *vinctam*. » Utrumque frequentat Noster. Infra p. 20, θανάτῳ θάνατον δῦφει λυόμενον, ubi similiter *peremptam* habet An. P. 157 θανάτου λύσιν : sed p. 144, οὕπω τοῦ θανάτου δεθέντος. Adde tom. X, p. 74. Πεντακισχίλια ἔτη καὶ πλείω παρῆλθε, καὶ ὁ θάνατος οὐδέπω λέλυται.

P. 3, not. 15, δὲ om. Com. Idem cum forte paginam clauderet verbum ἀλήθειαν, sequentia καὶ ταῦτα solito typothetarum more ad imam paginæ oram adscripsit, deinde per incuriam in initio sequentis repetere omisit. Quod successori ejus fraudi fuit. Nam in Mor. sic legitur : τὴν ἀλήθειαν. Ὡς ἂν ὁ Θεὸς παρέχῃ, κ. τ. ἑ. Montefalconius autem, ne codices inspiciendo tempus tereret, locum ex ingenio, distinctione scilicet mutata, sanare maluit.

P. 8, not. 20, διηλέγχθησαν dedi pro eo quod vulgo legitur, διελέχθησαν. Aniani interpretationem, *de eadem* (parte) *adversus alias disputassent*, correxit Montanus h. m. *ex eadem parte convicti fuissent*, notula subscripta : « diversa hic est lectio ; alii enim διελέχθησαν, alii διηλέγχθησαν legunt. » At contra assurgit Montef. « Omnes Mss. nostri, Savil. atque Morel. διελέγχθησαν [voluit διελέχθησαν] habent. » Quod parum accurate dixit. Nam primo Steph. et Com. non διελέχθησαν, sed διηλέχθησαν (sic) excuderunt, ex quo Savilius tandem διελέχθησαν fecit ; Mor. autem suo more ad Commelinianum reversus est. Deinde etiam codicum consensus iste nullus est : siquidem διελέχθησαν habent E. et corr. C. διηλέχθησαν A. D et pr. C ; ex Parisiensibus autem, quos quidem inspexi, διελέχθησαν Reg. 663 διηλέχθησαν Reg. 669. διειλέχθησαν Regg. 666, 668, et Coislin. 66 ; quorum tribus ultimis usus est ipse Montef. Idem testatur Sav. cujus verba sunt : « διηλέχθησαν in omnibus fere, quos inspexi, libris cum η. Quare videndum num pro διηλέγχθησαν positum sit. » Posterius Boisio quoque non displicuisse videtur. Equidem fateor me in nullo codice scripturam διηλέγχθησαν reperisse ; quod tamen ex testimonio Montani, suadente totius loci sententia, haud cunctanter admisi. Non valde absimilis est argumenti locus, qui legitur tom. X, p. 587. Καίτοιγε πολλοὶ κατατέμνειν αὐτὸν (Paulum) ἐπεχείρησαν αἱρετικοὶ, ἀλλ' ὅμως καὶ κατὰ μέλος ὢν, πολλὴν ἐπιδείκνυται τὴν ἰσχύν. Κέχρηται μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ Μαρκίων καὶ Μανιχαῖος, ἀλλὰ κατατέμνοντες· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἐλέγχονται ἀπὸ τῶν μελῶν.

Ibid. (col. 29 not. 21) « ἐδέχθη. Sic Sav. et Morel. [quibus addi possunt Steph. et Com.] recte. Manuscripti non pauci habent ἐδείχθη, male. » *Montef.* Ex codicibus ad minimum *novem*, quos. ad h. l. tractavi, ne unus quidem ἐδείχθη habet, quod ad sensum quoque minus probandum est.

P. 9, lin. 9 ἐπιοῦσαι ποιοῦσα Sav. mar. invitis meis.

P. 10, lin. 4 γυμνώσαντες] γυμνάσαντες codex quidam, cujus specimen edidit Montefalconius in Pal. Gr. p. 291, nisi forte manus exscribentis peccaverit. Mox εὑρέματα habent B. C. D. quam scripturam infra p. 127 cum Savilio et quinque codd. (alter C. μυθεύματα habet) pro altera dedi. Vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 446.

P. 11, lin. 6 εὐκολώτερον] εὐτελέστερον B. D. E. Hanc lectionem confirmat locus similis, tom. I, p. 773. Μία καιροῦ ῥοπὴ, καὶ ἀράχνης εὐτελέστερον πάντα διεσπάτο. Mox clausulam ὥστε δυνηθῆναι... δίκαιον post ἐνέπλησεν rejiciunt B. C. D. An.

P. 12, (col. 35, lin. 7) μιμεῖται] οὐ μιμεῖται Mor. Ben. sensu plane everso. Aut vitium, aut *correctio* est ipsius Morelli ; nam Commeliniana, quam fideliter expressit, particulam negantem non habet.

P. 13, not. 37. Vox τρανῶς deest etiam in Oxoniensibus C. P. invito Aniano.

P. 14, not. 43. Verba καὶ τῆς Ῥαάβ, quæ a sub-

Digitized by Google

sidiis absunt universis, ex mera conjectura Chrysostomo vindicavi. Cujus facti ut ratio appareat, ipsum contextum paulo accuratius expendamus. Recensitis scilicet mulieribus, quas ob probrum aliquod infames Christi genealogiæ intexuit evangelista, singularum facinora, inversa tamen serie, commemorat Auctor, h. m. ὧν ἡ μὲν (nempe ea, quam ultimo loco posuit, Ruth) ἀλλογενὴς ἦν, ἡ δὲ (Rahab) πόρνη, ἡ δὲ (Thamar) τῷ κηδεστῇ προσεφθάρη... καὶ τὴν τοῦ Οὐρίου δὲ (hanc ob interjectam parenthesim nimis ab antecedentibus remotam *nomine* tandem appellat) οὐδεὶς ἀγνοεῖ, κ. τ. ἑ. Omissionis causa aut ex errore scribarum petenda est, qui vv. πόρνη καὶ μοιχαλὶς de una muliercula intellexerint, aut ex pudore, quo personam minus honestam libenter reticuerint. Cæterum emendationem nostram apprime confirmant verba Euthymii, tom. I, p. 27. Λοιπὸν οὖν οὐδὲ τῆς Θάμαρ ἀκαίρως ἐμνημόνευσεν, οὐδὲ τῶν ἄλλων τριῶν γυναικῶν μετὰ τοῦτο· ἀλλ' ἐπεὶ ἡ μὲν Θάμαρ ἀθεμιτόγαμος ἦν, ὡς τῷ πενθερῷ μιγεῖσα, πόρνη δὲ ἡ Ῥαὰβ, ἡ δὲ Ῥοὺθ ἀλλόφυλος, ἡ δὲ τοῦ Οὐρίου Βηθσαβεὲ μοιχαλὶς, ὡς αἱ κατ' αὐτὰς ἱστορίαι διδάσκουσιν, ἦγαγε τὰς τοιαύτας γυναῖκας εἰς μέσον, κ. τ. ἑ.

P. 16, lin. 2. Vulgo legitur, ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον ποιοῦμεν· ἀκούομεν, καὶ καθ' ἑκάστην, κ. τ. ἑ. In codice Reg. 669 pro ἀκούομεν, scriptum inveni ἢ ἀκούομεν. Sed rectius, ni fallor, abest ἀκούομεν; nam id ipsum indignatur Chrysostomus, quod ne audire quidem curarent. Anianus: *Nos vero e contrario cuncta agimus, et quotidie*, etc.

P. 18, in fine Hom. χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, κ. τ. ἑ. In clausulis Homiliarum constituendis, cum singuli fere codices in diversa abeant, nobis tutius videbatur, in re ancipiti nec magni sane momenti, veterum Editionum vestigiis insistere.

—

AD HOM. II.

P. 20, not. 64. Vulgatum ἀλλ' οὐδὲ σιτίων οὐδὲ ποτῶν πρὸ ταύτης ἂν ἔθου τῆς ἱστορίας, merito displicuit duumviris eruditis, et diligentissimis textus Chrysostomici scrutatoribus, Boisio et Savilio, quibus inter alia minus probanda, οὐδὲ σιτίον οὐδὲ ποτὸν in mentem venit. Idem ex *quibusdam* codd. attulit Montef., vetera autem intacta reliquit. Ego vero in *omnibus* libris οὐδὲ σιτίον οὐδὲ ποτόν, in nullo autem οὐδὲ σιτίων οὐδὲ ποτῶν scriptum exstare affirmare ausim.

Ibid. not. 65. Edd. πῶς δὲ Θεῷ ἀντιπαρετάξατο; sed Θεῷ deest in codd. pene omnibus, nec agnoscit An. In Reg. 669 τῷ Θεῷ alio loco intrusum est, nempe post διάβολος.

Ibid. ἀντιπαρετάξατο. « Sic Mss. pene omnes: Savil. et Morel. ἀντεπαρετάξατο. » *Montef.* Duplicatum augmentum, quod non pro vitiosa scriptura habendum est, tuentur A. B. C. D. Eumdem usum in verbo ἀποκαθιστάναι obtinere notavit *Winer* Grammat. k, p. 66, ed. tert.

P. 20, (lin. 5 ante p. 21) μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὴν μετὰ ταῦτα. Duas Christi generationes memorat Auctor; unam scilicet æternam planeque ineffabilem, alteram stupendam quidem et difficilis tractationis, quam tamen se pro viribus aggressurum esse profitetur. Quomodo igitur dicere poterat, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὴν μετὰ ταῦτα, *posteriorem illam et terrestrem* narrabo; ἀνέκφραστος γὰρ καὶ ἀπόῤῥητος? Quin etiam Isaiæ effatum ad æternam Filii generationem, non ad incarnationem ab Auctore referri, manifestum est. Hæc si vere a me disputata sunt, legendum deleto articulo, μᾶλλον δὲ οὐδὲ μετὰ ταῦτα, *immo vero ne* posthac *quidem*; quod præcedenti τέως pulchre respondet. Codices quidem emendationem non probant; sed ità in suo legisse Anianum, quovis pignore contendam: *neque enim nunc tibi ipsam generationem Domini conor exponere, immo vero nec cum ista narravero.*

P. 21, (col. 45, lin. 16) προγόνους]πρόγονον A. C. D. E. Mox τὸ γὰρ φρικωδέστερον (omisso δὴ) A. et corr. C. τὸ πολὺ φρικωδέστερον E.

P. 22, (col. 46, lin. 20). τὰ αὐτοῦ] τὰ αὐτοῦ dedit Sav. repugnantibus codicibus. Idem sæpius fecit. Scilicet millies apud Nostrum leguntur αὐτοῦ, αὐτὸν, αὐτῶν, etc., ubi e regulis grammaticorum αὑτοῦ vel ἑαυτοῦ cum suis casibus scribendum erat; idque recentioris Græcitatis proprium esse, ii quibus codices manu scriptos evolvere contigit (nam in editis sæpe mutatum est) mecum agnoscent. Nostri usum observavit *Matthæius* Novæ ex J. Chrysostomo Eclogæ, p. 435, *sæpius correctum esse* αὐτῆς *loco* αὑτῆς, *contra codices* notans. Verbo nunc monebo, quod posthac favente Deo pluribus declarabo, *pronomen* αὐτοῦ *reciprocum e sacro N. F. codice penitus exstirpandum esse.*

P. 23, lin. 4. τῆς πρὸς αὐτὸν συμπλοκῆς] τὴν πρὸς αὐτὸν συμπλοκὴν B. quod vereor ne correctori debeatur. Haud absurda est Boisii conjectura, olim scriptum fuisse πρὸ τῆς πρὸς αὐτὸν συμπλοκῆς. Vid. Anianum.

Ibid. (col. 47, not. 79) εἰσαγαγὼν] εἰσαγαγεῖν A. C. E. In Edd. præter Savil. male excusum est, Καὶ γὰρ ὁ Ἰησοῦς. Locum sic mire interpungit Montef. Καὶ γὰρ ὁ Ἰησοῦς ὁ μετὰ Μωϋσέα, εἰσαγαγὼν τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας λέγεται: vertens, *siquidem Jesus, qui post Moysem fuit, populum in terram promissionis introduxisse narratur*(!)

P. 25, lin. 5. ἀγαγεῖν] ἀναγαγεῖν B. Infra ἔγγονος pro ἔκγονος dant B. D. Paulo post pro συντελῶν, κοινὸν τελῶν habet B. κοινὸν ἔχων Sav. in mar.

P. 25, (col. 50) not. 87. Lectio codicis E quam in margine minus accurate exscripsi, hæc est: Τί τοίνυν βούλει τούτου σαφέστερον λοιπὸν ἀκούσας ὅτι, κ. τ. ἑ.

P. 26 sub finem, ὅτι καὶ ἐξ οἴκου B. C. D. E. et sic edebatur ante Montef. qui copulam tacite omisit.

Ibid. not. 88. Articulum ante Ἰωσὴφ ignorant A. C. E. Mox pro Διὰ γὰρ τοῦτο Savilius edidit Ἀλλὰ διὰ τοῦτο, idque in cod. E. scriptum inveni.

P. 27, not. 96. ἐργάσεται] Sic omnes mei: ἐργάσητε Edd. ante Montef. qui tacite correxit. Nominativus est Θεὸς, quod non viderunt Interpretes. Mox τὰ μέλη om. Sav. et pr. B. invitis Interpp.

P. 30, lin. 16, ἀναγκαῖα. « Sic Mss. pene omnes, melius quam Sav. et Mor. qui habent ἀναγκαῖον. » *Montef.* Emendationem confirmant omnes mei. Mox in loco Paulino χρῆσθ' pro χρηστὰ scribere non sinunt codices.

P. 31 (col. 57, lin. 10). Οὕτω καὶ οἱ μεγάλοι ἄνδρες [καὶ] τῷ Θεῷ φίλοι [βελτίους] ἐγένοντο Com. Mor. Οὕτω καὶ οἱ μ. ἄνδρες τοῦ Θεοῦ φίλοι ἐγένοντο Reg. 669 et meus F. (sed primum hujus codicis folium recentioris est manus.) Cum his consentit Interpres Arm.

Ibid. not. Lectionem προσίηται defendit Arm. qui *accipiendi, amplectendi* notionem expressit. Quæro num idem in suo habuerit Anianus, *et non accedit ad implenda, quæ dicta sunt*, vertens. Mox articulus ante κέρδος deest in codd. præter F.

P. 32, (col. 58, lin. 9) προσγινομένην B. F.

—

Digitized by Google

AD HOM. III.

P. 34, lin. 3. καὶ ante ἐσκανδαλίσθη om. C. D. E. F. Infra ante locum Lucæ. ἡ παρθένος om. B An.

P. 34, lin. 15 seq. Διὰ τοῦτο οὐδὲ οἱ ἄγγελοι ταῦτα λέγουσιν, ἀλλὰ τῇ Μαρίᾳ μόνῃ καὶ τῷ Ἰωσὴφ [διεσάφησαν] Com. Mor. et sine uncis Ben. Eadem, omisso διεσάφησαν, habent Regg. 668, 669, h. e. cum meo F. conspirant.

P. 34 (col. 61, not. 25). Lectionem codicis A. ex duobus Mss. protulit Montef., hæc addens : « Hanc vero lectionem incunctanter sequeremur, nisi Anianus illam secutus esset, quæ in Editis et Mss. plurimis legitur, καὶ τῶν ἄλλων τῶν προτέρων. » Mihi contra prorsus exploratum est, verba τῆς πονηρίας αὐτοῦ τρόπων ex glossemate vocis præcedentis δύστροπον nata esse.

P. 35, lin. 9. Leviter mutanda est distinctio, h. m. Καὶ τί τοῦτο; φησίν. Formula solennis, καὶ τί τοῦτο; vel *objicientis*, ut pp. 430 D. 432 A. ; vel *objectionem diluentis*, ut p. 213 C. ubi verbosius reddit Ge. *et quid tandem hujuscemodi conficere gestit objectio?* Φησὶν autem, quod in illo genere fere semper, in hoc rarius subjicitur, ad evangelistam refero.

P. 36, lin. 5. παρέφερον] περιέφερον Euthym. quod cum significatione *celebrandi* longe usitatius est. Vid. Indicem.

P. 37 (col. 64, lin. 6). Paulo concinnior est lectio codicis F., qui post συμβάντος hæc habet : οὐδὲ γὰρ κινήσεως ἦν λογικῆς ταῦτα, οὐδὲ φύσεως ἀκολουθίας, τὸ τὴν χεῖρα ἐκβαλόντος (sic) συστεῖλαι πάλιν δεθέντα. Προεξελθούσης μὲν γάρ, κ. τ. ἑ. Vulgatum vertit An.

P. 38 (col. 65, not. 38). Ῥαὰβ recte contra meos tuentur Regg. 668, 669, καὶ τῆς Ῥοὺθ καὶ τῆς Ῥαὰβ [καὶ τῆς Θάμαρ] μέμνηται Com. Mor.

Ibid. (col. 65, lin. 20). γενόμενα. Sic omnes codices, ut non monito lectore edidit Montef. γινόμενα Com. Sav. Mor. Paulo post κατενήνεκτο habent B. E.

P. 39, (col. 66, lin. 10 ab imo) γινόμεθα] γενόμεθα vitiose F. Sic tamen Edd. præter novissimam omnes.

P. 41 B, not. 51. Verba μηδὲ πάθῃς, quæ in Edd. leguntur, manifestam interpolationem produnt.

Ibid. (col. 69, not. 52). Pro μετὰ χαρᾶς, quæ omnium codicum lectio est, μετ' εὐχαριστίας primus edidit Sav., nescio quo auctore. Aniani verba sunt, *cum quadam gratiarum actione ;* ad quæ notavit Montanus : « μετὰ χαρᾶς scriptum est, sed μετ' εὐχαριστίας legendum videtur. » Armenius autem Interpres eodem verbo usus est, quod postea pro εὐχαριστία posuit.

P. 41 (col. 69, not. 56). Τὸ γὰρ τὰ οἰκεῖα, κ. τ. ἑ. Locus vix sanus esse videtur. Tentavit Boisius, sed parum feliciter. Vocem suspectam ὁμολογοῦντα non expressit Anianus ; quin et clausulam οὕτος μ. ἑ. ὁ εὐχαριστῶν silentio præteriit. Ex Parisiensibus, quibus utor, duo vulgatum habent ; alter Reg. 668, pro ὅπερ, ὅσπερ legit, ut a corr. rec. B. Mox pro βδελυρούς, βδελυκτούς habent B. E. F.

P. 42 (col. 70, lin. 5-6). Καὶ αὐτὸ τὸ οὕτω διακεῖσθαι, καὶ μειζόνως ἢ ἐκεῖνο D. Post ἐκείνων, ὄντα addit C. Sed nihil mutandum.

Ibid. (col. 70, lin. 17). Ὁ Παῦλος φησὶν] Παῦλος λέγων B E, idque recepit Sav. In tribus aliis C D F articulus deest. Mox καὶ ante πρῶτος om. F et delevit Sav. Infra p. 43 lin. 1, Ὁ γὰρ οὕτω τεταπεινωμένος habent B E.

P. 43 (col. 72, lin. 5). Lectionem πάντα ἔστεγε a Sav. et Ben. in margine memoratam, in nullo meorum inveni. Recte quidem dicitur πάντα στέγειν (ut a Nostro, tom. XII, p. 318. ἀλλ' ὅπερ ἂν ἐμπέσῃ, πάντα στέγει) locutione a noto Apostoli loco, 1 Cor. XIII, 7, desumpta. Sed nostro loco vulgaris scriptura aptior videtur. Cf. tom. X p. 237. Ἀλλ' οὐδὲν ἐκείνῃ τοιοῦτον οὔτε εἶπεν, οὔτε ἐνενόησεν, ἀλλ' ἔπιπρξεν ἅπαντα τὰ παρ' ἐκείνου γινόμενα.

P. 44 (col. 73, not. 68). « Mss. non pauci ἀρετῶν. quæ lectio optime quadraret. » *Montef.* At ἀρετῶν meræ librariorum negligentiæ deberi, indicio est, quod vocabulum πάντων immutatum reliquerunt. Id certe de meis testor. Sed aliud hic habeo monendum. Lectores, quibus πάντων ἀρετῶν displicuerit, in margine librorum suorum πασῶν exarasse probabile est ; quod mox in contextum loco alieno receptum, absurdam scripturam peperit : quæ in omnibus fere Edd. ad hunc diem permansit ; ἐν ταῖς ἑαυτῶν φυτεύσωμεν πασῶν ψυχαῖς. Ineptum illud πασῶν, in nullo cod. lectum, solus delere ausus est Sav.

AD HOM. IV.

P. 43 (lin. 12 ab homil. init.). « Post hæc verba, τὸ δὲ δεύτερον ἡμεῖς ἐροῦμεν, tres Mss. ita pergunt : μᾶλλον δὲ καὶ τὸ πρότερον ὑμῖν ἡμεῖς ἐροῦμεν, ὡς ἂν μὴ πράγματα σχοίητε διερευνῶντες. Ubi tres fere paginæ adjiciuntur, ut explicentur illæ XIV generationes, quæ ante captivitatem numerantur, necnon XIV aliæ, quæ post captivitatem. Quia vero hæc ab Aniano lecta non sunt, nec videntur esse Chrysostomi, in finem Commentariorum in Matthæum ablegata sunt, pp. 846-848 hujus Tomi. » *Montef.* Hæc, quia in nullo meorum exstant, repetere supersedi.

P. 47 (col. 76, not. 78). Vulgatum ἐκπηδῆσαν, quo alias sæpe eamdem rem narrans usus est Auctor, licet alterum hic summo consensu codices tueantur, non mutavi. Nam valde dubito an recte dicatur τῶν θεμελίων ἀναπηδῆσαν, absente ἐκ vel ἀπό. Quæ autem hic habet Chrysostomus de prodigiis, paucis quidem, sed indubitatis, suo ævo visis, alibi, ut solet, iisdem fere verbis repetit. Vid. Tom. II, p. 492. Tom. V, p. 271. De interitu Juliani, avunculi imperatoris, fusius narrat in Orat. de S. Babyla, Tom. II, p. 564, ubi eum per errorem τὸν θεῖον τὸν πρὸς πατρὸς vocat. Nam frater erat Basilinæ, Juliani Augusti matris. Ibidem thesaurarii regii fata (Felicem alii appellant) breviter attingit. Horum facinora cum incendio Templi Apollinis Daphnæi arcte connectunt Historici (Theodoret. III, 12, 13. Philostorg. VII. 10); quod tamen e Chrysostomi relatione ægre expedias.

P. 48, lin. 5. Pro ἀπηνέχθησαν, ἀπήχθησαν edidit Sav. repugnantibus codd. Verbum ἀπενεχθῆναι de captivis legitur, Tom. IX, p. 527. Tom. X, p. 471.

P. 49, lin. 8-9. Μᾶλλον δὲ καὶ συντέμνει [εἰς] τὴν διήγησιν αὐτοῖς τῆς γεννήσεως Com. Mor. Cf. var. lect. Pro αὐτοῖς, αὐτοῦ conjecit Boisius, nos αὐτῆς ex uno cod. recepimus. Præpositionem post Sav. ejecit Montef. ; sed ne sic quidem omnia expedita esse videntur. Parum hic juvat Anianus, vertendo, *quin et generationis seriem intersecat.*

P. 50 (col. 80, not. 90). Editi omnes sine suspicione fraudis σκώπτης habent, quod vereor ut salva verecundia dici possit. Certe non ita legerunt Interpretes, quorum Arm. hæc ἵνα μὴ σκώπτῃς μηδὲ ἐνοχλῇς uno verbo *ne molestiam parares* vertit; Anianus autem satis verbose, ut tamen ad germanam lectionem viam paret, *ne importuna sæpius inquisitione* pulsares, *neve molestiam parares.* Ergo

Digitized by Google

in suo habuit κόπτης, cujus scripturæ in codicibus quoque exstant vestigia. Nam σκόπτης habent D F, κώπτης autem a prima manu E. Verba σκώπτειν, σκόπτειν, κόπτειν persæpe a librariis inter se permutata esse, res nota. Infra p. 362 pro κοπτομένους habet σκοπτομένους; A, κωπτομένους B. In loco Sirac. X, 10, ubi legitur μακρὸν ἀῤῥώστημα σκώπτει ἰατρός, alii cum Complut. κόπτει exhibent. Plura dabunt *Jacobs.* ad Anthol. Pal. p. 657 et ad Ach. Tat. p. 432, *Krabinger.* ad Greg. Nyssen. de Anima, p. 350. Conferri potest locus Plutarchi, II, 503, Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνοχλούμενος ὑπὸ ἀδολέσχου καὶ κοπτόμενος ἀτόποις τισὶ διηγήμασι, πολλάκις αὐτοῦ λέγοντος· Οὐ θαυμαστὸν, Ἀριστοτέλες; Οὐ τοῦτο, φησὶ, θαυμαστὸν, ἀλλ' εἴ τις πόδας ἔχων σε ὑπομένει. [Tandem inspectis Parisiensibus, κόπτης in Reg. 668 plane exstare testor.]

P. 53, lin. 2. μικροτάτοις] μικροῖς καὶ εὐτελέσι F. Mox (lin. 3 ab ima col. 83), παραγίνεται ἄγγελος, absente articulo, legunt A C D.

P. 55 (col. 86, lin. 7), αὐτῇ τῇ παρθένῳ] αὐτὴν τὴν Παρθένον D. Locus sic legitur in F, καὶ γὰρ καὶ αὐτὴν τὴν π. ἐσπούδαζε κρύψαι τ. α.

Ibid., not. 10. « Quod hic dicere videtur, nempe hæc μετὰ τόκον, *post partum*, facta esse, cum Evangelio Matthæi pugnaret, ubi dicitur illum ante partum suspectam Virginem habuisse, et ab angelo monitum fuisse. » *Montef.* Mirum qui hæc scripserit, cum ad verba Aniani, *post uteri indubitatum tumorem*, non attendisse; quasi legisset Interpres μετὰ τὸν τῆς γαστρὸς ὄγκον, vel μετὰ τὴν κύησιν. Cf. Euthym. p. 41, διότι ἡ μὲν Παρθένος ἔχρηζε φανερᾶς ὄψεως, διὰ τὸ παράδοξον τοῦ μηνύματος· ὁ δὲ Ἰωσὴφ, βλέπων μὲν καὶ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς, γινώσκων δὲ, κ. τ. ἑ. Invitis tamen codicibus nihil muto. Paulo post, ὑπὸ, non ἀπὸ, habet F.; lectio autem καταλυθείσης ab Aniani versione. *et maligna suspicione tabesceret*, quodammodo affirmatur.

P. 57. B. lin. 8, κατασχεῖν] κατέχειν D F. Mox iidem codices pro πιστεύσει, ἵνα πιστεύσῃ habent.

P. 58. (col. 89, lin. 19) καὶ χρηστὰς ὑποτείνει ἐλπίδας] χρηστὰς ὑποτείνας ἐλπίδας C D F.

P. 59. (col. 90, lin. 4 ab imo). οὐκ ἀπὸ τοῦ τόπου, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τρόπου. Perpetuo in his verbis Græci ludunt. Noster supra p. 16. Οὐ γὰρ μήκει τόπων, ἀλλὰ γνώμῃ τρόπων τὰ διαστήματα ταῦτα ὥρισται. Synes. p. 188, Ὁ τρόπος ἡμᾶς πρὸ τοῦ τόπου διῴκισεν. Præiverat Æschines cont. Ctesiph. p 65, Οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξεν Plura dabit *Hase* ad Leo. Diacon. p. 207.

P. 60 (col. 92, lin. 1). Ἀναχαγχάζοντα] ἀναχαχχάζοντα A B; ἀναχαχλάζοντα D. E. In cod. F. folium periit.

Ibid. lin. 2-3. Καθάπερ σεσηρυῖαν ἑταιρίδα καὶ ἀπολελυμένην. Hic locus, siquis alius, quantum Editoribus suis Chrysostomus debeat, luculenter demonstrat. In Commeliniana sic legitur : καθάπερ [ἀνεκτὸν ἔχουσαν τὸ στόμα] σεσηρυῖαν ἑτ. καὶ ἀπολελυμένην. Correxit Sav. καθάπερ [ἀνοικτὸν ἔχουσαν τὸ στόμα] σεσηπυῖαν ἑτ. κ. ἀ. ubi tamen σεσηπυῖαν operis imputandum est; nam in apographo ejus, quod adhuc in bibliotheca Bodleiana asservatur, σεσηρυῖαν scriptum esse ipse vidi. Morellus, ut solet, Commelinianam expressit. Tandem in *optima* Editione sic se habent Græca : καθάπερ ἀνοικτὸν ἔχουσαν τὸ στόμα σεσηπυῖαν ἑταιρίδα καὶ ἀπολελυμένην : Latina autem, *haud secus quam perditam meretricem aperto ore sese dehonestantem.* (!) Ergo non modo manifestum glossema ἀνοικτὸν ἔχουσαν τὸ στόμα demptis cancellis retinuit, sed merum typothetæ vitium, de quo Savilius tum in notis, tum in *erratis* (ut vocant) lectorem monuit, patrocinio suo dignatus est. Hæc de editis; scripti autem libri nulla varietate locum, ut dedi, exhibent. Solus D in margine ad v. σεσυρυῖαν (sic) hæc habet a prima manu minio appicta : ἀνυκτὸν (sic) ἔχουσαν τὸ στόμα Hesychius : Σεσηρώς· ἀνοικτὸν ἔχων στόμα.

Ibid. lin. 4. Altera forma ἄρκος legitur in C D et marg. Sav. Rursus p. 200 eamdem scripturam præbent D E F. Vide etiam var. lect. ad p. 603.

P. 61, (col. 93, lin. 16). Ἀλλ' ἐν κουρείῳ, κ. τ. ἑ. Hunc locum ad rem tonsoriam apud veteres illustrandam excitavit *Bast.* Ep. Crit. p. 181 vers. Lat. Ceterum omnino dignus est, qui cum Nostro conferatur, locus Plutarchi, De recta rat. audiendi, II, 42 B. Οὐ γὰρ ἐκ κουρείου μὲν ἀναστάντα δεῖ τῷ κατόπτρῳ παραστῆναι, καὶ τῆς κεφαλῆς ἅψασθαι, τὴν περικοπὴν τῶν τριχῶν ἐπισκοποῦντα καὶ τῆς κουρᾶς τὴν διαφοράν· ἐκ δὲ ἀκροάσεως ἀπιόντα καὶ σχολῆς, οὐκ εὐθὺς ἀφορᾶν χρὴ πρὸς ἑαυτὸν, καταμαθόντα τὴν ψυχὴν, εἴ τι τῶν ὀχληρῶν ἀποτεθειμένη καὶ περιττῶν, ἐλαφροτέρα γέγονε καὶ ἡδίων.

P. 62 (col.94, lin. 15-16). Ἥμερα γίνεται] ἡμερώτερα γέγονε C D F.

P. 63, lin. 4. Νυνὶ δὲ τὸ σαυτοῦ θηρίον. *Nunc vero tua hæc proprie fera est.* An. Rectius cepit glossator, cujus supplementum in textu exhibet Sav. νυνὶ δὲ τὸ σαυτοῦ λέγω ποιῆσαι θηρίον ἥμερον. Cf. adnot. ad p. 171. Paulo post aliam interpolationem in omnibus Edd. sine suspicionis nota venditatam delevi.

P. 64, not. 42. παρὰ τῶν ἁλόντων αὐτῶν, *a suis captivis.* An. Cum ὁ ἁλοὺς apud Nostrum creberrimo usu substantivi jus adeptus sit, olim putavi recte dici posse ὁ ἁλοὺς τινος, æque ac ἡ ἐρωμένη τινὸς et similia, de quo usu vid. Interpp. ad Thom. M. p. 270. Sed quoniam præter meos D F etiam a Regiis 666, 668, 669 pronomen abesse video, nunc αὐτῶν delendum censeo (*ideoque delevimus.* Edit.) ut ex ultimis litteris vocis præcedentis natum.

P. 65, lin. 8. Post σπουδῆς sic pergit D : Ὅτι γὰρ τῶν κατηγορουμένων τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ὥσπερ τὸν οὐκ ἐπιθυμοῦντα μοιχεύειν ἢ πορνεύειν, οὕτω καὶ τὸν ἐπιθυμοῦντα δόξης ὅταν ἐπαινῶμεν ἅπαντες, καὶ κατήγοροι, κ. τ. ἑ. Ita a prima manu; corrector autem οὐκ ante ἐπιθ. δόξης inseruit, et ὅταν deleto, ἐπαινοῦμεν fecit. Paulo aliter F : Ὅτι γὰρ τῶν κ. τὸ π. ἐστι, δῆλον ἐκεῖθεν. Ὥσπερ γὰρ τὸν οὐκ ἐ. μ. ἢ π. οὕτω καὶ τὸν οὐκ ἐπιθ. δόξης ὅταν ἐπαινῶμεν ἅπαντες, κατήγοροι, κ. τ. ἑ. Etiam in Versionibus perturbatus est locus, qui tamen meo quidem judicio sanissimus est.

Ibid. (col. 97, lin. penult.). Καὶ γὰρ ἐκεῖνος C F et sic ed. Sav. Mox καὶ τῆς] διὰ τῆς F et mar. Sav. καὶ διὰ τῆς « unus » apud Ben.

Ibid. (col. 98, lin. 6). καὶ διά] διὰ γὰρ F. Paulo post codices præter E indicativum ἄγει habent.

P. 66 (col. 99, lin. 6). Scripsi μαργάρου, editos libros secutus : nunc autem βορβόρου genuinum puto. Cf. tom. X, p. 636 : Οὐδὲν γὰρ ἀρετῆς καθαρώτερον, οὐδὲν κακίας ἀκαθαρτότερον. Ἡ μὲν γὰρ ἡλίου λαμπροτέρα ἐστὶν, ἡ δὲ βορβόρου δυσωδεστέρα. Formam recentiorem μάργαρος pro μαργαρίτης non memini me in Chrysostomi scriptis legere.

P. 67, (col. 100, lin. 13). Post ἠπιστήθησαν ἄνωθεν Interpr. nonnulla addit quæ hic desunt. Ed. Patr.

P. 68 (col. 102, lin. 3). Verba libri Apocryphi, quæ per totum hunc locum respexit Noster, hæc sunt : Ὁ δὲ ἄγγελος Κυρίου συγκατέβη ἅμα τοῖς περὶ τὸν Ἀζαρίαν εἰς τὴν κάμινον, καὶ ἐξετίναξε τὴν φλόγα τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς καμίνου, καὶ ἐποίησε τὸ μέσον τῆς καμίνου ὡς πνεῦμα δρόσου διασῳζον. Hoc pene in proverbium cessit, Δρόσος ἐν καμίνῳ. Nostrum locum imitatus est Isidorus Pelus. Lib. II, Ep. 151 : Ὁ δὲ ἀοίδιμος ἐκεῖνος... οὐχὶ τῷ παρέχειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ λανθανόντως τοῦτο διαπράττεσθαι, τοὺς εἰς τὴν κάμινον τῆς πενίας τυγχάνοντας ἐδρόσιζεν. *Paupertatis* autem *fornax* ex Isaiæ effato (XLVIII, 10) fluxisse videtur.

Ibid. not. 50. Clausula τὰ δὲ ἐκεῖ deest etiam in D.

P. 70, col. 104, not. 58). Lectio marginis alteri fortasse præferenda. Sensus erit : *si ad pauperes*

descendas, calamitatibus eorum sublevandis, *pueris illis accenseberis*, ejusdem laudis particeps fies. Simile est p. 223, μετὰ τῶν μοιχῶν ἑστηκας. p. 241, ἂν μὲν οὖν ταῦτα ποιῇς, μετὰ τοῦ Θεοῦ ἑστηκας.

—

AD HOM. V.

P. 74, (col. 109, lin. 5) δικαίῳ τε ὄντι] ἅτε δικαίῳ ὄντι F. ἅτε δικαίῳ [τε] ὄντι Sav.

Ibid., not. 69. Hæc corrupte leguntur in F, οὕτω γὰρ ἂν οὗτος ἀτάραχος ἔμεινεν, ἀκούων Παρθένον πρῶτον παρ' αὐτοῦ καὶ παρὰ Ἡσαΐου. Verba εἰ μὴ præter codices damnat, qui Nostrum compilavit, Nicetas in Catena. Quare, cum tantus sit librorum consensus, videndum, num particula οὕτως paulo insolentius pro ὁμοίως posita sit.

P. 75, not. 73. [τὸ] παιδίον Com. Mor. Articulum abesse jubent Sav. Ben. male, siquidem de ipso Christo sermo est; τουτὶ τὸ παιδίον Euthym.

Col. 113, lin. 20 seq. Auctorem hic duo itinera Pauli ad Hierosolyma facta (Act. xv, xxi), narratione sua confundere, vix est quod moneam. Cæterum quæ de Jacobi σκληραγωγίᾳ refert, ex Hegesippi fontibus hausisse credendus est, cujus verba nobis servavit Eusebius H E. II, 23, ὡς ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου, διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ προσκυνοῦντα τῷ Θεῷ, καὶ αἰτεῖσθαι ἄφεσιν τῷ λαῷ.

P. 78, (col. 114, lin. 19). Lege etiam invitis codd. εἰς ἀρετὴν τὴν οἰκείαν. Paulo ante in Ed. novissima pro διαχλευάζοντες errore ridiculo διακλάζοντες excusum est.

P. 80, (col. 117, lin. 1) σπουδάζοντες αὐτοὶ λῦσαι. « Alii σπουδάζοντες τοῦ λῦσαι. » *Montef.* Scilicet cum Savilius ad v. αὐτοὶ in margine notasset, γρ. — τοῦ (h. e. αὐτοῦ), inde lectionem commentus est Montef., quæ in nullo codice exstat, aut exstare poterat. Alia loca ubi e siglis Savilii male intellectis supellectilem suam amplificavit, subinde notanda sunt. Quod non ideirco monui, ut lapsus alienos insectando mihi ipsi diligentiæ famam compararem, sed ut evidenter appareat, ubi *alios* aut *quosdam* hoc vel illud legere affirmat Montef., id non *ubique* (pene dixerim, *plerumque*) de libris a se inspectis intelligendum esse, sed tantummodo ad Savilii marginem lectorem ablegare.

—

AD HOM. VI.

P. 84, (col. 119, lin. 2 ab imo) αὐτῷ] αὐτὸ B. αὐτὸν A C D E et 3 Mosqq. In codice F verba εἰδομεν... αὐτῷ non leguntur. Infra p. 112, ubi αὐτὸν legitur, tres codd. B E F cum Sav. dativum præbent.

P. 84, (col. 120, lin. 2 ab imo) τοσοῦτον] τοσοῦτος C D F, haud inepte. Infra (col. 121, lin. 14), περὶ ἑαυτὸν dedi ex F et Sav.; in cæteris περὶ αὐτὸν scriptum est.

P. 85 (col. 121, lin. ult.). Vulgo ὅπερ καὶ αὐτὸ τοῦτο; quod nescio an ipsi Auctori tribuendum sit. Infra p. 327, ὅπερ καὶ τοῦτο ξένον ἦν; ubi αὐτὸ pro τοῦτο reponere codices vetant. Tom. X, p. 29, ὅπερ μέγιστον καὶ τοῦτο τῆς ἀληθείας ἐστὶ τεκμήριον. Talia non defendit singularis formulæ καὶ τοῦτο usus, quem docte illustravit *F. V. Fritzsche* Quæst. Lucian. p. 84.

Ibid. (col. 122, lin. 9 ab imo), εἰς πόλιν βασιλεύουσαν F. Cf. Florileg. p. 547, εἰς πόλιν βασιλεύουσαν καὶ κομῶσαν πλούτῳ καὶ δυναστείαις. Sed nostro loco alterum multo aptius videtur.

P. 86 (col. 123, not. 21). Τίνι δὲ καὶ δῶρα προσέφερον, omisso articulo D E.

Col. 126, not. 33. οὐδὲ, κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἑξῆς γεννήσεως δεικνὺς ἑαυτόν. Sic libri omnes, tum scripti, tum editi. Anianus: *neque secundum consequentiam astrologiæ puerum ostendat astrologis:* et in marg. *externæ generationis seipsum ostendat.* Montef. *neque secundum externæ illius genesis apparuisse.* Optime omnium Armen. *nec secundum disciplinam profanorum, qui nativitates observant, sese ostendens.* Quam tamen significationem vocis γένεσις, non γέννησις, propriam esse, certo certius est. Suidas: γένεσις λέγεται καὶ ἡ εἱμαρμένη. Idem mendum fecit Nicetas in Catena ad h. l., ubi οἱ μὲν γὰρ τὴν γέννησιν παρεισάγοντες legitur. Contra γένεσιν et εἱμαρμένην sæpius disputat Noster. Infra p. 728. Tom. XII, p. 380: Ὅτι γὰρ οὔτε γένεσίς ἐστιν, οὔτε δρόμος ἀστέρων τὰ ἀνθρώπινα διοικῶν, κ. τ. ἑ. Tom. XI, p. 553: Πίστευσον ὅτι ἔστι Θεὸς δίκαιος, καὶ οὐ πιστεύσεις ὅτι ἔσται γένεσις ἄδικος· πίστευσον ὅτι ἔστι Θεὸς προνοῶν, καὶ οὐ πιστεύσεις ὅτι ἔσται γένεσις πάντα συνέχουσα. Ubi pro συνέχουσα levissima mutatione συγχέουσα repono. Nam, ut ait infra p. 728, Ὅλως δὲ τί ποτέ ἐστι γένεσις; Οὐδὲν ἕτερον ἀλλ' ἢ ἀδικία καὶ σύγχυσις, καὶ τὸ εἰκῇ πάντα φέρεσθαι. Tantum hoc notandum est, γένεσιν apud exteros scriptores non tam de Astrologia in universum, quam de uniuscujusque horoscopo (*genesim* seu *geniturum* vocant Latini) dici. Julianus de Mathematico: πλέκων ἐκ τῆς ἀστέρων κινήσεως τὰς γενέσεις καὶ τὰ συμβαίνοντα. Lucillii Epigr. apud *Brunck.* Anal. Gr. tom. II, p. 326:

Εἶπεν ἐληλυθέναι τὸ πεπρωμένον, αὐτὸς ἑαυτοῦ
Τὴν γένεσιν διαθεὶς, Αὔλος ὁ ἀστρολόγος

P. 91, lin. 9. πάθωσι Sav. πάσχουσαι Com. Mor. Ben. Illud nuper revocavit Editor Ben. secundæ. Fefellit V. D. constructio, quam nos distinctione post ὄδον posita planiorem fecimus.

P. 91, lin. 16. τῶν μάντεων τὴν πρόρρησιν] τὴν αὐτῶν πρόρρησιν F, τῶν αὐτῶν μάντεων τὴν πρόρρησιν Sav.

P. 92, lin. 16, 17. τοῦ τὴν ψυχὴν αὐτῶν κινήσαντος] τοῦ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν κινήσαντος τὴν ψυχήν Sav. solus. In vulgata scriptura τοῦ om. D E F.

P. 93, lin. 10. ἑαυτοῦ pro αὐτοῦ dedi ex codd. præter F omnibus. Idem notat in marg. Sav.

Ibid. (col. 132, not. 46). Constructio, qua δέον participium in protasi positum excipit in apodosi ὁ δὲ, σὺ δὲ, etc., paucis exemplis illustranda est. Isocrat. de permut. p. 343, δέον αὐτοὺς τὴν φρόνησιν ἀσκεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων, οἱ δὲ χεῖρον παιδεύονται τῶν ἰδιωτῶν. Lucian. Hermot. 27, ἦ δέον εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν, ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος οἴεται Κόρινθον ἐωρακέναι. Dio Chrys. p. 363, 32, καὶ δέον ἐκκόπτειν τὴν ἀγερωχίαν αὐτῶν, οἱ δ' ἔτι αὔξουσι. Adde pp. 253, 3; 371, 7. Exemplorum copiam dabit Noster, pp. 139, 317, 388, 496 et sæpius. In locis, quæ sequuntur, variant codices; pp. 106, 493, 670, 785. Interdum ἀλλὰ eidem usui inservit; ut p. 258, δέον φρίττειν καὶ μηδὲ ἐπὶ γῆς νομίζειν εἶναι, ἀλλ' ὡς ἐν ἀγορᾷ μέσῃ θορυβοῦμεν. Sed, ut verum fatear, hic quidem usus suspicione non vacat. Cf. var. lect. ad pp. 737, 785, 814.

Fere ibid. Alii καὶ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ἐννοοῦντας, εἰ καὶ μηδὲν τῶν ἀπορρήτων καὶ ὑψηλῶν ἥδεσαν, ἀπὸ τῶν παρόντων γοῦν ψηφίσασθαι μόνον. Vid. var. lect. Particula γοῦν, quæ in hanc lectionem apte cadit, in alteram, ut vulgo exhibetur, minus commode migravit.

P. 96. (col. 136, lin. 6, 7). Ἐδάκρυσεν ἐπὶ Λαζάρου, omisso καὶ, codices præter E.

Ibid., lin. 9. Anianus: *Quod vero riserit, neque ipse usquam, neque de eo quispiam alius ostendit.*

Digitized by Google

Sed nec ullus sanctorum, vel de seipso, etc.: quasi plenius legisset, οὐδαμοῦ οὔτε αὐτὸς εἴρηκεν, οὔτε ἕτερός τις περὶ αὐτοῦ · οὔτε ἄλλος οἱ δὲ εἷς τῶν ἁγίων κ. τ. ἑ. Frustra e vulgatis eundem sensum eruere conatus est Savilius, interpungendo, οὐδαμοῦ οὔτε αὐτὸς εἴρηκεν, οὐδὲ ἄλλος, οὐδὲ εἷς τῶν ἁγίων κ. τ. ἑ.

P. 97, lin. 4-5. διάχυσιν quod e codd. recepit Montef. confirmant mei omnes. Edebatur διάλυσιν.

P. 97, (col. 137, lin. 3). διδόαμεν Hoc dedi ex codd. A B C F et pr. E pro vulgato δίδομεν. Vid. *Maittaire* de Dialectis p. 169, ed. Sturz. In talibus codicum numero obsequendum esse putavi. Ergo infra p. 375 διδόαμεν dedi cum Edd. et codd. præter D. Sed p. 403 ubi προστιθέαμεν edebatur. vulgarem formam ex omnibus codicibus revocavi.

P. 99, lin. 7. Ἂν δὲ καὶ γελῶμεν A BF.

P. 99, not. 74. Vulgatum τῶν εἰς τοῦτο ἐξευρημένων legisse videtur Anianus, vertens, *eorum qui ad hoc sunt facti*. Arm. autem hæc verba silentio præteriit. Quod dedi ἐξυρημένων commodiore loco ad p. 502 defendam. Mox Aniani versionem, *ad se traheret milites Christi*, correxit Montanus h. m. « *dissolveret*, ἐκλύσῃ : legisse videtur ἑλκύσῃ. » Lectionum par nobilissimum ἐξυρημένων et ἐκλύσῃ ne verbo quidem meminerunt, qui ante me codices contulisse professi sunt.

P. 101, (col. 142, lin. 6-7) τοῦτο γέγονεν ἐπιτήδευμα A B C. Paulo post κἂν om. A B. Mox λοιπὸν om. A B C D.

—

AD HOM. VII.

P. 102 (col. 143, lin. 5). Ἰουδαϊκὸν Com. Mor. et omnes mei ; Ἰουδαίων Sav. Ben. Illud magis Nostro usitatum.

P. 104 (col. 145, β', lin. 2). Futurum μενεῖ dedi ex uno cod. B et Aniano. Ceteri cum Edd. μένει.

P. 108 (col. 150, lin. 7-8). Εἶδες τὴν ἄνοιαν ; Anianus : *Nempe consideratis stultitiæ mixtum dolum tyranni ?* Euthym. Ὅρα τὸν δόλον Ἡρώδου, καὶ διάσυρε τὴν ἄνοιαν αὐτοῦ. Unde conjicias, olim scriptum fuisse, Εἶδες τὸν δόλον ; εἶδες τὴν ἄνοιαν ; quod tamen invitis codd. et Arm. minime admittendum puto.

Ibid., not. 13. ἐξῆλθεν ἂν, et ἐπιχειρήσειεν Edd. commixtis diversarum recensionum lectionibus.

P. 109, (col. 151. δ', lin. 2) γνωρισθέντος. Sic Edd. et unus codex F, ceteri γνωσθέντος. Infra not. 22 κατὰ διάνοιαν habent etiam Oxonienses C D.

P. 111, (col. 153, ε', lin. 2) καὶ τῆς βαρβάρου κ. τ. ἑ. « Desiderari videntur nonnulla, sed quæ illa sint, ne divinare quidem queo. Ibid. pro ποιήσωμεν, quid si ὁδοποιήσωμεν ? » *Bois.* Locus, si quid video, sanissimus est. Cum barbara illa regione, unde Magi exierant, affectus nostros carnales componit Orator; quos non modo omittendos, sed longo intervallo post terga relinquendos esse, ut Christum tandem viseamus, affirmat.

P. 112, lin. 10. ἐπὶ τὸ τιμῆσαι C E F. Vid. adnot. ad p. 153.

P. 113, (col. 156. not. 32). In cod. D particulam negativam delevit corrector. Infra not. 39 idem codex cum F ὀναμένει habet.

P. 115, (col. 158, not. 47). Edd. τὸν τῷ λόγῳ τετιμημένον. Articulum cum duobus codd. (quibus nunc addo D E) recte delevi. Adi, si tanti est, p. 274; tom. IX, p. 540. Paulo post προδόντων præter F habent E et pr. D.

Ibid., not. 49. Locus sic legitur in Edd. καὶ τὸ τῆς γεέννης πέλαγος καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ποταμὸν *λαβὼν κατὰ νοῦν*, φύγε τὴν ἐν τῷ θεάτρῳ κολυμβήθραν. Sed verba λαβὼν κατὰ νοῦν, quæ contra linguam quoque peccant, in tribus codd. desunt ; alii, teste Savilio in margine, pro iis ἐννοούμενος, aut ἐννοήσας exhibent. Scilicet qui veram loci constructionem minus perspexerint, alius aliud inculcando sensui consulere conati sunt. Rem dubio eximit Interpres Arm., cujus verba Græce reddita hoc sonant : καὶ φύγε τὸ τῆς γεέννης πέλαγος καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ποταμὸν, τὴν ἐν τῷ θ. κ. λέγω.

P. 116, lin. 8. Ὑμεῖς δὲ, κ. τ. ἑ. Ἐκ τούτου δείκνυται, ὅτι ἐν Ἀντιοχείᾳ ὢν τοὺς λόγους τούτους ἐξέθετο, πρεσβύτερος ὢν ἔτι. *Scholium* codicis Mosq.

P. 116, lin. 14. Τὰ ὄρη vel τὰς ἐρημίας καταλαμβάνειν dicebantur homines religiosi, qui, relictis urbibus, per montes ac deserta vitam puram et tranquillam agebant, ut tamen aliquando commercio suo miseros homunciones bearent. Talem celebrat Joannes Geometra Parad. Tetrast. 89 :

Ἐξ ὀρέων κατέβαινε κατ' ἄστεα τίμιος ἀνὴρ,
Καὶ συνέμικτο κακοῖς ἀνδρασιν · εἶπε δέ τις ·
Τοῖος ἐὼν τοιοῖσδε συνέρχεαι ; Εἶπεν· Ὁρῶ γὰρ
Τοὺς Ἀσκληπιάδας πλησίον ἀσθενέων.

P. 117 (col. 161, lin. 2). Genuinam lectionem τιμὴν, quæ in omnibus libris tum meis tum Mosquensibus penitus obliterata est, ex sola versione Arm. fidenter reposui. Etenim res ipsa clamabat. Nam quæ hæc foret consequentia ? τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω. Ποία οὖν αὕτη ἡ τιμή ; Præterea ubi hunc ipsum Apostoli locum ex professo tractat, in eadem scriptura perstat. Tom. X, p. 159 : Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην τιμὴν ἀποδιδότω · ὁμοίως καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. Τί δέ ἐστιν ἡ ὀφειλομένη τιμή ; Sic Edd., sed ibi quoque ex duobus codd. a Matthæio adhibitis alter εὔνοιαν habet. Quid ergo ? Num in suo hujus Epistolæ exemplari τιμὴν, loco εὔνοιαν, scriptum invenit Chrysostomus ? Haud equidem putarim. Sed audiamus Matthæium ad loc. « Sed unde arripuit Chrys. τὸ τιμήν? Scilicet ex loco simili I Petr. III, 7, ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμήν Sæpius enim Chrys. Petrum cum Paulo, Matthæum cum Luca, et alios cum aliis confundit. » Hoc verissimum puto. Miræ sane negligentiæ videri possit, eo ipso tempore, quo locum Apostolicum ante oculos haberet, non solum verbum pro verbo supponere, sed suppositum arripere et data opera interpretari. Id tamen non raro Nostro accidisse, compertum habeo.

Ibid., (col. 161, lin. 5). ὅταν θορύβους καὶ ταραχὰς καὶ πολέμους D F. Infra (col. 162, lin. 4) ἐπιμένητε habent B F.

AD HOM. VIII.

P. 119, (col. 165, lib. 8 ab imo) λαθραίας] λαθραίου C D E F, et sic ediderunt Com. Mor. Alterum firmat Ep.

P. 120, not. 65. « Mss. non pauci μετὰ περιουσίας, quæ lectio non spernenda. » *Montef.* At recte se habet vulgatum, μετὰ παῤῥησίας, h. e. φανερῶς, *aperte*, An., cui contrarium est λάθρα καὶ μετὰ ἀπάτης περιγίνεσθαι. Præterea ex Nostri usu ἐν περιουσίᾳ, non μετὰ περιουσίας dicendum erat.

P. 122, not. 74. ἐπὶ τῆς μητρὸς τοῦ παιδίου, suffragantibus An. Nicet. et codd. plurimis. At si id dicere voluisset, promptius erat ἐπὶ τῆς Παρθένου vel ἐπὶ τῆς Μαρίας ponere. Copulam a librariis deletam esse, ad sequentia, in quibus non nisi

Digitized by Google

matris ratio habetur; attendentibus credibile est.

P. 122, (col. 166, lin. 5 ab imo) οὐδέποτε τὴν οἰκίαν ὑπερβᾶσα. « Placet conjectura Boisii, qui legit οἰκείας sc. χώρας. Nam domo egressam antea beatam Virginem satis constat ex sacris litteris. » *Sav.* Confusione, qua οἰκία et οἰκεῖα inter se permutantur, nulla est frequentior. Sed in nostro loco οἰκίαν uno ore tuentur tum codices, tum Interpretes. Non meminerunt, quibus hæc vox offensioni fuit, Rhetorem hic agere Chrysostomum, non Historicum.

P. 123, (col. 168, not. 77) καὶ πάλιν ὁ ἄγγελος μηνύει καὶ φυγεῖν καὶ μετανίστασθαι ἀνθρωπίνως Sav. Ben. Hodie pene suspicor ab Auctore scriptum fuisse, omisso δεῖ, καὶ φυγεῖν καὶ μεθίστασθαι ἀνθρωπίνως, quod ex uno cod. notatum est. Verba infinita cum alii variis modis fulcirent, alii cum finitis mutarent, inde orta sunt librorum dissidia.

Ibid. lin. 1-2 ante pag. 124. οὐδὲ ἁπλῶς ναὸς πλάττεται. « Boisius ναὸς, ingeniosa conjectura. » *Sav.* In Nicetæ Catena, p. 49, diserte legitur νεός : cæteri omnes vulgatum recte affirmant. Supra p. 51 πῶς ἔπλασεν, εἰπέ μοι, τὸ πνεῦμα τὸν ναὸν ἐκεῖνον. Vox ναὸς de corpore Christi, cujus origo ab ipsius effato, Joan. II, 19, repetenda est, Patribus valde in deliciis erat. Recentiores de humana τοῦ Λόγου natura vocem usurpant; huc trahentes locum Malachiæ III, 1, καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριος. Vid. *Bauer.* Glossar. Theodoret. s. v. Locus est Greg. Nyssen. de An. p. 247 A, εἶτα τὸν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον ἥλιος καὶ λόγχη διαπεπαρμένον ἐκ νεκρῶν διὰ τρίτης ἡμέρας διανίστησι ; ubi pro ἄνθρωπον, i. e. ἄνον, duo codices Monacc. veram scripturam ναὸν in margine exhibent.

P. 124 (col. 169, lin. 14). « Morel. ἐπ' αὐτῶν εἰρῆσθαι. Savil. μὴ ἐπ' αὐτὸν εἰρῆσθαι. Utrumque bene. » *Montef.* Savilii lectionem *bene* se habere, nisi ἐπ' αὐτοῦ scribas, vehementer nego : alteram, quæ unice vera est, magno consensu tuentur codices. Euthym. Τοῦτο δὲ περὶ τῆς ἀνακλήσεως ἑαυτῶν Ἰουδαῖοι ῥηθῆναι λέγουσι. Theophylact. Φασὶν οἱ Ἰουδαῖοι ὅτι διὰ τὸν λαὸν ἐῤῥέθη τοῦτο, τὸν ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐπαναχθέντα διὰ Μωϋσέως. Λέγομεν οὖν ὅτι (καὶ τί καινόν ;) ἐλέχθη μὲν ἐπὶ τῷ λαῷ τυπικῶς, ἐξέβη δὲ εἰς τὸν Χριστὸν ἀληθινῶς. Sic enim distinguendus et legendus est iste locus.

P. 126, lin. 5. αὐτὸν ante ἀκούειν om. F. Mox Καὶ σὺ νῦν ἐλθὼν edidit Sav. invitis codd.

P. 126 (col. 172, lin. 1-2). Locutio ἐπ' ἀνδράσι pro eo quod usitatius ponitur ἐπ' ἀνδρῶν, Nostro haud ignota, Infra p. 201, codices tantum non omnes ἐπ' ἀλόγῳ habent. Adde p. 533 ἐπὶ πυρῶν φυλαχῇ (ubi tamen præpositio aliter explicari potest); et Floril. p. 138, ἐπ' ἀνθρώπῳ · Contra p. 469, ubi edebatur ἐπὶ τῷ γάμῳ, postulantibus libris ἐπὶ τῶν γάμων dedi.

P. 127, (col. 172, lin. 2 ab imo) ἀπορῥαγέντες A B, quod post Savilium dedit Montef. Veterem lectionem ἀπορῥηγνύντες tuentur C D E, eamque veriorem puto. Alter codex ἀπορῥηγνύντες ἑαυτοὺς habet.

P. 127 (col. 173, not. 98). Vulgo legitur καὶ περαιτέρω πάλιν ἐλαύνουσι τὴν τοῦ σώματος ἐργασίαν, πρὸς τὴν τῶν δεομένων ἀποχρώμενοι τροφήν. Verba τὴν τοῦ σ. ἐργασίαν cum seqq. jungit Sav., hæc notans : « Boisius et Interpres, τῇ τοῦ σ. ἐργασίᾳ ut regatur a seq. ἀποχρώμενοι. » Dativum e duobus codd. recepi.

P. 128, lin. 5 ante p. 129. ἐντυχὼν τῷ βιβλίῳ. « Hic haud dubie loquitur de Vita S. Antonii per Athanasium archiepiscopum Alexandrinum, quam edidimus inter ejus Opp. t. II, p. 793-866. » *Montef.*

P. 129, lin. 4. τὸ μηδένα τῶν ἔξωθεν αἱρέσεων. « Est abstractum pro concreto. Dicitur enim αἵρεσις ἀντὶ τοῦ αἱρετικοῦ, ut cum dicunt Latini *scelus* pro *scelesto* et *opera* pro *operario*, etc. » *Bois.* Haud dissimile est, καὶ τίνες αὐτῷ τῶν στρατευμάτων παρεστήκασι, p. 17, ubi ab aliis τίνα, ab aliis στρατευομένων male correctum est.

AD HOM. IX.

P. 132 (col. 178, lin. 12-13). Olim edebatur πρὸς τὸ ἐγγύτερον τὸ ζητούμενον, quod veteres criticos male habuit. Correxit e suis codd. Montefalconius, quibuscum et nostri, præter D, conspirant.

P. 133 (col. 179, n. 39). Importunum vocabulum τούτου cum uno codice delevi, suffragante Niceta in Catena, cujus verba sunt : ἐπεὶ οὖν ὁ τάφος πλησίον, καὶ ὁ κλῆρος τοῦ υἱοῦ ταύτης ἦν τοῦ Βενιαμίν. Breviter, ut solet, Epit., ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ τάφος πλησίον ἦν, καὶ ὁ κλῆρος τοῦ παιδίου. Vetus Interpres : *Quia igitur et sepulcrum vicinum erat, et campus ipse in Benjamin* [adde *hujus filii*] *sorte contigerat.*

P. 135 (col. 181, paulo ante not. 52). Ἐπεὶ ὅτι γε προεῖπον οἱ προφῆται. *Cæterum quia id prophetæ prædixerant* Ge. Ben. Malim : *Nam quod ad illud attinet, quod id*, etc., noto hujus particulæ usu, qui tamen haud raro Interpretes fefellit. Infra p. 313, Ὅτι γὰρ καὶ ἀποπνεῖν ἔμελλεν — ὁ Λουκᾶς φησιν ὅτι καὶ ἔμελλε τελευτᾷν. Tom. VIII, p. 204, Ἐπεὶ ὅτι ἐκ παρέργου προσῆλθεν — ὅτε ἦλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, τότε αὐτὸν εἶδεν. In hac constructione pausa quædam voce significanda est, quæ in describendo linea transversa notari potest. Idem accidit, ubi ἵνα μάθῃς in priore membro ponitur, de quo usu infra ad p. 329 dicam.

P. 136, n. 61. Deletis ὅταν et λέγῃ, quæ in veteribus Edd. inclusa leguntur, nihil ad plenam structuram desiderabitur. Verumtamen cum illud a nonnullis, hoc ab omnibus codd. absit, videndum an sic scripserit Chrys. Ἐπεὶ ὅταν περὶ τῶν γενναίων ἐκείνων καὶ μεγάλων ἀνδρῶν, ἄκουσον πῶς φησιν ; ubi verbum διαλέγηται ex præcessis assumendum est.

P. 136, not. 62. Hic primum in editis legenti obviam fit forma aoristi ἐκέρδανον, cujus nullam apud grammaticos nec veteres nec recentiores mentionem inveni. Neque editis modo, sed et scriptis Chrysostomi libris tam penitus insedit, ut dubium sit, utrum cadenti linguæ, an vitiosæ tantum scripturæ tribuendum sit. Vid. var. lect. ad pp. 301 (ubi ἐκέρδαινον tacite dedit Editor Ben. 2da), 670, 697, 746, 776. In alio loco p. 424, ἐκέρδανας ex uno cod. E recepi. Primam personam ἐκέρδανον non memini me legere; tertia utrique formæ communis est.

Col. 182, paulo ante not. 67. Edebatur ἂν μὴ τῆς εὐγενείας ταύτης ἀρετὴν ἐπιδείξηται ἄξιαν λόγου. « Quæris unde regatur genitivus εὐγενείας. Respondeo, regi ab ἀρετήν, h. m. *Nisi nobilitatis hujus virtutem* (i. e. a nobilitate hac proficiscentem sive emanantem virtutem) *ediderit non contemnendam* ; ἀξίαν λόγου, uno verbo ἀξιόλογον. » *Bois.* Durius sane. Verbum λόγου, quod etiam a Reg. 699 abest, aliunde invectum esse nullus dubito.

P. 137, not. 69. Clausulam suspectam ὡς καὶ ὕδατος πρὸς ἀπόλαυσιν ἀπορεῖν quo minus tollendam censerem, obstitit probabilis causa omissionis, videlicet vocabula ἡμῖν et ἀπορεῖν iisdem litteris clausa.

Ibid. lin. 4 post not. 71. ἠδύνατο] δυνατὸν C, D, Mor. ἦν δυνατὸν F. Paulo post εἰσαγάγῃ legit etiam D. Infra not. 74 δυσκόλως pro δύσκολον habent C, D, Mor.; in cæteris nihil mutant.

P. 137 lin. 3 post not. 78. Pro κατοφύξῃ ratio grammatica optativum postulat; sed codices repugnant.

P. 138 (col. 184, not. 88). Notissimus est scribarum lapsus, quo γῆς et τῆς, γῇ et τῇ, γῆν et τὴν, inter se permutabant.

Digitized by Google

AD HOM. X.

P. 141, lin. 5 ante not. 10. « ἔπειθον scripsimus cum Savil. Com. [Mor.] et Montef. ἔπειθεν. » *Editor* Ben. 2^dae. Sed cum præcedentia ὡσανεὶ ἔλεγε de evangelista, non de Joanne dicta esse constet, verbum primæ personæ locum hic habere non potest. In eumdem tamen errorem incidit vetus Interpres, vertens : *ego illis... persuasi.* In vulgato consentiunt codices et Ep.

Ibid., lin. 3-4 post not. 11. μετὰ δὲ τῆς εἰρημένης C D E F. Mox τίθησι dant E et corr. rec. D.

Ibid. lin. 5 ante not. 13. καὶ γὰρ ἡ (om. altero καὶ) C D E F Ep., et sic edidit Sav. Deinde ἡ τοῦ βαπτίσματος ὑπόληψις Ep. Com. Mor. facili lapsu.

P. 142, not. 20. Nunc video λοιπὸν abesse ab omnibus meis, uno excepto E. Legit tamen Ep.

P. 144, proxime a not. 38. καὶ φιλόσοφος τὴν τῶν οὐρανῶν ἀξίαν φιλοσοφίαν E et pr. C ; καὶ φιλόσοφος τὴν τῶν οὐρανῶν ἀξίαν φιλοσοφῶν D ; καὶ φιλόσοφος τὴν τῶν οὐρανῶν ἀξίαν φιλοσοφίαν φιλοσοφῶν F.

Ibid., lin. 9 ante not. 39. Καθάπερ καὶ ὁ Παῦλος, κ. τ. ἑ. Nam Paulus, ut ait Nostri enarrator Nicetas, ἐξὸν αὐτῷ ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου τρέφεσθαι, τοῦτο οὐκ ἐποίει.

P. 145, not. 44. Lectio marginis male a Sav. et Ben. descripta est, καὶ τὰ κατὰ Βαβυλωνίους. Nam qui τὰ κατὰ habent, iidem καὶ omittunt ; et vice versa.

P. 146, not. 49. « Unus τοῖς δὲ, ἵνα ἀπονιψάμενοι τὴν μετὰ τὸ βάπτισμα κηλῖδα, quæ lectio etiam optime quadraret, et fortassis alteri substitueretur, nisi uno tantum codice niteretur. » *Montef.* Hanc lectionem, a meis satis superque testatam, alteri anteponendam esse non dubitavi. Confessionis, inquit, tempus est et nondum initiatis et baptizatis ; illis quidem, ut cum pœnitentiam egerint, ad sacra *baptismi* admittantur mysteria ; his vero, ut, abstersis *per confessionem*, si quas post baptismum contraxerint maculas, pura conscientia ad mensam accedant. Confusionis duplex causa apparet. Nam et vox ἀπονιψάμενοι lavacro magis idonea videbatur, et τὰ ἱερὰ μυστήρια de altero sacramento proclivius erat intelligere. Sed primum ἀπονίπτεσθαι vel ἀπολούεσθαι τὰ ἁμαρτήματα sexcenties in Chrysostomi scriptis ponitur de iis qui quovis modo se a peccatis suis expediunt. Deinde ut ἀμύητος dicitur, qui nondum baptizatus fuerit, eodem jure ipse ritus initiationis mysteriorum nomine appellari potest. Infra p. 682, Nostri verba ἀκούσατε ὅσοι μυστηρίων ἀπολαύσαντες, sic enarravit Euthym. ἀκούσωμεν ὅσοι μετὰ τὸ ἀπολούσασθαι διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος. Adiri possunt loca pp. 666, 759, quæ tamen ambiguam interpretationem admittunt ; neque infitias eo, hoc nomen longe frequentius de sacra cœna adhiberi, quod et nostri loci emendatoribus fraudi fuit.

P. 146, not. 52. ἀλλὰ καὶ τὸ ἄμεινον, ἐπιδείξασθα. καλὰ Edd. *omnes.* ἀλλὰ καὶ τὸ ἀμείνονα ἐπιδείξασθαι καλὰ Flor. p. 67. Nostram lectionem, quæ omnium codd. est, margini adscripsit Sav.

P. 147, not. 54. Vocula δεῖ, quæ etiam in editos libros irrepsit, elegantius cum Flor. et pluribus codd. supprimitur. Simillimum est, quod infra legitur, p. 683 : Τὸν γὰρ πολεμοῦντα οὐκ ἔνι ἐν οἰκίᾳ καθῆσθαι, ἀλλὰ (vulgo addunt δεῖ) σχεδιάσαντα τὴν οἴκησιν, ὡς μέλλοντα εὐθέως ἀπανίστασθαι, οὕτω κατοικεῖν. Soph OEd. R. 817 :

> Ὦ μὴ ξένων ἔξεστι μηδ' ἀστῶν τινὰ
> Δόμοις δέχεσθαι, μηδὲ προσφωνεῖν τινά,
> Ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων.

Cf. adnot. ad pag. 705. Cæterum quam cupide hanc voculam verbis infinitis comitem adjungant librarii, satis notum est.

P. 147, ζ', lin. 4. κἂν λάβωμεν, ἐπειδὴ ἐλάβομεν, sc. παραμείνωμεν. Interpolatores autem, defectionem ægre ferentes, variis modis sarserunt. κἂν λάβωμεν, ἐπειδὴ ἐλάβομεν, μὴ ἀμελήσωμεν A B C D, κἂν λάβωμεν, μὴ ἀποστῶμεν, ἐπειδὴ ἐλάβομεν E, F ; κἂν λάβωμεν, ἐπειδὴ ἐλάβομεν, μὴ ἀποστῶμεν Edd. Solus Interpres Arm., qui plurimum nobis ad Chrysostomum purgandum contulit, locum intemeratum servavit ; quod in versione quidem satis mirari nequeas.

AD HOM. XI.

P. 149 proxime a not. 72. Ἀλλ' οἱ μὲν ὄχλοι, κ. τ. ἑ. Notandus est hic usus particulæ ἀλλὰ, quo simul affirmata objicientis interrogatione, vis objectionis *distinguendo* diluitur. Recurrit infra p. 278. Monui, ne quis vocabula ναὶ et ἐνόμιζον a me exterminata desideret.

P. 150, not. 81. Alii cum Edd. ὑμῶν. Hanc lectionem probabile est ad verbum αὐτῶν in margine librorum adscriptam fuisse, h. m. ἄλλ. ὑμῶν : unde mirum illud additamentum ἀλλὰ πρὸς ὑμᾶς fluxisse videatur.

Ibid., not. 85. Locus vexatissimus, in quo constituendo eam recensionem, cui codices D E F adnumerantur, ut plurimum secutus sum. Sed videamus, quid ante nos præstiterint Editores. Μὴ γάρ μοι τὰ ἐναντία [τε] καὶ συνήθη, ὅτι πρὸς ὀλίγον συστελλόμενοι πονηροὶ πάλιν. Com. Mor. ; quam lectionem, omissa vocula τε, in Regiis 668, 669 inveni. Savilius : Μὴ γάρ μοι τὰ ἐναντία καὶ συνήθη· ὅτι πρὸς ὀλίγον συνεσταλμένοι χρόνον, πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπάνιτε πονηρίαν. Huic proxime accedunt D E F in singulis leviter discrepantes. Ab utroque discedit Montef., auctoritate, ut ipse ait, Mss. quamplurimorum sic legens : Μὴ γάρ μοι τὰ ἐναντία τε καὶ συνήθη, ὅτι πρὸς ὀλίγον συστελλόμενοι, ἐπὶ τὴν αὐτὴν πονηρίαν ἐνάγεσθε πάλιν. Atque ita meus C et, absente τε, Reg. 661 ; nisi quod vocabuli χρόνον omissionem non probant. Prorsus diversa est lectio duorum codd. A B : Οὐ τὰ ἐναντία τε καὶ συνήθη· καὶ γὰρ πρὸς ὀλίγον συστελλόμενοι χρόνον ἐπὶ τὴν αὐτὴν π. ἐνάγεσθαι πάλιν. Nunc ad interpretationem veniamus. Vetus : *Non hic usitata illa opus est mobilitate, ut ad tempus quoddam per compunctionem repressi, rursus ad malitiæ vestræ familiare redeatis.* Locum aliter explicavit Boisius, huc trahens quæ initio Hom. V leguntur. Ergo verba πρὸς ὀλίγον συστελλόμενοι, κ. τ. ἑ., populo tribuit sese excusanti (quod tamen vereor ne ἐπάνιμεν requirat) ; τὰ ἐναντία autem de rebus, quæ parum inter se conveniant, peccatorum sensu tangi et peccatis delectari, dici posse arbitratur. At mehercule *ad tempus* reprimi, et rursus ad veterem malitiam redire, minime sibi contraria sunt. Quare quoad summam sententiæ cum Vetere standum esse puto ; et τὰ ἐναντία iis contraria intelligo, quæ ipse ab auditoribus exigit, vitam scilicet emendatam et pœnitentiæ dignam. Porro ὅτε ἐπανῆτε pro Saviliano ὅτι ἐπάνιτε dedi, partim libris obsecutus, partim quia ad tempora præterita, veterum scilicet prophetarum, hic respici videbatur. Postremo πάλιν, quod verbum ἐπανιέναι semper fere comitatur, a Savilio omissum revocavi.

P. 151, lin. 5 post not. 87. Malim ἀλλὰ κελεύων μὴ τούτῳ θαρρεῖν. Infra p. 286 : Ὁρᾷς ὅτι οὐ κωλύει τὸ κρίνειν, ἀλλὰ κελεύει ἐκβάλλειν πρῶτον τὴν δόκον. Ferri tamen potest vulgatum.

P. 153, lin. 4 sqq. οὐδὲ ἐπὶ τὸ τέμνειν... ἀλλ' ἐπὶ

Digitized by Google

τό σε... ποιῆσαι. Sic Edd. τῷ pro τὸ his habent B C E; τὸ in primo loco, τῷ vel τὼ in secundo dant D. F. Cf. quæ ad p. 112 monui. Difficile est in talibus decernere, cum constet nec hoc nec illud Græcorum usui repugnare. In nostro tamen loco tertius casus magis probandus videtur. Nonnulla de hac re monuit *Lobeck* ad Phryn. p. 475, qui utrumque recte dici posse statuit, locum Aristotelis laudans, Rhetor. ad Alex. xxxvi, (immo xxxvii, 20) ὁ νόμος ἐπὶ τὸ ὠφελεῖν τίθεται, ubi non opus esse ait Sylburgii emendatione ἐπὶ τῷ ὠφελεῖν. Hoc tamen nuper e codicibus, ut videtur, edidit Bekker. Dativus legitur infra p. 799. T. X. p. 18. Lucian. Amores 47 *, θατέρου μένοντος ἐπὶ τῷ φονευθῆναι. Plat. Apol. p. 35, οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ κάθηται ὁ δικαστής, ἐπὶ τῷ καταχαρίζεσθαι τὰ δίκαια, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κρίνειν ταῦτα; ubi tamen præpositio *conditionalem* vim exserere potest, cui unice quadrat dativus. In contrariam partem adduci possunt tritæ locutiones ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, ἐπὶ τί ἥκεις; et similia.

P. 155, not. 17. καὶ [τὸν] αὐτὸν ἀναβαλεῖν Com. Mor. Uncos sustulerunt Sav. Montef. Hujus notulam huc transferre operæ pretium est. « Hic verborum significatio perspicua est : *non enim æquale* vel *idipsum est, simpliciter remittere, et ipsum resumere.* Sed quæ vere sit mens Chrysostomi, non ita facile est intelligere. Difficultas autem in his maxime verbis versatur, καὶ τὸν αὐτὸν ἀναλαβεῖν. Si τὴν αὐτὴν ἀναλαβεῖν legeretur, idque ad ἁμαρτίαν referri posset, tunc sic exp icandum esset : *non enim idipsum est peccatum dimittere, et ipsum de medio tollere.* » Hunc excipit *Matthæius* ad locum Evangelii III, 12. « Obiter noto ad Chrys. t. VII, p. 155, Montefalconium octo, ut ait, codd. instructum frustra se torsisse in καὶ τὸν αὐτὸν ἀναλαβεῖν. Tolle solum τὸν auctoritate meorum codd., atque ita omnia sana sunt. » Mosquensibus sex addendi sunt totidem mei, qui uno ore articulum damnant. Quare non audiendus est Vir eruditissimus, *C. F. A. Fritzsche*, Quatuor Evv. tom. I, p. 141 sq., qui in Matthæium ejusque codices immerito insultans, vulgatum utcunque explicandum suscipit. Nimirum fidei Benedictinæ nimis credulus, putabat V. D. se codices contra codices, Parisienses nempe contra Mosquenses, defendere. At mihi contra cum Matthæio prorsus persuasum est, etiam in locis ubi se hæsisse profiteatur, Montefalconium codices suos vel non consuluisse, vel certe indiligenter tractasse; id quod de nostro loco probare possum. Nam Regios 666, 668, qui ex numero octo illorum codicum sunt, hisce oculis vidi; quorum in utroque articulum desiderari testor. Idem de cæteris a me non inspectis pene affirmarim.

P. 155, inter notl. 22 et 23. Pro ἐξ ἑτέρου olim vitiose edebatur ἐξαιρέτου, quod in Reg. 668 inveni; correxit Sav. Deinde in scriptura πράγματος consentiunt etiam Regii 666, 668; nec tamen alterius a me non submotæ hodie me pœnitet. Legitur tom. X, p. 183, καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων... καὶ ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν βίον παραδειγμάτων; sed p. 185, ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, ἀπὸ τῶν ἐν βίῳ πραγμάτων : quæ diversitas utrum scribarum incuriæ, an Auctoris inconstantiæ tribuenda sit, non definierim.

P. 156, ς', lin. 15. « τὸ λουτρὸν ἀπὸ τῆς ἀξίνης αὐτοὺς ὠθεῖ; *lavacrum a securi depellit eos*, id est, a comminatione securis. » *Montef. Paucas*, ut cum *Matthæio* Nov. Eclog. p. 175 loquar, *animadversiones habet Montef., sed eas omnes lectissimas :* ut vel hoc exemplo doceri potest.

P. 158, notl. 40-41. τὴν ἐλεημοσύνην προαποθου, *misericordiæ operibus abunde circumdare* Ge. *misericordiæ thesauros reconde* Arm. Similiter locutus est p. 259, πολὺν ἑαυτοῖς προαποθώμεθα ἔλεον. Nec tamen non optime quadrat codicum lectio τὴν ἀνελεημοσύνην ἀπόθου, *immisericordiam depone.* Voces ἐλεήμων et ἀνελεήμων inter se commixtas jam vidimus p. 82.

P. 158, not. 45. Formam μεθιστῶμεν, quæ apud Nostrum frequentior est, habent etiam D, E.

P. 159, η', not. 50. Vulgatum καὶ τότε καὶ ἐπὶ τῆς ἀναγνώσεως ὁδῷ βαδίζουσι τῇ ἐξ ἐκείνων, quod ne memorata quidem varietate alius ab alio traditum acceperunt Editores, nos quoque in summa codicum perturbatione intactum reliquimus. Quod si genuinum est, præpositio ἐπὶ cum secundo casu finem innuit, ad quem fiat progressio. Facile se a salebris expedivit Montef. vertens : *postea ad lectionem viam parat.* Quanto diligentius Vetus : *perque ista paulatim ad certam viam perveniunt lectionis, quæ iisdem nihilominus litteris continetur.* Nunc de libris scriptis referendum est, qui neque cum editis, neque inter se eo sentiunt, ut e sequenti tabula patebit.

καὶ τότε καὶ ἐπὶ τῆς ἀναγνώσεως ὁδῷ βαδίζουσι τῇ ἐξ ἐκείνων Edd.

καὶ τότε τῆς ἀναγνώσεως ὁδῷ, κ. τ. ἑ. D cum Regiis 668, 669.

καὶ τότε καὶ τῆς ἀναγνώσεως ὁδῷ, κ. τ. ἑ. C cum Reg. 673.

καὶ τότε τῇ τῆς ἀναγνώσεως ὁδῷ, κ. τ. ἑ. F cum Reg. 666.

καὶ τότε διὰ τῆς ἀναγνώσεως ὁδῷ, κ. τ. ἑ. E.

His inspectis magna de præpositione a librariis invecta nascitur suspicio. Nemineu autem morabitur duorum A B lectio, quæ longius a vulgata discedit· καὶ τότε καὶ ἐπὶ τὰς συλλαβὰς καὶ ἐπὶ τὴν τούτων ἀνάγνωσιν ὁδῷ βαδίζουσι τῇ ἐξ ἐκείνων.

Ibid. not. 51. Veterem lectionem ἐπ' ἄλλον στίχον a me revocatam confirmant Regii modo dicti omnes. Quoniam στοιχεῖον præcesserat, facilius ab illo ad hoc, quam ab hoc ad illum aberrari poterat. Præterea etsi recte dicitur στοιχεῖον de uno vitio, ut infra περὶ τοῦ μὴ ὀμνύναι, de pluribus simul memoratis aptius videbatur στίχος.

Ibid., not. 54. Verba de quibus ambigitur, in Regiis quoque deesse testor. Quæ tamen, si non omnino nequeant abesse, certe ad sensum maxime commoda et idonea esse nemo, opinor, negabit. Sed in tanto subsidiorum consensu magis mei moris fuisset, cancellos a Sav. et Ben. sublatos revocare.

Ibid., not. 56. Aoristum legunt etiam Oxonienses, fortasse recte.

* Ex his quæ ad hunc locum in margine interpretationis Latinæ observata sunt, liquet, ipsum articulum (etsi commodius tollatur) non obstare quominus sensus idoneus eliciatur. Edit. Patrol.

AD HOM. XII.

P. 161, lin. 3 ante not. 66. ἄφες ἄρτι. Verba S. S. enarrans Euthymius hæc habet : Παραχώρησον τό γε νῦν ἔχον, μὴ προβαλλόμενος εἰς παραίτησιν τὰ τῆς ἐμῆς ἁναμαρτησίας καὶ θεότητος· νῦν γὰρ οὐκ ἔστι τούτων καιρός. Ubi fatetur Matthæius particulam initiantem, sensu postulante, a se additam esse. Factum ejus improbat *C. F. A. Fritzsche* ad locum Evangelii cui sanissima codicum lectio videtur, si verba προβαλλόμενος εἰς παραίτησιν interpreteris, *prætextum ad aliud tempus differens.* Ubi, dum alium corripit, ipse insigniter lapsus est V. D., qui verbo προβάλλεσθαι significationem plane inauditam, et quæ τοῦ ἀναβάλλεσθαι propria est, tribuerit. Nec magis tamen Matthæii emendationem invitis codicibus (etiam Barocciano a me inspecto) admittendam puto. Quare alia via tentanda est; quam mihi videor invenisse, jungendo παραχώρησον προβαλλόμενος, *desine obtendere*

Digitized by Google

(quæ ipsa sunt verba Hentenii, veteris Interpretis). Verbis παύσασθαι, λήγειν, διαλιπεῖν similibusque participia solere a Græcis adjungi, monuit *Valckenaer.* ad Eur. Phœn. 1725. ἄπαγε τὰ πάρος εὐτυχήματ' αὐδῶν. Exemplum unum atque alterum ex recentioribus adducam. Xenoph. Ephes. 1, 14, εὐθὺς μὲν ἐκέλευσε φείσασθαι φονεύοντας. Plutarch. II, 711 D. Φείδου, εἶπεν, ὦ τᾶν, καὶ παραβαλοῦ λοιδορῶν ἡμᾶς. Apud Nostrum, tom. IX, p. 472 vulgo quidem legitur, στῶμεν οὖν λοιπὸν μὴ κατὰ κρημνῶν φερόμενοι, sed negationem a Reg. 731 abesse testatur nuperrimus Editor.

P. 162, not. 79. Ne articulum a me expulsum desideres, adi locum gemellum p. 130.

P. 165, lin. 3 post not. 98. τῆς καλύβης τῆς σῆς] τῆς σῆς οἰκίας E. ἐνενόησας] ἐπεπόθησας F invitis Interpp.

Ibid. not. 99. In prima Ed. locus sic legitur: Ὅταν γὰρ ὁ καλῶν ὁ τῶν ἀγγέλων Δεσπότης ἐστίν· τὰ δὲ διδόμενα ἀγαθὰ, καὶ λόγον καὶ διάνοιαν ὑπερβαίνει πᾶσαν. Οὐ γὰρ, κ. τ. ἑ. Savilius ex indicativis conjunctivos ᾖ et ὑπερβαίνῃ fecit; constructionem autem, quæ prius pendebat, non absurde sustentavit, periodo οὐ γὰρ... ἀπολαύσωμεν parentheseos signis inclusa. Præterea in margine pro ὅταν γὰρ ὁ καλῶν, aliam lectionem ὁ γὰρ καλῶν memoravit. Montef. ᾖ pro ἐστὶν recepit, in cæteris autem veterem secutus est, hæc monens: « Savil. et alii δεσπότης ᾖ. Morel. δεσπότης ἐστίν. Sed præstat lectio Savilii; solet enim Chrys. post ὅταν subjunctivum adhibere. » At, o bone, non solet apodosin a verbis τὰ δὲ δ. ἀ. incipere, quod hic ex tua versione eum fecisse appareret. Enimvero genuinam esse eam lectionem, quam ex uno cod. E recepi, hoc ipsum indicium est, quod verba indicativa non nisi unus codex, isque in talibus haud raro peccans, sollicitavit. Nam etsi terminationem η in ει sæpissime depravari non negarim, id de formis ᾖ et ἐστὶν minime valet. Postremo nobiscum facit Vetus, sic vertens: *Qui enim vocat, Dominus angelorum est; ea vero quæ conferuntur*, etc.

P. 166, lin. 6. Pro ἐργᾷ, vel ut in codd. scriptum est ἐργᾶ, legendum puto imperativum ἔργα, ut respiciatur Gen. III, 23. Alterum ab alio loco Gen. IV, 12, ubi Caino dicitur, ὅτε ἐργᾷ τὴν γῆν, huc venisse videtur.

Ibid., not. 9. In verbis τοῦτο ὑφέστηκε corruptelam inesse nullus dubito. In Com. et Mor. legitur [καὶ] τοῦτο ὑφέστηκε. Vetus Interpres post ἄβατον interpungit, hæc in versione addens: *quod certe constat esse verissimum.* Aut ἐστὶ in præcedenti membro, aut in hoc τοῦτο deleri codices vetant. Itaque ὑφέστηκε malim recidere, ut eamdem formam induat oratio, quam infra p. 191 videbis: Δεικνὺς ὅτι αὐτῶν τοῦτο μάλιστα ἐξαίρετόν ἐστι, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τῶν διδασκάλων ἴδιον τοῦτο. Quibus τοῦτο sic in clausula positum displicuerit, eos vel ὑφέστηκε vel καθέστηκε vel πέφυκε (vid. var. lect.) e suo addidisse verisimile est. Conjecturæ favet versio Arm. ubi hæc τοῦτο ὑφέστηκε non apparent.

P. 167, lin. 6, post not. 16. Οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδεμία F favente Ge. Cum lectione in margine notata conferri potest locus, tom. X, p. 399, ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα οἰμώζοντας, ὀδυρομένους, βρύχοντας τοὺς ὀδόντας, στρεβλουμένους εἰς τὸ σκότος ἀπάγεσθαι, κ. τ. ἑ.

—

AD ΠΟΜ. XIII.

P. 169, lin. 5 post not. 52. Aoristum ἐξετάσωμεν, quod hic multo aptius est, e cod. F recepi. Cæteri cum Edd. ἐξετάζωμεν. In alio loco p. 673, ubi similiter codices pro ἐξετάζωμεν pugnant, vulgatum non mutavi. Tom. V, p. 264, καὶ εἰ βούλεσθε, ἑκατέραν τὴν εἰκόνα ἀναπλάσωμεν. Lege ἀναπλάσωμεν, ut διαπλάσωμεν infra p. 354. Alia est ratio loci p. 231 et similium, ubi præsens unice quadrat. Non crediderim has formas a Chrysostomo confusas esse, qui ad locum Apostoli, II Cor. XII, 7, hæc scripserit: ὥστε καὶ ἐπιρρῆναι, καὶ *διηνεκοῦς* δεῖσθαι τοῦ χαλινοῦ; οὐ γὰρ εἶπεν, ἵνα κολαφίσῃ, ἀλλ' ἵνα κολαφίζῃ.

P. 171, not. 44. Lectio προπατόρων speciosior quam verior, mea quidem sententia. Eosdem paulo ante τοὺς πρώτους vocat. Nomen προπάτορες de Patriarchis, de conditoribus autem generis humani πρωτόπλαστοι usu receptum est.

Ibid., lin. 9 ante not. 46. Ἀντεπείγετο vitiose scribunt C D F et Mor.

Ibid., not. 46. Ἑαυτοὺς legit etiam C. Mox notandus est usus Chrysostomo valde familiaris, ut in apodosi enuntianda reticeatur aliquid a prægressis mente repetendum. E. g. in nostro loco plena constructio hæc foret: οὐχ ἑαυτὸν ῥιπτοῦντα εἰκῆ καὶ κρημνίζοντα, ἀλλ' ἑτέρους σώζοντα *δύναμιν ἐπιδείξασθαι δέδει.* Similia sunt p. 286: Εἰ γὰρ καὶ δέοι τοῦτον κρίνεσθαι, παρὰ τοῦ μηδὲν τοιοῦτον ἁμαρτάνοντος, οὐ παρὰ σοῦ. P. 528: Εἰ βούλει τὴν γλῶτταν ἀκονᾷν καὶ θήγειν, κατὰ τῶν σῶν ἁμαρτημάτων. Tom. IX, p. 431: Εἰ δὲ μὴ ἐξ ἀρχῆς ἔδωκε, παρὰ τοὺς μὴ βουλομένους δέξασθαι. Præiverat Apostolus ad Coloss. III, 17, καὶ πᾶν ὅτι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ. Dum hæc scribo, venit mihi in mentem alius Chrysostomi locus, ubi idem loquendi usus et librariis et Editoribus fraudi fuit. Exstat tom. X, p. 415 et totus exscribendus est. Ἀλλ' ἀμύνασθαι ἐκεῖνον ἐπιθυμεῖς; Τί οὖν ἀντ' ἐκείνου σαυτὸν ἀμύνῃ; Ὁ γὰρ τοὺς λελυπηκότας ἀμύνασθαι σπουδάζων, οὕτως ὡς ὁ Παῦλος ἀμύνασθαι ἐκέλευσεν, ἀμύνου. *Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν.* Ἐὰν δὲ τοῦτο μὲν μὴ ποιῇς, ἐπιβουλεύῃς δὲ μόνον, κατὰ σεαυτοῦ τὸ ξίφος ὠθεῖς. Ad verba πότιζε αὐτὸν, hæc monuit Editor. Ben. 2dae· « Addit idem [i. e. Reg. 739, a se, ut ipse ait, *in subsidium vocatus*] ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὸ πρᾶγμα φανεῖται ποιῶν. » Quæ verba cum nullo pacto cæteris aptari possint, olim conjeceram, codicem, qui hæc habeat, verbum ἀμύνου non habere: *idque omnino verum esse, postea ipso codice inspecto didici.* Quare, spretis scribarum interpolationibus, quæ vel inconcinnitate sua se produnt, locum sic refingo: Ὁ γὰρ λελυπηκότα; ἀμύνασθαι σπουδάζων, οὕτως; ὡς ὁ Παῦλος ἀμύνασθαι ἐκέλευσεν· *Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν.* Ἐὰν δὲ τοῦτο, κ. τ. ἑ. Post ἐκέλευσεν a præcedentibus assumendum esse ἀμυνάσθω, quivis videat.

P. 472, δ'. Lucæ verba sunt, καὶ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ, quæ absente articulo *de omni tentationis genere* necessario intelligenda esse, recte perspexit Chrysostomus. Nostrum, ni fallor, compilavit Reza ad loc. « Vix enim reperiatur ulla tentationis species, quæ vel ad diffidentiam de Deo, vel ad rerum caducarum studium, vel ad vanam sui ostentationem non referatur. » Ex recentioribus recte cepit *Schottus*, Nova Interp. N. F. sic vertens: *postquam ita omni modo tentaverat Jesum:* Critici autem fere omnes locum secure prætereunt. Ex hoc numero eximendus est *Wahlius* in Clave, tom. II, p. 271, qui *articulum præter morem abesse* perperam affirmat, huc trahens loca dissimillima Act. II, 36; Rom. XI, 26; Matth. II, 3. Jure autem mireris Middletonum nostrum, qui de articuli in N. F. usu dedita opera scripserit, locum Lucæ silentio prætertisse; præsertim cum vernaculi Interpretes male eum cepissent. Chrysostomi autem dictum et illum et tot alios fugisse, mirum non est,

Digitized by Google

cum ex Commentario ad aliud Evangelium facto petendum esset. Hanc autem observationem latissime patere Lector monendus est.

P. 172, lin. 2 post not. 55. Δώσομεν] δώσωμεν C D. δώσω F. προτκυνήσῃς] add. μοι F, add. ἡμῖν D.

Ibid. proxime ante notam 57. « Ἄγραν intelligit τὴν προσαγομένην παρὰ τοῦ διαβόλου. » *Matth.* ad Euth. tom. I, p. 130. Immo ἡ ἄγρα est ipse Diabolus. Epit. ὥστε μὴ ἐκ τούτου φυγεῖν αὐτὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ἵνα προσβάλλῃ καὶ ἡττηθῇ. Græcorum proverbium σοβῆσαι τὴν ἄγραν vel τὴν θήραν exemplis illustravit *Petavius*, Notæ in Synes. p. 8, nostri loci haud immemor.

P. 173, not. 58. Edd. omnes τὰς κατ' ἐκείνων νίκας. « Savilius suspicatur legendum κατ' ἐκείνου. Sed κατ' ἐκείνων etiam quadrat, subaudito δαιμόνων, vel (!) διαβόλων. » *Montef.* Vetus : *post confectam de diabolo victoriam*, Armen. *post tuas tentationes*. Poterat quidem κατ' ἐκείνου e bonis libris reponi ; sed longe verius est, quod in tribus codd. legitur κατ' ἐκεῖνον, unde alii κατ' ἐκείνων, alii κατ' ἐκείνου fecerunt. Verte autem : *post victorias a te ad exemplum ejus* (Christi) *partas*. Apud Euthymium quidem [etiam in cod. Barocc.] nunc legitur κατ' ἐκείνου ; sed nostrum κατ' ἐκεῖνον expressit Henricus, vertens : *postquam in modum ejus viceris*.

P. 174, ε', lin. 12. Θεοῦ] τοῦ Θεοῦ E. Pro Θεοῦ, οὐκέτι ediderunt Com. Mor. repugnantibus codd. Infra not. 76. καὶ] ἡ C D E. Sic igitur *omnes* mei.

P. 175, not. 78. Τῇ ante βλάβῃ deest etiam in D E. Recte, opinor. Vid. Floril. p. 598. Paulo post, not. 79, iidem codices rursus cum F conspirant.

Ibid., not. 81. Καὶ ante οὕτω deest etiam in C D E.

Ibid., not. 86. Similis confusio est p. 844. Εἶδες οἱ *προέδη* ; ubi vid. var. lect.

P. 176, not. 89. Κληρονόμοις τῆς οὐσίας Com. Mor. κληρονομεῖν τὴν οὐσίαν Sav. Ben. Mediam lectionem cum duobus codd. prætuli.

—

AD HOM. XIV.

P. 178, not. 13. Αὐτὸς legitur etiam apud Nicetam, contra omnes Chrysostomi codices et Versionem Latinam. Idem Nicetas infra p. 179, not. 15, veram lectionem Χριστὸν stabilit.

P. 179, not. 16. Ἀλλὰ τὸ κήρυγμα ὃ ἐκήρυττε λέγει Montef. qui vertit, *sed eadem tantum quæ ille jam dixerat*. Similiter Vetus : *sed prædicationem, quam prædicaverit ille, confirmat*. Sed talis sensus a verbis extorqueri non potest. Deleto ἀλλὰ, quod neutra codicum familia agnoscit, τὸ κήρυγμα pro nominativo habendum est. Ita fere Arm. *et nihil de se locutus in prædicatione, quam prædicaverat*.

Ibid., not. 19. Ex vulgari confusione vocabulorum ἄνθρωπος et οὐρανὸς, vel, ut in codicibus compendiose exarantur, ἄνος et οὐνὸς, orta est varietas, quam in margine notavi. Supra p. 164, pro ἀνθρώπου καὶ περιστερᾶς, *multi Mss.* οὐρανοῦ καὶ περιστερᾶς *habent*, testante nec omnino improbante Montefalconio ; ubi tamen mei omnes ἀνθρώπου recte tuentur. Plura hujus confusionis exempla dabit *Bernard.* ad Anon. Introd. Anatom. p. 134. Nunc alios vocis ἄνος rivales breviter recensebo. I. ἄνος et ναὸς permutata jam vidimus in adnot. ad p. 123. II. ἄνος et ὄνος. Vid. var. lect. ad p. 200. III. ἀνῳ (ἀνθρώπῳ) et ἄνω. Vid. var. lect. ad p. 298. Contrario errore scriba cod. Colb. 646, in loco Epist. ad Gal. IV, 26, ἡ δὲ ἀνθρώπῳ Ἱερουσαλὴμ dedit, notante *Montef.* in Pal. Gr. p. 342. Similiter apud alterum Chrysostomum Or. XVII, p. 250, pro ἀνοίας in Ed. Veneta est portentosum ἀνθρωποίας. IV. Cum πρῶτος interdum hujusmodi compendio α^{os} scribatur, ut apud *Bast.* Comment. Pal. p. 850 videre est, non mirum est librarios aliquando pro eo ἄνος dedisse. Hujus confusionis, quæ nescio an criticis innotuerit, insigne exemplum occurrit infra p. 320.

P. 180, not. 22. Copulam καὶ post ἀναχωροῦντα, quam e lectione Saviliana mutuam sumpsi, nunc non prorsus necessariam puto. Quod vero ait Montef., se Savilium et *plurimos codices* sequi, id satis mirari nequeo, cum meorum ne unus quidem illam scripturam præbeat. Addam Euthymii enarrationem. Καὶ γὰρ ἀκολουθήσαντες αὐτῷ πρὸ τοῦ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἐπανῆλθον πάλιν εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα, καὶ τὴν προτέραν τέχνην μετεχειρίζοντο, ὅτε τὸν μὲν Ἰωάννην ἴδοντες παραδοθέντα, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀναχωρήσαντα.

Ibid., not. 27. Lectionem ὠνεῖσθαι testantur etiam D E.

P. 181, not. 29. Ἀνεστοιχείου, *instauravit* Ge. *restauravit* Ben. Malim in hoc loco : *in elementa resolvebat*. Tom. I, p. 782. Καὶ τὰ φαινόμενα ἀνεστοιχειοῦντο καὶ διελύοντο, ubi itidem de diluvio sermo est. Tom. VI, p. 20 : Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἡ κτίσις ἀνεστοιχειοῦτο, *in prima elementa resolvebatur* ; quod de prodigiis in gratiam istius populi editis cum amplificatione quadam dicitur. Alterum ἀπεστοιχείου (vid. var. lect.) Græcitas ignorat.

P. 182, lin. 5. καὶ πρὸ τούτων δέ. Sic Com. Morellus autem vitio operarum καὶ πρὸς τούτων δὲ dedit. Hoc tamen expressit Montef., vertens, *ad hæc vero*.

P. 183, lin. 4 ante pag. 184. Mutato accentu φύλακας dedi cum codd. D E et Arm. pro vulgato φυλακάς. φύλακὰς (sic) B.

P. 184, not. 46. Plurale αὐτῶν de divitibus in universum intelligo. Vid. adnot. ad p. 305.

—

AD HOM. XV.

P. 185, not. 52. Edebatur τῶν χαμαὶ ἐρχομένων. « Legendum videtur τῶν χαμαὶ ἑρπομένων vel ἑρπόντων. » *Montef.* Legitur quidem χαμαὶ ἕρπειν p. 538 et sæpius. Sed Chrysostomo usitatissimum est id ipsum, quod e codd. dedi, χαμαὶ σύρεσθαι. Vid. pp. 297, 345, 505, 511, 651. Proprie dicitur de reptilibus, ut συρμὸς de serpentis *tractu*. Tom. X, p. 386, τῶν χαμαὶ συρομένων ἑρπετῶν οὐδὲν ἄμεινον διάκεισαι. Translate Greg. Naz. p. 20, ἀναμιγνύναι τὸν οἶνον ὕδατι, τὸν εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπου λόγον, τῷ πολλῷ καὶ εὐόνῳ καὶ χαμαὶ συρομένῳ καὶ ἐξιτήλῳ καὶ εἰκῇ ῥέοντι. P. 488, στρατευόμενος Καίσαρι τῷ κοσμοκράτορι τῶν κάτω συρομένων. Vulgatam lectionem non defendit Homericum ἀθανάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων ; nec magis alius Nostri locus, tom. XI, p. 608, ubi proprie dicitur : ἂν γὰρ θέλῃς, σὺ ὁ χαμαὶ ἐρχόμενος ὑψηλότερος ἔσῃ τοῦ καθημένου τὸ ὄχημα. Magis appositus est locus Heliodori III, 16, a *Jacobsio* ad Philostr. p. 569 excitatus, ubi de Ægyptiorum philosophia dicitur : ἡ μὲν γάρ τίς ἐστι δημώδης, καὶ, ὡς ἄν τις εἴποι, χαμαὶ ἐρχομένη.

Ibid. not. 53. Edd. ἀπετείνατο αὐτόν. Sed pronomen rectius abest. Nam ἀποτείνασθαι absolute positum idem valet, quod ἀποτείνειν τὸν λόγον. Vid. pp. 225, 468, 585. In alio loco, tom. X, p. 59, ubi vulgo legitur, ἐπεὶ καὶ νῦν βουλόμενος πρὸς αὐτοὺς *διατείνασθαι*, ἀναδύομαι, Auctor, ni fallor, ἀποτεί-

Digitized by Google

νασθαι dedit; quod ex verbo sequenti corruptelam traxit. Nam mihi quidem parum satisfaciunt, quæ ad vulgatum tuendum disputavit *Matthæius* Nov. Eclog. p. 279.

Ibid., not. 57. Probam lectionem, οὐδὲ γὰρ ἦν τοῦτο ἐγκώμιον, habet etiam D. « Alii οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν. » *Montef.* Vix crediderim hoc in codicibus eum invenisse, sed a margine Saviliano male intellecto sumpsisse.

P. 186, lin. 2 post not. 62. ἄνοιαν] διάνοιαν Flor. p. 270. Post octo lineas, κατεβάλλετο C, E et pr. D. Pro πρῶτον κατεβάλετο unum verbum προκαταβάλλεται habet F.

P. 187, not. 76. αὐτοῖς deest etiam in D, E.

P. 188, not. 84. Locus, ut dedi, in omnibus Edd. legitur, nisi quod πολύς ἐστιν, εἰ καὶ habent Com. Mor. In codicibus ordo duorum membrorum inversus est, quod casu accidisse argumento est copula ante posterius a pluribus omissa. Cum meo F consentit Reg. 669, προτρέπεται tamen in προτρέπων mutato; unde evadit lectio ei simillima, quam Sav. et post eum Ben. in mar. memoraverunt, πολλάκις αἰσθητὰ ἐπιτίθησιν ἔπαθλα, καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων προτρέπων. Cæterum non prætereunda est locutio exquisita, πολύς ἐστι τιθεὶς (cujus πολλάκις τίθησι mera explicatio est), vel ab Herodoto nota, IX, 91, ὡς δὲ πολλὸς ἦν λισσόμενος ὁ ξεῖνος. Adde Plutarch. I, 291 A, πολὺς ἦν πρὸς τὸν ὄγμον αὔξων τὰ τοῦ Χάρωνος ἔργα.

P 189, not. 93. τὰ πάντα ediderunt Sav. Ben. « Morel. τὰ πάντων, male. » *Montef.* Sed Chrysostomi lectoribus sæpissime obviam fiet formula τὰ πάντων, ubi ad sensum satis esset τὰ πάντα. Cf. var. lect. ad p. 340. Adde Floril. p. 453, ἂν δὲ ἡ ψυχὴ γενναία γένηται καὶ φιλόσοφος, κἂν μηδὲν ἔνδον ἀποκείμενον ᾖ, τὰ πάντων δυνήσεται μετὰ ἀδείας σχεῖν.

Ibid. not. 95. τοὺς διὰ πραγμάτων, *qui alia exhibent officia* Ge. Cf. p. 199. Theophylact. Οὐχὶ διὰ χρημάτων μόνον ἔστιν ἐλεεῖν, ἀλλὰ καὶ λόγου· κἂν μηδὲν ἔχῃς, διὰ δακρύων. Ergo ῥημάτων legisse videtur.

P. 190, lin. 6. τὴν pro ἣν legunt C, D, E, F et Erp.; sed δυνατὴν, quod tunc scribendum foret, solus habet E.

Ibid., not. 1. Particulam negativam, quæ Boisium male habuit, recte defendit Sav. In Edd. legitur οὐ τὸ μὴ στασιάζειν ἑαυτοῖς, quod ferri quidem potest, sed nostro longe deterius est. Euthym., οἱ μὴ μόνον αὐτοὶ μὴ στασιάζοντες, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους στασιάζοντας συνάγοντες εἰς εἰρήνην.

Ibid., not. 4. τὸ συναγαγεῖν habet E, sed præcedens τοῦτο omittit hic codex.

P. 191, lin. 3 post not. 7. διαβάλλουσιν, *maledicent* Ben. *obtrectabitur* Ge. Rectius vertas, *infamant* vel *reos arguunt*, nempe *ai* ἐπιβουλαὶ καὶ οἱ κίνδυνοι. Nam et res dicitur διαβάλλειν eum, qui propter illam male audit. Exempla dabit *Boissonade* ad Philostr. p. 412.

P. 192, not. 13. Lectio μακαρίζειν αὐτόν φησιν e codd. C, D, E notanda erat; quorum D, E etiam ταλανίζειν habent. Vulgatam tamen firmiter teneo.

P. 195, lin. 9. τιθέασιν. Vulgo addunt αὐτὸν, quod in meis præter B et in 5 Mosqq. deest.

Ibid., not. 35. Edd. omnes εἶδητε (sic); ubi veram vocis scripturam innuit accentus. Perperam igitur εἰδῆτε correxit novissimus Editor. Locutio μὴ τοῦτο ἴδῃς, *noli hoc respicere*, Nostro in deliciis est. Vid. pp. 197, 214, 252 et sæpius.

P. 196, lin. 2. οὕτω καὶ αὕτη ἐκείνῃ συντρέχῃ. « Αὕτη cum præcedente βίος non potest congruere; neque aliud video, quo referatur. » *Sav.* Aut ad λαμπηδόνα, aut ad remotius αὐγὴν referendum putem; nisi vocem πολιτείαν Scriptorem in mente habuisse statuas.

P. 196, not. 42. Edebatur ἑαυτοῖς. « Interpres videtur legisse ἀνθρώποις, vel αὐτοῖς. » *Sav.* ἑαυτοῖς edidit Montef, sed in versione *illos* posuit. Mox ne quis καὶ, sequente κἂν, quod primus edidi, insolenter dictum putet, ponam locum ex Flor. p. 278 desumptum: Ἐπαίνεσον πρὸς τοὺς πορόντας τὸν ὑβριχότα, καὶ, κἂν σφόδρα ὦσιν ἀνόητοι, σὲ μὲν ἐπαινέσονται, κ. τ. ἑ.

P. 198, not. 62. Vulgatum προσαπόλλυμεν ne quis solœcum putet, nonnulla exempla hujus formæ conjunctivi, veteribus quoque haud ignotæ (e. g. Plat. Phædo p. 77 B, D) e Nostri scriptis afferenda sunt. Supra p. 112, ubi Savilium secutus ἐπιδειξώμεθα dedi, fortasse præferendum erat, quod ante eum edebatur, ἐπιδεικνύμεθα. Rursus p. 226 boni codices habent, ὅταν γὰρ μήτε ἑαυτὸν διασώζῃ, καὶ σὲ προσαπόλυσι. Tom. X, p. 177, τί δέ μοι μέλει, ἂν ὁ δεῖνα σκανδαλίζηται, καὶ ὁ δεῖνα ἀπόλλυται; Tom. XI, p. 645, μᾶλλον δὲ πρὸς τὸ πολλοστὸν μέρος τὴν δουλείαν ἡμεῖς ἐπιδεικνύμεθα (ubi ἐπιδεικνύμεθα corrigit Editor Ben. 2da). Floril. p. 457, ἵνα πολλὴν τὴν ἀγρυπνίαν καὶ διηνεκῆ τὴν νῆψιν ἐπιδεικνύμεθα. Nonnulla e recentiorum scriptis exempla attulit *Stallbaum* ad Plat. l. l. Utrum, quod quibusdam criticis placuit, eadem anomalia in compositis a κεῖμαι locum habeat, mox ad p. 215 videlimus.

P. 198, proxime a not. 63. οἷον, ὁ Χριστιανός. « Ergo tempore Chrysostomi etiam Christiani nomen probro erat apud Gentiles, quemadmodum Tertulliani ævo, ut ait ipse libro primo Ad nationes. » *Montef.* Nihil unquam vidi perversius disputatum. Auctoris enim summa argumenti in hoc versatur, quod Christiani multa laude etiam apud exteros floruerint. Exclamatio autem, ὁ Χριστιανός, hunc in modum interpretanda est: *Vide quam vita ejus nomini male congruat!* Quod si tunc temporis in tanta infamia erat nomen Christianum, qua tandem ratione Julianus imperator omnia tentavit, ut hoc ipsum nomen, suppesita Galilæorum appellatione, penitus aboleret? Tertullianum quidem, duobus sæculis Nostro priorem, nihil moror.

P. 199, not. 66. Sequitur locus de fœnore veterum in primis notabilis, qui tamen ipsius Salmasii diligentiam fugisse videtur. Primum, observandum est epitheton, πρωτότυπος ὀφειλέτης (*principalem debitorem* vertit Vetus, a quo discernitur ὁ ἐγγυήτης, *sponsor*), de quo Lexicographis nihil innotuit. Deinde locutio μὴ παρ' ἐμοῦ ἥκουσας; h. e. verte ut Georgio, *numquid a me ut retribuerem audisti?* ad rem fœnebrem pertinere videtur, quanquam de hac quoque Lexica silent. Paulo post in omnibus Edd. legimus, Θεῷ ἐδάνεισας, αὐτῷ ἀπαίτει; ad quæ hæc monuit Montef. « Alii αὐτῷ ἐπίθες, alii αὐτῷ κερίθες, alii αὐτῷ ἀπαίτει. » Postremum ex glossatore profectum esse liquet; nam Græce dicitur, ἀπαιτεῖν τινα, non τινι. Ἐπίθες in nullo libro inveni, nec a Savilio notatum est. Alterum περίθες, quod summo consensu codices tenent, etsi verissimum puto, exemplis stabilire nequeo. Finitimam tamen significationem *attribuendi*, vel *partes assignandi* huic verbo inesse constat.

P. 199, not. 73. κἂν ἀργύριον δυνατὸν καταβαλεῖν. Pro δυνατὸν Boisius, Interpretem secutus, δεήσῃ reponendum censuit. Mihi quidem per breviloquentiam quandam dictum videtur pro κἂν ἀργύριον δυνατὸν καταβαλόντα διαλῦσαι.

P. 200, lin. 11. Copulam ante καθαρμάτων delent D, E, F, faventibus Interpp.

Ibid., not. 83. « Pro ὁ Χριστὸς legendum ὁ Θεός; verba enim quæ sequuntur desumpta sunt ex Vet. Test. » *Editor* Ben. 2da. Sed legem Moysi traditam *Christum* auctorem habuisse, constans est Nostri opinio Vid. pp. 210, 213.

P. 201 proxime ante τα'. ἐπ' ἀλόγῳ, *in bruto animante* Ge. Cf. quæ dixi ad p. 126.

AD HOM. XVI.

P. 205, not. 12. Ante Montefalconium edebatur διὰ τῆς ἀκτῖνος, ἧς ἀπήστραψεν ἐν τῷ σταυρῷ. Hujus adnotatio omnino exscribenda est. « Unus ἐν τῷ Θάβωρ; alii omnes Mss. Savil. et Morel. ἐν τῷ σταυρῷ, atque ita etiam legit Georgius Trapezuntius. Hic fateor me aliquamdiu hæsisse, quod tantam cernerem exemplarium auctoritatem. Verum, re accuratius perpensa, lectionem illam omnino stare non posse animadverti. Sensus enim esset, *per radios quibus effulsit in cruce*. Perperam enim Georgius vertit, *et ex sole quem crucifixus tenebris obduxit:* ad litteram enim sic vertendum, ut vel tironibus liquidum est, *per radium quo refulsit in cruce*. Quod autem in cruce refulserit, nullus evangelistarum dixit. Quapropter lectionem ἐν τῷ Θάβωρ amplectimur. » Itaque edidit, διὰ τῆς ἀκτῖνος, ἧς ἀπήστραψεν ἐν τῷ Θάβωρ. Ego contra, si vel omnes codices in Θάβωρ conspirassent, me aliquandiu hæsurum fuisse confiteor. Nam primum, mons ille transfigurationis nusquam, quod sciam, in Chrysostomi scriptis, aut Thabor, aut alio quovis nomine appellatur. Deinde valde displicet ἐν τῷ Θάβωρ sic nude positum, pro quo usus loquendi ἐν τῷ ὄρει Θάβωρ postulabat. Hæc levia; illud autem gravissimum, quod fulgor ille cœlestis, quo Salvatori in monte cum discipulis versato facies splendebat, nihil omnino attinet ad rei de qua hic agitur probationem; videlicet eum elementa arbitrio suo obsequentia habuisse. Taceo quod lectionem τῷ σταυρῷ, præter unum illum a Montefalconio visum (utinam codicem tam laudabilem nominare dignatus esset!) libri omnes tum scripti, tum editi firmiter tenent. Cum vetere autem Latino, cujus versionem carpsit Montef., prorsus consentit Arm. *per solis radios, quos in cruce obscuravit*. Horum igitur ex indiciis loci corruptela (nam corruptelam subesse manifestum est) non in voce innocenti σταυρῷ, sed in ἀπήστραψε quærenda erat. Quid multa? Codicibus inspectis, statim res ad liquidum perducta est. Nam in meis C, D, E, F (necnon in Regiis 668, 669, quorum ille Benedictinis quoque ad manum erat) diserte lego, διὰ τῆς ἀκτῖνος, ἧς (vel ἣν) ἀπέστρεψεν ἐν τῷ σταυρῷ. Ἡ ἀκτὶν, ° suppresso τοῦ ἡλίου, de solari lumine sæpissime apud Nostrum ponitur. Adi pp. 177, 195, 196. Sed quid attinet de singulis monere, cum tota locutio ex hoc ipso opere præter omnem controversiam stabiliri possit? Infra p. 762. καὶ μεγάλα ἄνω ὧν ἐπεδείξατο θαύματα, τὰς ἀκτῖνας ἀποστρέφων, τὰς πέτρας ῥηγνὺς, κ. τ. ἑ. Tandem, ni fallor, eo devenimus, ut sine sententiæ dispendio Montefalconio suum Θάβωρ remittere possimus. Sed prius quam huic notæ finem impono, notanda est portentosa Millii nostri hallucinatio, qui in Prolegomenis num. 902 hæc scripsit: « Homil. XVI in Matth. mentionem facit Chrysostomus τῆς ἀκτῖνος ἧς ἀπήστραψεν ἐν τῷ σταυρῷ Dominus noster. Ubinam vero aliquid de Christo in cruce radiante, seu etiam glorioso lumine, quod Christo pendente de cruce radiavit? A Joanne, Paulo et Petro hoc narratum ait. (!) Intelligit Evangelia seu scripta aliqua Apocrypha, quæ sub ipsorum nominibus tum temporis ferebantur. » (!!)

P. 206, not. 22. Alia lectio οὐχ εὑρίσκει οὐδὲν, a Montef. in margine allata, ex errore Savilii, οὐκ Ἔχει pro Οὐκ ἔχει scribentis, originem traxit. Similiter olim lapsus est Griesbachius in loco Joannis, a Matthæio ad eumdem loc. notatus.

P. 207, lin. 2 ante not. 33. « Morel. et quidam Mss. ὑπάρῃ; Savil. et alii ἐπάρῃ. » *Montef.* qui ὑπάρῃ calculo suo probavit. Perperam; nam compositum illud Græcia ignorat. Vid. *Valck.* ad Ammon. p. 219. Quod vero ait, *quosdam Mss.* cum Morello stare, vereor ne Savilii notulæ, γρ. ὑπάρῃ, plus æquo tribuerit. Nam hoc modo, ni fallor, Savilius de lectione prioris Ed. a se mutata lectorem monitum voluit. Commelinum autem non ex codicibus, sed operarum vitio ὑπάρῃ excudisse probabile est.

P. 209, lin. 8. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος τὸ σημαινόμενον δίκαιον ἐκεῖνον ἐκάλεσεν. Hæc verba non intellexit Vetus, vertens: *Juxta hunc modum etiam P. signanter justum vocabat*. Tu junge, κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον, *secundum hanc vocis* (δικαιοσύνης) *significationem*. Sic dicitur infra p. 488, κατ' ἄλλο σημαινόμενον. Tom. X, p. 585, καθ' ἕτερον σημαινόμενον. Mœris p. 385, Φαῦλον καὶ φλαῦρον Ἀριστοφάνης ἀμφότερα κατὰ τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου, ubi genitivum non capio.

P. 212, not. 79. Edd. τί τὸ κωλύον αἱρεῖσθαι τὴν κακίαν. « Savil. et Morel. αἱρεῖσθαι cum spiritu leni: αἱρεῖσθαι cum aspero hic non quadrat, at forte melius αἵρεσθαι. Savilius autem de industria spiritum lenem reliquit, ut ex marginali nota asserui. » *Montef.* Scilicet in margine Sav. legitur: « γρ. αἱρεῖσθαι. ἄλλ. αἵρεσθαι. » Scripturam αἵρεσθαι non vidi: αἱρεῖσθαι autem vox est nihili. Locutio ἀναιρεῖσθαι κακίαν, *vitiositatem suscipere*, quam unus meorum præbet, habet quo se tueatur (tom. II, p. 3, τῶν ἀπράγμονα ἀνῤῥημένων βίον. Tom. IX, p. 568, τὸν σαρκικὸν ἀνῤῥησθαι βίον), sed h. l. ob integressum ἀνῆρητο alio sensu positum, minus commodum est. Unice verum est αἱρεῖσθαι, quod recte perspexit Boisius, vertens: *Quid impedit, quo minus homines mali potius quam boni velint esse?* Conferri possunt loca pp. 321, 668, φύγωμεν κακίαν καὶ ἐλώμεθα ἀρετήν. In simili argumento fortius vocabulum ἁρπάζειν posuit Philo de Cherub. p. 125. Τότε ἀρετὴ μὲν ὡς βλαβερὸν φεύγεται, κακία δὲ ὡς ὠφέλιμον ἁρπάζεται.

P. 213, not. 88. μᾶλλον δὲ, τί χρὴ καὶ λέγει (sic) ἐκεῖνος καὶ οὗτος Com. Mor. μᾶλλον δὲ τί, χρὴ λέγειν, ἐκεῖνος καὶ οὗτος Sav. Hunc secutus est Montef., sublata tamen distinctione, quam post τί recte, ni fallor, posuerat Savilius. Quo facto lepidum hunc sensum extudit: *sed ut majus quidpiam* (μᾶλλόν τι) *dicamus, et illum et prophetam*. Vetus: *immo ipsum magis Deum per prophetam;* quasi legisset ἐκεῖνος διὰ τούτου, quod certe Nostro usitatius est. Vid. Hom. XXIII, init. Divortium vocabulorum τι et χρὴ confirmat Nicetas, sic scribens: μᾶλλον δὲ, χρὴ λέγειν, τί ἐκεῖνος καὶ οὗτος.

P. 214, not. 8. De verbis καὶ ἀναιρεῖν adhuc ἐπέχω. Ut enim ea propter homœoteleuton a serie excidisse verisimile est, ita e contrario a librariis quasi cumulum adjecta fuisse haud absurde conjicias; ut non reputarent de criminibus, quæ per verba patientur, non de iis, quæ ex verbis oriantur, Scriptorem hic agere. Nam voces, opinor, non necant.

P. 215 init. παρακέηται] παρακαίηται A C, cæteri autem παράκειται. Pro παρακαίηται quod in Com. Mor. legitur, παρακέηται tacite ediderunt Sav. Ben. Infra p. 606, ubi Edd. διακέηται dant, meorum duo διακαίηται, cæteri διάκειται (non ut in mar. scripsi διακεῖται) habent. Rursus p. 751 unus διάκηται alius διακαίηται, cæteri cum Edd. διάκειται tuentur. Postremo p. 771, unus περικαίηται, cæteri cum Edd. περίκειται habent. In his omnibus locis cum unus aut plures formam vulgarem κέηται præberent, (nam καίηται vitio scripturæ notissimo eodem

* Obiter moneo, in loco Juliani Ep. XVI, ubi vulgo legitur κἂν ὑπομείνωσι τὴν ἀκοὴν τὴν σὴν, non esse quod dubitet aliquis verissimam scripturam τὴν σὴν ἀκτῖνα

codd. reponere, *quia incommodum videtur in singulari positum illud nomen.* (Heyler. ad loc.) Nam hoc quidem usu nihil tritius.

redit) illam vel primus edidi, vel a prioribus editam retinui. In alio loco p. 678, ubi vulgo legitur ἵνα καὶ σοὶ ταῦτα εὖ διακείσεται, διακέηται ex uno codice admisi. Legitur quidem tom. X, p. 94, ἵνα ἑτέρος τὸ χρυσίον ἀποκέηται, sed ibi quoque ἀπόκειται habent Ed. Verom. et Flor. p. 214. Alia exempla sint tom. IX, p. 176. ἕως ἂν πρόκειται. P. 641, ὅταν διάκεινται. Tom. XI, p. 204, ἵνα διάκειτθε. Flor. pp. 432, 416, κἂν περίκειται. Apud Stobæum p. 575, 37 ubi olim legebatur ὅταν ἐπίκεινται οἱ πολέμιοι, Gaisfordius, vir doctissimus, Jacobsii conjecturam ἐπικέωνται, invitis, ut videtur, codicibus, edendam curavit. Hæc ad quæstionem ab hodiernis Grammaticis motam, (e. g. *Buttmann* Gram. Ampl. tom. I. p. 545, Ed. 2^dae), num in conjunctivis horum verborum eadem anomalia admittenda sit, quam in verbis in υμι desinentibus supra ad p. 198, notavimus, si non dirimendam, quod meæ tenuitatis non est, certe ad eam nova luce illustrandam sufficiant.

P. 216, not. 18. Οὕτω legitur in Edd. Sed hoc vocabulum, sequente ὡς, aliquando reticere solet Noster. Infra p. 404, Οὐδὲν γὰρ ἡμᾶς ἴσους Θεῷ ποιεῖ, ὡς τὸ εὐεργετεῖν.

P. 216, lin. 3 ante not. 26, καὶ οὔτε συνελόντα τὰ προκείμενα. Vetus : *et neque proposita etiam munera auferri jubet.* Montef. *nec sublato jacente munere.* Pro συνελόντα Boisio magis arrisit συλλέγοντα. Nimirum recte vidit V.D. notionem *auferendi* in verbum συναιρεῖν non cadere. Equidem vulgatum tueor, alio prorsus sensu; ut sit συνελεῖν τὰ προκείμενα *negotium susceptum celeriter conficere* : idque Arm. quoque Interpreti, Græcæ linguæ peritissimo, qui verterit, *nec re finita*, placuisse contendo. Plutarch. I. 1000 εἰ δὲ συνέλοι καὶ κατοικονομήσειε τὴν περὶ ταῦτα χρείαν, ἀνεγίνωσκε βιβλίον μέχρι τρίτης φυλακῆς.

P. 221, not. 61. Savil. κἂν ὀργὴ φλεγμαίνῃ, κἂν χρημάτων ἐπιθυμία. Morel. κἂν ὀργῇ φλέγῃ, κἂν χρ. ἐπιθυμία. Paulo post dixi, conjunctivum παραγίνηται in *Edd.* (i. e. in *omnibus* Edd.) legi; quod secus est. Nam Com. et Mor. indicativum habent, ut tamen cum cæteris locum falsa interpunctione obscurent, quippe qui παραγίνεται ad præcedentia, ταχέως ad sequentia trahant. Secundum nostram distinctionem, ad verbum παραγίνεται subintelligendum ὁ Θεὸς, ut recte cepit Vetus. Perperam Montef. *etsi tyrannicus quis alius animæ morbus* adsit (παραγίνηται).

P. 221, lin. 5 post not. 64, αἰσχύνεται *pudori esse dicit* Ben. Malim : *erubescentes inducit.* Nam pertinet ad illud loquendi genus, quo quis dicitur aliquid facere, quod fieri vel factum esse scribit, narrat, statuit, opinatur. Vid. *T. II.* ad Thomam M. p. 187 sqq.

—

AD HOMILIAM XVII.

P. 222, lin. 3 ante not. 71, ἐν καιρῷ... τηρῆσαι. Præpositio abesse potest, ut pp. 239, 384. Sed nec altera constructio a Chrysostomi usu abhorret. Tom VIII, p. 197, ἐνταῦθα ὑμᾶς ἐτήρησα, οὐκ ἐν τῷ σπόρῳ. Tom. XII, p. 212, τὴν πᾶσαν ἐν τῷ μέλλοντι ἐταμίευσε.

Ibid. lin. 3 post not. 75, τῶν γενικωτάτων ἐν ἡμῖν παθῶν, *a communibus vitiis* Ge. *a generalibus vitiis* Ben. Vocabulo, quod *domesticum*, *familiare*, vel *nativum* sonat, vertit Arm. Clem. Alex. Pæd. I, 13, init. Αὐτίκα γοῦν τὰ πάθη τὰ γενικώτατα ὧδέ πως ὁρίζεσθαι ἀξιοῦσιν οἱ φιλόσοφοι (deinde ἐπιθυμίαν, φόβον, ἡδονὴν ponit). Cf. *Schæfer.* ad Dion. H. de comp. verb. p. 16.

P. 223, not. 84, τὸ γένος ἡμῶν συγκροτῆται. Edebatur συγκρατῆται, silentibus Criticis. Verbum συγκροτεῖν, cujus usus latissime apud Chrysostomum patet, in loco simillimo posuit, tom. X, p. 106 : Ἐπαιδὴ γὰρ ὁ γάμος πρᾶγμά ἐστι σεμνὸν, καὶ τὸ γένος ἡμῶν συγκροτοῦν. Suidas : Συγκροτεῖ · συνάγει, αὔξει, συνιστᾷ, συνδεῖ, πρὸς ἁρμονίαν ἄγει, συνέχει. Hujus in locum συγκρατεῖν non raro irrepsit.

P. 224, not. 90, οἱ τὰς συνοίκους ἔχοντες παρθένους. In hos sæpius detonuit Chrysostomus, præsertim in tractatu cui titulus, Πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας παρθένους, Opp. tom. I, p. 228. Totam de his mulieribus quæstionem nuper in examen revocavit *F. A Heinichen*, Excursus ad Euseb. II. E. XIII.

P. 225, not. 93, ἁπαντώντων] ἁπάντων Edd. Lectio ἀνθρώπων a Sav. et Ben. in margine notata est; nostra autem ἁπαντώντων Criticos fugit. Permutationis satis tritæ exempla afferre nil attinet.

Ibid. not. 94, κἂν...δοκεῖ solœce ediderunt Mor. Ben. εἰ καὶ... δοκεῖ Sav. et sic Euthym. invitis Nostri codicibus.

P. 227, lin. 4. post not. 10, τοιοῦτον γὰρ τῶν Ἰουδαίων τὸ ἔθνος. « Alii τὸ ἦθος, quæ lectio non spernenda. » *Montef.* Sed monstri similis foret gens, cui *moris* sit uxores suas necare. Quadraret quidem τὸ ἦθος, sed optime se habet vulgatum, quod codices quoque sollicitari vetant.

Ibid. not. 11. Vetus : *quoniam hæc lex non principalis fuit.* Ben. *non e præcipuis esset.* Conferendus est locus, qui legitur infra p. 622, εἰ γὰρ οὗτος προηγούμενος ἦν καὶ συμφέρων, οὐκ ἂν ἐκεῖνος ἐξ ἀρχῆς ἐδόθη. Ita dicitur ea lex, quæ per se proba ac laudabilis sit, quæ sui ipsius causa, nullo ad externas conditiones respectu habito, lata sit.

P. 228, proxime ant. not. 25. Nescio quid agens Wetstenius lectionem μίαν τρίχα λευκὴν ποιῆσαι μέλαιναν Chrysostomi nomine firmaverit, alios quoque, ut fieri solet, in errorem ducens : e. g. *Kuinoel* ad loc. *Wakefield* Sil. Crit. II, p. 63.

P. 229, not. 26. Ediderunt τί οὖν; ἀφελῶ αὐτὴν καὶ διακαίωμαι; Com. Mor. τί οὖν, ἐὰν ἀφελῶ (ἀφέλω Sav.) αὐτὸν καὶ διακαίωμαι Sav. Ben. Ad Georgii versionem, *quid si eum diligo, et amore ejus inflammor?* locum sic conformavit Boisius : τί οὖν, ἐὰν φιλῶ αὐτὸν, καὶ πόθῳ διακαίωμαι; Hanc ipsam lectionem, si πόθῳ excipias, quod a Vetere, verboso Interprete, lectum fuisse non crediderim, ex optimo cod. E Chrysostomo vindicavi. Τί οὖν, ἐὰν φιλῶ αὐτόν; omissis cæteris, habet Ep. Pronomen autem αὐτὸν non de oculo intelligendum, ut iis visum est, qui in vulgatis interpretandis se torserunt (quasi Græce dici possit, ἀφελεῖν ὀφθαλμόν, *oculum eruere*), sed de amico vel cognato, cujus dulce consortium a nobis renuntiandum sit. Cf. omnino pp. 225, 234.

Ibid., not. 29. Minus caute dixi de omnibus Edd., quod non nisi de Sav. et Ben. dicendum erat. Quod autem ait Montef., lectionem Savilianam a Mss. firmari, nos e contrario Lectorem monemus, in sex nostris et totidem Mosquensibus verba ὁ λόγος non legi. Ergo, quod jam observavit Matthæius, Chrysostomus duo loca, Evangelii scilicet et Jacobi in Epist. v. 12, imprudens commiscuit.

Ibid., lin. 6 post not. 30, κνίσῃ] ita C, E, κνίσει D, κνίσεσι (sic) F. Infra p. 684, scriptura κνῖσα (cum simplici σ) in omnibus codd. legitur. In alio loco p. 766 editi quoque libri cum scriptis consentiunt.

P. 230, not. 33. In vulgata lectione hoc olim Criticos offenderat, quod αὐτῶν nihil, ad quod commode referatur, habeat. Vide Savilii et Boisii monita.

Ibid. lin. 6 post not. 33, ὥσπερ οὖν ὁ μαστὸς,

Digitized by Google

κ. τ. ἑ. Hanc periodum, cujus nexus, ut a nobis post Savilium descripta est, satis explicatus videtur, prava interpunctione misere distraxit Montef. Quin etiam novi segmenti initium a verbis οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς fecit.

Ibid., lin. 8-9 ante pag. 231, αὐτὰ βοώντων. Conjeceram αὐτοβοώντων, sed repugnantibus codicibus non contendo. Αὐτὸ *id ipsum*, de re prius memorata, amat Noster; interdum, sed rarius, pro singulari plurale adhibet. Exempla dabo ad p. 279.

P. 233, lin. 3. Pro ἐνθεῖναι, quod in Ed. Com. recte excusum est, Morelli typotheta ἐντεῖναι dedit; quod inde in Ben. illatum non correxit novissimus Editor.

Ibid., not. 57, τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον πρεσβύτην [ἐκεῖνον· τὸν Ἠλὶ λέγω] ἀπώλεσε Com. Mor. τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον πρεσβύτην, ἐκεῖνον τὸν Ἠλὶ λέγω, ἀπώλεσε Sav. Posterius ἐκεῖνον tacite suppressit Montef.

AD HOMILIAM XVIII.

P. 234, not. 60. Ad voces ἐννοήσῃς et ὄψει nihil dixit Montef.; sed ad ἀποδέξῃ, in quibusdam Mss. ἀποδέξηται legi monuit. Quis autem crediderit, in iisdem Mss. non item ἐννοήσῃ et ὄψεται, ut in omnibus meis, haberi? Sed hic plus quam suspiciones afferre possum. Nam in Regiis 666, 668 et 673, qui sunt ex numero codicum a Montefalconio collatorum ἐννοήσῃ, ἀποδέξεται (non ἀποδέξηται) et ὄψεται ipse legi. Ergo hoc quidem loco, una lectione e codicibus allata, duas alias proxime jacentes et cum altera arcte connexas neglexisse manifesto convincitur.

P. 237, not. 84. Constructio ἑαυτῷ συγχροτεῖ vix legitima esse videtur. Vulgo quidem legitur, tom. X, p. 90, οὐχ ὡς ἔτυχε κἀκείνου καὶ τῶν ἐκείνῳ μὲν συγχροτούντων, τοὺς δὲ ἁγίους ἐξουθενούντων καθάπτεται. Sed ibi quoque Regii tres ἐκείνον habent. Suidas: συγχροτεῖ· δοτικῇ. Scripsit, ni fallor, αἰτιατικῇ; nam explicat per συνάγει, αὔξει etc. Vide adnot. ad p. 223.

P. 238, not. 95. Vocem ὅμοια iterum posuit Auctor p. 239, eamdemque paulo post in Commentario respexit, verbis εἶτα καὶ προτάγων τὴν ὁμοιότητα. Adde pp. 242, 257. Tom. IX, p. 654.

Ibid., not. 98. Activum ἄρξαι, altero submoto, recepit Sav. Mediam formam legisse videtur Interpres, reddens: *ubi est injuria capta*. Sequentia sic vertit: *ne tu illam eodem pacto propellas*; ad quem locum castigator ejus Montanus hæc adscripsit: « *ut illam ulciscens æquali supplicio sis contentus.* Diversa hic erat lectio. Nam in altero Græco codice negatio μὴ deerat, cujus sententiam margini adscripsimus: quæ consentit cum his quæ scripsit in eum locum, [p. 234] *oculum pro oculo.* » Hæc a viro erudito verissime dicta prorsus neglexerunt Chrysostomi Editores. Qui negantem particulam vel invexerunt, vel invectam secure propagarunt, meminisse debuerant, Scriptorem adhuc circa imum fere virtutis gradum versari, ubi *par pari referre*, nec illatam injuriam cum usura rependere, patientiæ tribuendum sit. Hoc superato, tandem ad *tertium* gradum ascenditur, μὴ δρᾶσαι τὸν ἐπηρεάζοντα ταῦτα ἃ ἔπαθεν, ἀλλ' ἡσυχάσαι a quo quomodo distet illud, quod in secundo loco vulgo ponitur, τοῖς ἴσοις μὴ ἀμύνασθαι, equidem non video.

P. 240, ε', not. 13. Voculam τινά, a Com. et Mor. uncis inclusam, nos faventibus libris exsulare jussimus. In simili loco p. 502, κἂν ἴδῃς δεόμενον προστασίας, nonnulli codd. cum Savilio τινὰ inferserunt. Mox probam locutionem οὐκ ἐπιστρέφεσθαι, *nihil curare*, Auctori restituimus. Redibit infra p. 564.

Ibid., ε', lin. 23. γυναικῶν γάρ εἰσι μικροψυχότεροι. « Pro his verbis cod. Constantinop. habet: Οὐχ ἁπλῶς τοῦτο λέγω· ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ παρ' ἡμῖν ἄνδρες εἰσὶ μικροψυχότεροι γυναικῶν. Ἂν τοίνυν καὶ σὺ διαβαστάζοις τὸν ἀδελφόν σου, ὥσπερ τὰς τικτούσας ἐκεῖναι, τότε κ. τ. ἑ. » *Sav.* Is codex est, ni fallor, Bodl. 2943; ubi tamen ἁπλῶς δὲ pro ἁπλῶς, εἰ διαβαστάζῃς, non διαβαστάζοις, scriptum est.

P. 242, lin. 2. Vulgo jungunt τὸν στέφανον ἐπάγει, *fastigium imponit*. At hoc sensu dicendum fuerat, τὴν κορυφὴν vel τὴν κορωνίδα ἐπάγει. Formula ἐπάγει λέγων, *subjungit*, neminem morabitur. Vid. pp. 105, 270, 592. Iterum tamen in hac formula peccavit Montef. p. 624, ubi τοὺς παρθενεύοντας ἐπάγει male connectit.

Ibid., not. 35. Hic locupletem variantium lectionum segetem suppeditant codices, ut in sequenti schemate videre est.

(1) καὶ ἑτέροις δέ τισιν ὑπεσταλμένως, καὶ ἐντρεπ. Edd. et codex C.

(2) καὶ ἑτέροις δέ τισιν ὑπεσταλμένοις, ὡς καὶ ἐντρ. F. omisso in proximis τῷ λόγῳ.

(3) καὶ τοῦτο δέ τισιν ὑπεσταλμένως, καὶ ἐντρεπ. A.

(4) καὶ τοῦτο δέ τισιν ὑπεσταλμένας, ὡς καὶ ἐντρ. E.

(5) καὶ τοῦτο δέ τισιν ὑπεστήσατο, ὡς καὶ ἐντρ. D [ὥστε pro ὡς, B].

(6) καὶ τοῦτο δέ τισιν ὑπεστήσατο, ἐνταῦθα δὲ καὶ ἐντρ. Bodl. 2943.

Scripturam, quam quintam posuimus, in margine memoraverunt Sav. et Montef.; sextam a codice suo Constant. protulit Sav. Vetus Interpres hæc habet: *et in aliis quibusdam simili brevitate perstrictis. Sæpe autem cohortatorio* etc. Montef. *et in aliis quibusdam remissius hortando* etc. Equidem, subductis iterum atque iterum rationibus, vulgatum sanissimum puto, hac lege, ut ad v. ἑτέροις non λόγοις, quod Interpretibus placuerit, sed ὀνόμασι, (scilicet τελῶναι, ἅλας, ἐλάχιστος) subintelligendum sit. Adverbium autem ὑπεσταλμένως ad sequentia κέχρηται τῷ λόγῳ, virgula post τισὶν posita, retrahendum, ut in simili loco, p. 208, ὑπεσταλμένως τέως κέχρηται τῷ λόγῳ. Particulam ὡς, quæ in nonnullis apparet, ex correctione vocis ὑπεσταλμένοις natam esse quivis videt.

AD HOMILIAM XIX.

P. 244, lin. 7 ab init. homil., τὴν παρυφισταμένην. « Vox, opinor, singularis, qua significatur, pestem illam vanæ gloriæ subrepere, et bonum opus corrumpere. » *Montef.* Vim commentus est V. D. quæ verbo non inest. Simplicius Vetus: *quæ illi importune assistere consuevit.* Παρυφίστασθαί τινι est *obiter cum aliqua re subsistere*, ut tam in malam quam in bonam partem dicatur. Noster Tom. XI, p. 231: Δοκεῖ γάρ πως παρυφεστάναι τὰ ἐναντία, ὥσπερ τῷ σίτῳ τὰ ζιζάνια, καὶ τῷ ῥόδῳ αἱ ἄκανθαι. Forma activa legitur infra p. 293. Plura dabit *Matthæius*, N. T. tom. I, p. 62, ubi synonyma fere παρακολουθεῖν et παραφύεσθαι excitat.

Ibid., not. 48. Pro vulgato δυσφορωτάτου ingeniosam conjecturam δυσφωράτου vel δυσφωρατοτάτου proposuit Bois. Illud ex uno cod. recepimus, hoc olim habuit Bodl. 2943, ubi nunc δυσφορατοτάτου legitur. Vetus, *insidiosissimo*. Serpius in his

Digitized by Google

vocabulis lapsi sunt librarii; e. g. Plutarch. II, p. 51, ubi hæc apposite ad nostrum locum scripsit Wyttenbachius : « δυσφώρατος] Ter in hoc libro occurrit, ubique magna cum varietate. Hic plurimi libri δυσφωρότατος, C, E, F, Mosc. 1, 2, Voss.; at Harl. 1, Turneb. δυσφορώτατος : tum Venet. a prima manu δυσφωρότατος vitiose : deinde D et Venet. a 2da manu δυσφωρατότατος. Reliqui cum vulgata consentiunt. Δύσφωρος item probum est vocabulum, ut εὔφωρος, κατάφωρος. περίφωρος; nec minus δυσφώρατος probum, et usurpatum in positivo quidem gradu, sed in superlativo magis δυσφωρότατος a δύσφωρος, quam δυσφωρατότατος a δυσφώρατος usitatum fuisse dicam. » Cæterum ut olim Noster, sic nuper locum Evangelii interpunxit *G. Wakefield* Sil. Crit. V, p. 7. Infra tamen p. 259, ubi Interpretem, non Oratorem agit Chrysostomus, locum vulgari modo cepisse videtur.

P. 249, not. 84. Edd. τὸ δοκεῖν ἀπειρημένοις ἀνθρώποις ἐξομοιοῦσθαι. *desperatis hominibus* Ge. Ben. Τὰ ἀπειρημένα sunt *res interdictæ*; οἱ ἀπειρημένοι nullo, opinor, sensu dicatur. Verba Nostri p. 272, ταῦτα γὰρ τῶν σφόδρα ἀπειρημένων ἦν male cepit Vetus, vertens : *hæc enim desperatorum hominum professio est*. At desperati homines Nostro sunt οἱ ἀπεγνωσμένοι tom. IX, p. 702, tom. X, p. 406. In nostro loco ἀπερριμμένοις conjecit Savilius, quod ex codice recepi. Alius, Reg. 669, ἀπεριμμένοις (sic) habet. Vocem ἐρριμμένος sæpius in codd. cum simplici ρ aut μ scribi, satis notum est.

Ibid., δ', lin. 7, τὸν ἀνελεῆ καὶ ὠμόν. Sic codd. et Edd. omnes. Supra autem p. 201 bis legitur ἀνηλεῶς καὶ ὠμῶς; ubi in nullo codice aut ἀνελεῶς, aut quod in Edd. perperam excusum est, ἀνιλεῶς inveni. Rursus p. 760, ἀνελεῆ sine varietate legitur. In locis, quæ sequuntur, pp. 402, 616, 789, 809, ubi eadem formula ὠμὸς καὶ ἀνηλεὴς redit, inter ἀνηλεὴς et ἀνελεὴς mire fluctuant tum scripti tum editi libri : ut difficile sit, utra scriptura quoque loco præferenda sit, pro certo definire. Nisi mavis ad sententiam Bastii, Viri eruditissimi, accedere (ad Greg. Cor. pp. 163, 880. Ed. Schæf. et in Adversariis ad calcem Lex. Scapulæ, Ed. Oxon.) vocabula ἀνελεὴς et ἀνελεῶς; omnino falsa et Græcis ignota esse statuentis. Quod Passovio tamen in Lex. s. v. ἀνελεὴς non probavit.

Ibid., lin. 6 post not. 88, οὕτως οὖν προσεύχεσθε κ. τ. ἑ. « Latini male hic alterius Homiliæ [xx] faciunt principium, cum apud Græcos ejusdem sit continuatio. » *Montanus*. Inde evenit, ut Homiliæ sequentes duplici numero in Edd. Græco-Latinis gaudeant; e. g. Hom. xx, al. xxi. — *Cfr. quæ ad interpretationem Latinum notata sunt.* Edit.

P. 251, ε', lin. 20-21, φθάσαι τὴν ἀκρίβειαν insolentius dictum esse pro φθάσαι εἰς vel πρὸς τὴν ἀκρίβειαν monuit Sav. Codices tamen nihil mutant. Infra p. 429 præpositionem ab uno cod. F abesse, oblitus sum monere.

P. 252, lin. 7, τὸν ἐπιούσιον, τουτέστι, τὸν ἐφήμερον. Alio loco tom. III, p. 30 diversam hujus vocis interpretationem iniit Chrysostomus : ἄρτον ἐπιούσιον, τουτέστιν, ἐπὶ τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος διαβαίνοντα, καὶ συγκροτῆσαι [male hæc exscribens συγκρατῆσαι dedit *Kuinoel* ad loc. Evangelii, quem alii secuti sunt : cf. quæ ad p. 225 dixi] ταύτην δυναμένην. Sed Homiliam illam inepti cujusdam consarcinatoris opus esse, quidquid contra dixerit Montefalconius, nullus dubito.

P. 252, lin. 6 post not. 5, ὅτι γὰρ πιστοῖς κ. τ. ἑ. Solis initiatis oratione Dominica licebat uti. Vid. tom. X, p. 455, ubi de Catechumenis ait, οὐδέπω γὰρ εὐχὴν ἔχουσι τὴν νενομισμένην καὶ εἰσενεχθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ. Idem nos docuit Theodoret. lib. v, cont. Hæret. : Ταύτην δὲ τὴν προσευχὴν οὐ τοὺς ἀμυήτους, ἀλλὰ τοὺς μυσταγωγουμένους διδάσκομεν. Οὐδεὶς γὰρ τῶν ἀμυήτων λέγειν τολμᾷ, *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, μήπω δεξάμενος τῆς υἱοθεσίας τὸ χάρισμα. Quem locum excitavit *Petavius* ad Synes. Notæ p. 9. Cæterum in proxime sequentibus errorem Novatianorum, qui lapsis post Baptismum pœnitentiam negarent, ab Auctore perstringi, monere voluit scriba codicis E, in margine notans, Κατὰ Ναυτιανῶν (sic).

P. 253, lin. 15 post not. 14, λαβόντες... σωτηρίαν. « Cod. Const. sic legit hunc locum : λαβόντες τέκνα γενέσθαι Θεοῦ, αὐτοὶ φαινώμεθα τὴν ἡμῶν προδιδόντες εὐγένειαν. » *Sav.* Sic Bodl. 2934, sed omisso ante ἐξουσίαν articulo.

Ibid., not. 15, διδάσκων [οὐ] παραιτεῖσθαι Com. Mor. et sine uncis Ben. Savilius eam ipsam lectionem edidit, quam nos e cod. F retulimus, nisi quod particulam μὲν pro μὴν imperite scripsit. Negationem a librariis invectam esse certissimum puto. Cf. Hom. xiv, init. Verba Euthymii sunt : Διὰ τοῦτο, μὴ ἐπαγομένων μὲν τῶν πειρασμῶν, παραιτητέον αὐτούς· ἐπαγομένων δὲ, ἀνδριστέον.

P. 254, not. 19. Cum meis E, F consentit Reg. 669. Verba e S.S. allata solenniter excipit particula οὐκοῦν, qua viam ad animadversiones suas paret Interpres. Fas sit mihi locum exscribere ex Homilia, pulcherrima sane, sed vitiosissime a Benedictinis ex uno cod. edita, tom. VI, p. 281 : « Ὁ δὲ ἔφη · Ἐπειδὴ βλέποντες οὐ βλέπουσιν. » Οὐκοῦν ἐπειδὴ μὴ ἰδόντες ὑμεῖς εἴδετε, ἀναγκαῖον μὴ ἐν παραβολῇ εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς. Καί, « Ἐπειδὴ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν. » Οὐκοῦν ἐπειδὴ ὑμεῖς μὴ ἀκούσαντες, ἀκούετε νῦν οὐκ ἔλαττον, ἢ εἰ τότε ἠκούσατε, ἀναγκαῖον ὑμᾶς μὴ ἀποστερῆσαι τῆς τραπέζης ταύτης. [Lacuna, quam post ἀκούουσιν asteriscis positis indicavit Montef., nulla est. Mox, ubi in cod. scriptum ἢ τότε ἠκούσατε, mendum, quod in v. ἠκούσατε suspicabatur Montef., nos levi mutatione sustulimus.] Cæterum verba loci laudati cum serie orationis commixta haud raro Editores fefellerunt. E. g. tom. X, p. 437, vulgo legitur, Ὁ αἰσχρολογῶν ἆρα οὐκ ἔχει ἔνθεον νοῦν, οὐδὲ ὁ εὐτραπελίᾳ καὶ γέλωτι χαίρων, σώφρονα λογισμόν. Καὶ τί ποτε κ. τ. ἑ. Corrige οὐδὲ ὁ εὐτραπελίᾳ καὶ γέλωτι χαίρων. « Σώφρονα λογισμόν. » Καὶ τί ποτέ ἐστι σώφρονα λογισμὸν ἔχειν; Nam in eo est Scriptor, ut clausulam ex prece pro Catechumenis desumptam, ἵνα αὐτοῖς δοίη νοῦν ἔνθεον, σώφρονα λογισμὸν, καὶ ἐνάρετον πολιτείαν membratim exponat.

P. 256, η', lin. 7. Edd. omnes, ὅταν ἡνίκα ἐξιλεοῦσθαι· αὐτὸν δέῃ, καὶ τότε αὐτὸν παροξύνῃς, altera lectione prorsus celata. Pro vulgata stant Interp. Arm. et Flor. p. 277; in qua illud tantum displicet, quod ἡνίκα sine ἂν cum conjunctivo construitur. Eam, quam e codd. revocavi, in suo habuit Vetus, sic vertens, *etiam in ipso tempore, quo Deo supplicas, eumque tibi propitiari cupis*. Librarios in errorem duxit forma secundæ personæ minus vulgaris ἐξιλεοῦσαι, quam in ἐξιλεοῦσθαι mutare proclive erat. Infra p. 364 pro στεφανοῦσαι, quo nihil sanius, στεφανοῦσθαι correxit *Matthæius*, Nov. Eclog. p. 168, alterum operarum vitio tribuens. Postea veriora edoctus, p. 198, plura dedit hujus formæ exempla. In nostro opere notanda sunt καρποῦσαι p. 263, διορθοῦσαι pp. 344, 356, ἐκθηριοῦσαι p. 441. In alio loco p. 737 τιμᾶσαι pro vulgato τιμᾷ ex omnibus codd. recepi. Vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 360.

Digitized by Google

AD HOMILIAM XX.

P. 262. not. 89. Vulgatum ὑπερεχομένων tandem in Reg. 668 inveni.

P. 263, not. 94. « Savil. et quidam alii, καὶ γὰρ ἀνδραπόδου παντὸς ὁ τοιοῦτος διακείσεται χεῖρον, τυραννίδα χαλεπωτάτην ἐπισπώμενος, καὶ τὸ πάντων κ. τ. ἑ. Morelli lectio, quam retinemus, καὶ γὰρ ἀνδραπόδου παντὸς ὁ τοιοῦτος χαλεπωτάτην ἐπισπᾶται τὴν δουλείαν, καὶ τὸ πάντων κ. τ. ἑ. perinde quadrat : utra sit melior, asserere difficile est. » *Montef.* At pace Viri eximii, Morelli lectio prorsus hiulca et mutila est, ut nullo pacto cum sequentibus cohærere possit. Sed fac utramque *perinde quadrare:* tunc ad codices et Veterem Interpretem provocandum erat, de quibus Montefalconius οὐδὲ γρύ. Nos autem h. l. septem codices diversarum recensionum una cum Interpretibus Lat. et Arm. in subsidium vocavimus; quos omnes uno ore Savilio suffragari affirmamus.

Ibid., not. 95. Edebatur ὥσπερ κύων τάφρῳ πρόσδεδεμένος, altera lectione ad marginem ablegata. Quorsum et qua ratione canis *fossæ* alligetur, scire pervelim. De canibus sepulchrorum custodibus nihil quod sciam ex vetustis monumentis compertum est; sed multa quoque alia ad veterum mores vitamque domesticam spectantia Chrysostomus in vasto scriptorum suorum thesauro servavit, quæ aliunde frustra quæras. Quod ad nostram rem attinet, notissimus est mos, defunctorum corpora magnifico vestitu indutа, auro gemmisque ornata, conditoriis inferendi. Inde orta est nova facinorosorum (Græci τυμβωρύχους vocant) impietas : de qua re exterorum Scriptorum classica sunt loca, Charit. Aphrod. I, 6; Xenoph. Ephes. III, 8. Nostri unum e pluribus locum apponam, qui exstat tom. IV, p. 746 : Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ δεινὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοὺς τῶν τοιχωρύχων ἀνοίγει ὀφθαλμούς... Τὸ μὲν γὰρ σῶμα τοῦ πένητος οὐκ ἂν τις ἕλοιτο γυμνῶσαι λοιπόν· ἡ γὰρ εὐτέλεια τῶν ἱματίων φυλακὴ τῇ περιβολῇ τοῦ σώματος γίνεται. Ἐνταῦθα δὲ κλεῖθρα καὶ μοχλοὶ καὶ θῦραι καὶ φύλακες, καὶ πάντα εἰκῇ καὶ μάτην, τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας τοὺς τὰ τοιαῦτα κακουργεῖν ἐπισταμένους πάντα τολμᾷν ἀναπειθούσης. [Pro τοιχωρύχων credibile est Auctorem τυμβωρύχων scripsisse, quod alias quoque alteri cedere coactum est. Vid. var. lect. ad p. 176.]

Ibid., not. 98. Hallucinatur hic quidem Montef.; nam Parisienses, quibus utor, cum meis et Mosqq. conspirant. Hi autem sunt Regii 666, 668, 675.

P. 266, lin. 2, οἷον ἂν εἴ τις πάθοι. « Deleo εἰ. » *Bois.* Id mihi quoque prorsus necessarium videtur; in codd. tamen omnibus legitur. Scribis fraudi fuit formula solemnis, οἷον ἂν εἰ. Similiter p. 273 εἰ post ὡς ἂν in Edd. irrepsit.

AD HOMILIAM XXI.

P. 269, not. 42. [τοῦ] ἑνὸς Com. Mor. τοῦ ἑνὸς Sav. Ben. Articulum, qui etiam in loco S. S. Homiliæ præfixo desideratur, cum codd. uno excepto omnibus delevi. Quod vereor ne bilem moveat Viro doctissimo *C. F. A. Fritzsche*, qui ex hoc Nostri loco, ut vulgo repræsentatur, et uno Evangeliorum non optimo codice articulum arripuit, et in textum N. F. per fas et nefas invexit. Infra p. 270 nescio quid eidem V. D. in usu verborum, τοῦτο· ποῖον; displicuerit, ut locum sic refinxerit : διὰ τοῦτο, οἷον, τὸ τῆς ζημίας ἄφατον. Nam utrum τοῦτο an διὰ τοῦτο scribatur, hoc quidem parum interesse putem; qui autem ποῖον in οἷον migrare jusserit, is locum depravasse, non sanasse, censendus est, ut allatis exemplis patebit. Tom. X, p. 193, τούτων· ποίων; pp. 117, 234, διὰ τοῦτο· ποῖον; Adde Euthym. Tom. I, pp. 729, 891, 945. Theoph. ad Matth. x, 5, τούτους· ποίους; quod aliter dixit Noster, infra p. 369, ποίους τούτους; (Sic pro ποῖα πάντα p. 576 inverso ordine, πάντα· ποῖα; dedit Euthym.) Data occasione, emendabo duo alia Chrysostomi loca, quæ nunc levibus vitiis laborant. Tom. X, p. 390 : Διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· « Οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. » Οὕτω πως ἐν διαφορᾷ πολλῇ. Ultima sic legenda : Οὕτω· πῶς; Ἐν δ. π. Tom. XII, p. 154, « τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ, ἑαυτὸν ἀνενέγκας. » Τοῦτο ποιῶν, ἐνταῦθα κ. τ. ἑ. Lego, Τοῦτο· ποῖον; Ἐνταῦθα κ. τ. ἑ.

Ibid., lin. 6 post not. 45, πῶς ὁ Ἰὼβ εὐδοκίμησε. Vetus : *quomodo etiam* Jacob *placuit Deo;* quem sic correxit Montanus : *quomodo etiam* Jacob *splendidus et celeber fuit.* Uterque igitur in codicibus, quibus usi sunt, Ἰαχὼβ scriptum invenit. Idem margini suo adscripsit Sav. Vulgatum summo consensu tuentur cum Epit. et Interprete Arm. omnes mei. Solus A qui paulo post Ἰὼβ vulgari modo exaratum habet, hic Ἰῶβ sic scriptum præfert; quod tamen alibi cum in aliis monosyllabis, tum in hoc ipso nomine factum vidi. Certe nomen Ἰαχὼβ ex numero eorum, quæ per compendium scribantur, non credo exstitisse.

P. 270, not. 48. Ἐκπίπτει vel ad ἡ ψυχὴ referendum; vel, quod verius puto, Scriptorem a pluribus ad unam personam per incuriam delapsum esse statuendum.

P. 271 proxime ante et post not. 53, lin. 8 post 55, ἐκ τῶν ὑπηργμένων ἡμῖν ἤδη; *ex iis quæ in nobis sunt*, vel, *quæ in nobismetipsis gerimus*, verterunt Interpp. Latini. Malim, *ex iis quæ jam antea nobis exhibuit Deus*, vel simpliciter, *ex præteritis*. Mox τὸ δὲ σῶμα καθ' ἑκάστην ἐπιδίδωσι τὴν ἡμέραν, caveant tirones, ne cum Montef. vertant, *corpus vero dat* (sc. Deus) *quotidie :* nam ἐπιδίδωσι nil nisi *augetur* significare potest.

Ibid., not. 55, τούτου, ut magis Chrysostomicum, receptum est. Vid. p. 686, ubi οὗτος δὲ pro ὁ δὲ post Savilium recepi. Tom. X, p. 41, τὸν μὲν γὰρ ἴσως ἐνόμιζον ἑαυτῷ δόξαν κτώμενον ταῦτα ποιεῖν, τούτους δὲ καὶ μειζόνως ἂν ἐμίσησαν; ubi laudo Editorem Ben. 2^dae^, τούτους ex codd. pro τοὺς revocantem. Ibid. p. 389, καὶ τὰ [τὸ?] μὲν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀπήρτισε, τούτου δὲ ἄρχεται νῦν.

P. 273, proxime ante not. 74-75, τελωνείαν] Sic D. E. F quod formæ τελωνίαν præstat. Infra p. 348 hanc formam ex omnibus codd. uno excepto A excudendam curavi.

AD HOMILIAM XXII.

P. 275, proxime notam 87, ἀλλὰ δι' ὅλης τῆς βασιλείας αὐτου : et mox, ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. At in initio Homiliæ vulgari modo scripsit, ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ. De hac diversitate, quæ quidem magis ad miram Chrysostomi in locis S. S. laudandis negligentiam illustrandam, quam ad textum N. F.

Digitized by Google

recte constituendum pertinet, prorsus silent Critici sacri.

P. 276, not. 91. Codices τιμήσειεν, confusione satis frequenti. Vid. var. lect. ad pp. 173, 337. In nostro loco littera ε finalis a prima vocis sequentis arrepta est.

P. 278, not. 5. Glossema manifestum μεριμνῶμεν omnes Edd. occupavit, ut tamen ipsa glossa in margine delitescat. Infra p. 660, Μὴ δὴ πτωχεύωμεν, ubi Vetus : *non simus igitur ita pauperes animo.*

Ibid., not. 7. Edebatur οὐδὲν μετὰ τῶν διδομένων. « Boisius et Interpres legendum censent, οὐδὲν μέγα. » *Sav.* « Hic locus non videtur sanus esse. Savilius suspicatur legendum, οὐδὲν μέγα. Sed hac facta mutatione locus non melius habere videtur. » *Montef.* Interpretis verba sunt : *horum quæ in præsenti dantur, nihil esse omnino magnum, si futurorum magnitudini comparentur.* Olim quidem ferri posse vulgata putabam, si verba μετὰ τῶν διδομένων vertas, *cum iis quæ dantur*, (non ut Montef. *inter ea quæ dantur*) i. e. inclusis omnibus rebus, quas ad vitæ solatium petentibus dat Deus. Sed quoniam μέγα codicis auctoritatem nactum est, id libenter amplector.

Ibid., not. 8. καταναλίσκων σαυτὸν Edd. Magis Chrysostomicum est, quod dedi, καταναλίσκων αὐτὴν (sc. τὴν σπουδήν). Vid. p. 297. Flor. p. 127, εἰς τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν τὴν προθυμίαν καταναλώσωσιν ἅπασαν.

P. 279, not. 18-20, αὐτὰ pro αὐτὸ ex omnibus libris recepi : *hæc ipsa* Ge. Cf. quæ ad p. 230 dixi. Similia sunt p. 269, εἶτα ἐπιτείνων αὐτά, φησίν (ubi Sav. contra librorum fidem αὐτὸ edidit); p. 274, Ὅτε αὐτὰ κατεσκεύασεν; p. 500, εἶτα ἐπιτείνων αὐτά (ubi in Edd. et uno cod. αὐτὸ legitur). Dionys. Hal. de comp. verb. in fine : Τοῦθ' ἕξεις δῶρον ἡμέτερον, ὦ Ῥοῦφε, πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων, εἰ βουληθείης ἐν ταῖς χερσὶν αὐτὰ συνεχῶς ἔχειν; ubi vulgatum defendit Schæfer.

P. 282, not. 39. Vocula μὴ cum in sedem non suam casu migrasset, codicibus, Editionibus et Versionibus turbas dedit. Com. et Mor. εἰ καὶ [μὴ] διὰ τὸ μὴ εἶναι φ. Sav. εἰ καὶ μὴ διὰ τὸ [μὴ] εἶναι φ. Ben. εἰ καὶ μὴ διὰ τὸ μὴ εἶναι φ. Arm., *non quia amicus es*; sed in mar. *non quia amicus non es.*

Ibid., not. 42, κατεδηδοκὼς [ᾖς καὶ καταναλωκὼς] Com. Mor. Cum editis facit Auctor Floril. p. 59.

P. 283 init. Προσέλθωμεν [τοίνυν] εὐκαίρως καὶ ἀκαίρως Com. Mor. et sine uncis Ben. Locum, ut in omnibus codd. legitur, jamdudum repræsentaverat Sav.

—

AD HOMILIAM XXIII.

P. 285, not. 60. Locus sic vulgo legitur : ἀλλὰ τοὺς ὑπὲρ ἑαυτοὺς μὴ κρίνειν, καὶ δι' ὑπόθεσιν ὡμολογημένην, ἀλλὰ περὶ τῶν κρυπτῶν καὶ ἀδήλων, οὐχ ἁπλῶς τοὺς ἁμ. μὴ διορθοῦν. Solus Sav. verba ἀλλὰ περὶ τῶν κρυπτῶν καὶ ἀδήλων uncis inclusit. Nunc de codd. monendum est. Verba περὶ τῶν κρ. καὶ ἀδ. in omnibus desiderantur : etiam ἀλλὰ a tribus D, E, F abest, alius C καὶ pro ἀλλὰ habet. In tribus, ut dixi, μὴ ante διορθοῦν male excidit. Ad perfectam loci sanationem cum unum tantum deesset, nempe particula, quæ voci ὡμολογημένην contrariam qualitatem indueret, in subsidium venit optimus codex E cujus scripturam ad minimum apicem textus noster exhibet. Quid autem Scriptor hac locutione δι' ὑπόθεσιν μὴ ὡμολογημένην significare voluerit, verbis idem sonantibus περὶ τῶν κρυπτῶν καὶ ἀδήλων glossator nescio quis indicavit. Locum, ut a nobis emendatus est, accurate expressit Vetus : *sed eos qui audebant judicare meliores, et in causa non manifesta : non enim vetuit eos corripere peccantes.*

P. 287, γ', lin. 5-6, καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις (omisso τὸ) F, et sic ante Montef. edebatur.

Ibid., not. 81. Verba καλυπτέσθωσαν φησὶν ἵνα etiam a Regiis 666, 668, 669, 673 abeunt. Vetus : *Quia vero discere illa naturali ratione non possunt, saltem præ ignorantia revereantur.* Unus meorum, ut dixi, κἂν ἀπὸ τῆς ἀγνοίας αἰδεσθήτωσαν præbet; qui tamen codex plura emendatoris indicia præ se fert.

P. 289, δ', lin. 11, ἐνεγγυήσατο C, E, F et pr. D.

Ibid., not. 90. Si sana sunt vulgata, notanda est locutio rarissima γίνεσθαι πρός τι, *alicui rei intentum, in aliquo opere occupatum esse.* Diog. Laert. VI, 25: Ἀλλά, νὴ τοὺς θεούς, φησὶ, Διόγενες, κἀκεῖ τὰ πολλὰ πρὸς ἐλάας καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγενόμην. Paulo usitatius est, γίνεσθαι πρός τινι, eodem sensu. Demosth. p. 287, 4, ἦν πρὸς τῷ σκοπεῖν, ἀλλὰ μὴ φιλονεικεῖν περὶ ὧν ἂν λέγω γένησθε. Dicitur etiam εἶναι πρός τι vel πρός τινι. Plutarch. II, p. 47, πρὸς τὸ μαθεῖν καὶ περιλαβεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ χρησίμως λεγόμενον ὄντες; ubi videndus est Wyttenbachius. Julian. in laudem Constant. Orat. init., τοῖς πρὸς τοὺς πολιτικοὺς ἀγῶνας καὶ τὴν ποίησιν διατρίβουσιν; ubi quædam mendum *Schæfer.* Præf. p. IV.

P. 290, ε', lin. 9. Clausulam οὐδέπω γὰρ ἦν ἐκβεβηκὸς non agnoscit F. Paulo ante, « verba οὐδὲ εἰς μέσον... παρουσίαν loco movet Cod. Const. [Bodl. 2934], locatque post χαριεῖται. » *Sav.* Idem codex Bodl. θελήσας pro σπεύσας dat, et οὕτω in eodem membro omittit.

P. 291, not. 4-10. Lectionem τί στενὴ haud cunctanter recepissem, nisi omnes Mosquenses, teste Matthæio, contra stetissent. Nam in alio loco, Tom. XI, p. 492 ita diserte laudat Noster; imo etiam particulam in rem suam convertit : Οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ὅτι Στενὴ ἐστιν, ἀλλὰ μετὰ θαυμασμοῦ, « Τί στενὴ ἡ ὁδός· » τουτέστι, σφόδρα στενή. [Sic enim legendus est iste locus, tum ex codicibus (vide *Matthæi.* ad I Thess. V, 8), tum ex Eclogis, Tom. XII, p. 743. In Edd. ad hunc diem perperam ὅτι pro τί excusum est.]

P. 294, not. 39. Ταῦτα δὲ καὶ διὰ τοὺς ἁπλῶς κ. τ. ἑ. Com. Mor. Ben. qui in cæteris mecum consentiunt. Præpositionem quam in nullo libro invenî, jure exterminavit Sav. Codicum discrepantia, quæ in h. l. summa est, sic facillime explicari posse videtur, si ponas ab Auctore scriptum fuisse, Ταῦτα δὲ καὶ τοὺς ἁπλῶς διαβάλλοντας ἐπιστομίζων, καὶ τῶν κακηγόρων χαλινῶν τὰ στόματα; suppresso verbo λέγει vel ἔλεγε, quod etiam a nonnullis libris abest. Obiter noto, lectionem codicis A minus accurate a prioribus Editoribus descriptam esse, cum ex illorum relatione verbum ἔλεγε ab hac lectione abhorrere non constet.

P. 295, not. 46. Scriptura εἰδῶμεν, quæ fortasse non sollicitanda erat, ab uno codice B firmari potest. Contra pro ἴδωμεν pugnant Ep. et Flor. p. 418. Sed καὶ ante Παῦλος, quod sententiæ plane contrarium est, pariter omnes damnant.

Ibid., not. 47, τοῦτο om. C, D. Mox ποτε deest in D. Pro μονογενὲς in duobus codd. D E, μονογενῆ scriptum est, ut in alio loco, p. 775, codices tantum non omnes ἐναγῆ pro vocativo venditant.

Ibid., not. 50. Edd. ἐδέξιώσατο. « Quidam habent ἐδίωξεν contraria omnino sententia. » *Montef.* Itane, Vir optime? Num memoria tibi excidit Theocriteum, καὶ φεύγει φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκει? vel quod ei simillimum ipse Chrysostomus dixit, supra p. 138, τὸν μὲν γὰρ φεύγοντα διώκειν εἴωθε, τὸν δὲ διώκοντα φεύγειν. Phavor. διώκω, τὸ ποθῶ· φεύ-

Digitized by Google

γω, τὸ μεσῶ· ὡς ὁ θεόλογος· Φεύγεις διώκοντας ἡμᾶς. In nostro loco ἐδίωξε, et paulo ante γλυκὺν pro γαληνὸν habet Flor.

P. 297, not. 70. Edebatur τοὺς ὑπὸ δεσμὰ ἐκβαλλέτω, et p. p. τοὺς ἐπὶ βρόχον καταγέτω, miris sane locutionibus. Scripturas ἀπὸ δεσμῶν et ἀπὸ βρόχων, in quibus inest notissima breviloquentia, e margine Sav. et Ben., suffragantibus fere omnibus codicibus, revocavi. Τοὺς ἐπὶ βρόχον in suo legisse videtur Interpres, verbose vertens : *alios egestatis impatientia ad laqueum convolantes, in vitæ amorem reducat*; unde hæc extudit Boisius : τοὺς διὰ λιμοκτονίαν ἐπὶ βρόχον σπεύδοντας καταγέτω. Sed hoc est nugari.

P. 298, not. 74. Verba φύσῃ σπωμένῃ silentio prætereunt Vetus et Arm. *Vesicæ inflatæ* vertit Montef. Mihi potius de *folle distento* cogitandum videtur. Eustath. ad Il. σ, p. 1151, 8. Ἴστέον δὲ ὡς ἡ χαλκευτικὴ φῦσα τραπεῖσα, μεταφορικῶς τὴν ἀλαζονείαν αὐτῇ ὁμωνυμεῖσθαι πεποίηκε διὰ τὴν ἀνεμώλιον κενορρημοσύνην τῶν ἀλαζόνων. Σπᾶσθαι autem et ἀνασπᾶσθαι an recte dici possint de folle, qui dum sursum deorsumque manubrium ejus trahitur, auras colligit et reddit, judicent linguæ peritiores. Exempla quidem, ut in re minime obvia, vix exspectanda sunt.

AD HOMILIAM XXIV.

P. 300, not. 86. Vulgo ἐπιτείνων αὐτό. Supra p. 269, Εἶτα ἐπιτείνων αὐτά. Vid. adnot. ad p. 279.

P. 301, not. 94, διὰ τὴν ἑτέρων οἰκονομίαν. « Interpres legisse videtur οἰκοδομίαν. » *Sav.* Nempe vertit : *in ædificationem proculdubio cæterorum*. At vereor ne ad hunc sensum omnino requiratur οἰκοδομήν. (Vid. quæ ad locum Apostoli I Tim. I, 4 scripserunt Critici.) Utut sit, optime se habet vulgatum, *propter aliarum rerum administrationem*; vel, ut p. p. sequitur, θαυμαστὰ καὶ μεγάλα οἰκονομῶν πράγματα.

P. 301, not. 98. Particulam negativam inclusam habent Com. Mor.; successores autem, non monito lectore, uncos sustulerunt. Verba Euthymii sunt : καὶ τοῦ μὲν ἐναρέτου βίου ἀμοιβὰς ἡμῖν χρεωστεῖ ὁ Θεός· τῶν δὲ θαυμάτων, ἡμεῖς μᾶλλον αὐτῷ.

Ibid., not. 1. Ad vulgatam scripturam Οἱ μὲν γὰρ, aliorum Ἃ μὲν γὰρ in marginem retulerunt Sav. Ben., de omissione voculæ ἃ ante ἀκηκόατε nihil monentes.

P. 302, lin. 3 post not. 5, προσέπεσαν Edd. et unus Mosquensis, repugnantibus meis.

P. 303, not. 12. Edd. χρήματά σου ἀφαιρεθήσεται. « Alii male χρημάτων σου ἀφαιρήσεται. » *Montef.* Sic Sav. in marg. At χρημάτων in nullo codice inveni.

Ibid., not. 15. Edd. ὡς καὶ κελεῦσαι ὑπὲρ ἐχθρῶν εὔχεσθαι; sed [ὑπὲρ ἐχθρῶν] Com. Mor. ὥστε καὶ κελεῦσαι εὔχεσθαι Reg. 669. Alius Reg. 668 cum meis B, C consentit. « Alii non pauci ὡς καὶ ἐκέλευσά σε εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. » *Montef.* Hanc lectionem neque Sav. memoravit, neque mihi videre contigit. Vulgatum habent Bodl. 2943, et Nicetas in Catena. De crisi hujus loci sic sentio. Brevior scriptura, quæ a codicibus plus habet auctoritatis, ad sensum tam manca et hiulca est, ut per se stare non possit. Ergo cum inter ἐχθρῶν, αὐτῶν et αὐτοῦ dijudicandum esset, lectionem αὐτῶν, ut difficillimam et medium inter duas alteras locum tenentem, recipiendam duxi. Est moris Nostri pronomen multitudinis de *genere* adhibere, etiam tum, cum de una tantum persona sermo præcesserat. Sic paulo ante pro τῆς ἀπειλῆς τῆς ἐκείνου, quod in Edd. legitur, ex codd. tantum non omnibus ἐκείνων dedi. Cf. adnot. ad p. 184. — *Nos scripturam* ἐκείνου *et* ἐχθρῶν *retinere maluimus.* EDIT. PATROL.

P. 303, lin. 4-5 post not. 17, καὶ τὴν κοινὴν δίκην πραγματεύεσθαί σε παρασκευάζων. Perperam vertit Montef. *et tibi providens, ut a communi illa reddenda ratione te expedias.* « Hoc est, ut existimo, inquit Boisius, *efficiens ut a communi pœna*, morte scilicet, *lucrum tibi compares.* Quid si de die judicii intelligamus? » *Sav.* Boisii interpretationem veriorem puto.

P. 304, not. 21. Edd. αὐτόν. Dedi e codd. αὐτὸ, usu apud Nostrum satis frequenti. Infra p. 306, not. 48, διὸ καὶ εἰς αὐτὸ [Edd. αὐτὸν] κατέληξεν, ubi similiter ad λόγος pronomen refertur.

P. 305, not. 36. Lectio codicis F, et Ed. Sav. hæc est : ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπιτείνωμεν τὴν φιλοσοφίαν. In cæteris, qui τιμῶμεν tuentur, voculæ ἂν et τὴν non leguntur.

Ibid., not. 42. « Savil. in marg. post καὶ ὁ μὲν ἔλεγεν, sic habet, εὕρηκά σε, ὁ ἐχθρός μου. Tres autem codices Mss. εὕρηκάς με, ὁ ἐχθρός μου. Morellum et Savilii textum sequimur. » *Montef.* Idem ego feci, auctoritate Interpretis Arm. motus. Nam codices, quibus utor, omnes cum tribus illis a Montef. visis consentiunt; nisi quod unus D, inverso ordine legit, καὶ ὁ μὲν ἔλεγεν, Οὐκ ἔξεστι... ὁ δὲ ἔλεγεν, Εὕρηκας.... In alio, C, omnia a primo ἔλεγεν ad secundum desiderantur. Vetus autem Latinus Eliæ hæc tribuit : *Tu perdis Israel, et domus patris tui*; quæ aliis quoque ejusdem argumenti locis leguntur. Cf. p. 590 ante med.; tom. II, p. 93 init.; tom. XII, p. 177, init.

AD HOMILIAM XXV.

P. 306, not. 51. Edd. et codex D. ὡς ὁ προφήτης Μωϋσῆς. « Mss. non pauci, ὡς ὁ προφήτης καὶ Μωϋσῆς, quæ lectio si vera sit, intelligatur oportet, Prophetæ nempe David, et Moyses legislator. » *Montef.* Verissimum est, per prophetam κατ' ἐξοχὴν Psalmistam plerumque designari. Hic tamen malim cum interpretibus de prophetis in universum cogitare, ut supra p. 46, τί δήποτε οὐκ εἶπαν, ὥσπερ ὁ προφήτης· Ὅρασις ἣν εἶδον κ. τ. ἑ., ubi nomen plurale in unum codicem itidem irrepsit. Aliter prorsus hunc locum seu legisse seu cepisse videtur Euthymius, qui sic enarrat : ἢ διότι οἱ γραμματεῖς μὲν εἰς τὸν νόμον καὶ εἰς τοὺς προφήτας ἀνέφερον, ἃ ἐδίδασκον· οἷον ὅτι ὁ νόμος κελεύει τάδε, καὶ οἱ προφῆται τάδε φασίν.

P. 308, not. 60. ὥστε πῆξαι τὸ δόγμα. Vetus : *modo ut dogma veritatis insereret.* Mo..tef. *idque ut veritatis doctrinam firmaret.* Fefellit eos vox δόγμα, quæ h. l. de vulgi *opinione*, non de Christi *doctrina* ponitur; ut πῆξαι τὸ δόγμα idem sit, quod βεβαιῶσαι τὴν ὑπόνοιαν p. 314, ubi continuo sequitur, ἵνα κυρώσῃ τὸ δόγμα τὸ ἐκείνου. Porro hic jungenda sunt τὸ δόγμα τῶν ἐκπληττομένων, aliter atque iisdem Interpretibus visum est; quorum hic, *quid dicit hic iis qui de potestate ipsius stupebant?* vertit; ille autem, *hic tamen pluribus de ipsius potestate mirantibus, quid ait?* unde hæc excogitavit Boisius: ἐνταῦθα τῶν πλείστων ἐκπληττομένων.

Ibid., not. 65. In vocabulis δεικνὺς et δείκνυσι, sæpissime titubatum est; e. g. pp. 177, 189, 741. Nostro loco multo convenientius est participium, modo sequentia καὶ ἅπτεται vertas, *etiam tangit.*

P. 309, not. 76. Libris scriptis (*qui habent omnes* πράγματα) obsequendum esse puto. Cf. p. 785, τὰ

Digitized by Google

πάσχα τοῦτο φαγεῖν, τουτέστι, παραδοῦναι ὑμῖν τὰ καινὰ πράγματα. Vocabulorum πρᾶγμα et πρόσταγμα solennis est apud Nostrum permutatio, ita tamen ut sæpius hoc pro illo, quam illud pro hoc perperam scribatur. Posterioris generis sunt p. 122, ubi πρᾶγμα πληροῦντες δεσποτικὸν ediderunt Com. Mor.; p. 378, οἱ τῶν πραγμάτων τούτων ἀκούοντες Sav. in marg.; p. 720, καὶ μισθοὺς αὐτοῖς τῶν πραγμάτων τούτων τελοῦμεν K, L, quæ tamen lectio non spernenda. Plura sunt exempla, ubi πρόσταγμα in locum alterius male successit. Vide var. lect. ad pp. 194, 762, quibus adde p. 601, κἂν ἐπίπονον τὸ πρόσταγμα ᾖ Com. Mor.; p. 609, ἐν ἑτέρῳ τινὶ βιωτικῷ προστάγματι iidem; p. 784, πάντα προανεκήρυξαν τὰ ἐν τῷ προστάγματι Sav. in marg.

P. 310, not. 85. Ne quis ad vulgatum defendendum ex articulo in τὴν ὠφέλειαν argumentum petat, ad locum simillimum p. 349 init. provocabo. Adde Eur. Suppl. 306, νυνὶ δὲ σοί τε τοῦτο τὴν τιμὴν φέρει, *honorem qui cum illa re conjunctus est;* quæ verba sunt summi Hermanni ad loc.

Ibid., lin. 1-2 post not. 87. Pro verbis εὐχαριστία καλεῖται, prorsus diversa τί δῆποτε; habet F.

P. 314, not. 89, ὑπὲρ τῶν γεννηθέντων [τῶν] ἔμπροσθεν Com. Mor. et demptis uncis Ben. ὑπὲρ τῶν γεννηθέντων τῶν ἔμπροσθεν Reg. 666. Clausula ὑπὲρ τῶν γενηθέντων... εἰς ἡμᾶς, quæ ad loci argumentum non valde apposita est, appendicis loco adjecta esse videtur, ut infra, καὶ ὑπὲρ μικρῶν καὶ ὑπὲρ μεγάλων. Locum inde a verbis ὑπὲρ τῶν προτέρων sic vertit Vetus: *pro absentibus atque præsentibus(?), pro his qui ante nos fuerunt, pro his qui postea futuri sunt, Deo nos gratias jubet offerre.* Etiam Montef. postrema ita vertit, tanquam præpositio abesset.

P. 311, not. 91. Verba Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς... εἶναι νομίζειν angelorum choro tribuenda sunt, qui objicientis partes ultro suscipiunt. Si cum Com. et Mor. Καὶ τί πρὸς ὑμᾶς legis, objectio ab hominibus proponitur; quod eodem redit. Sensum loci minus assecutus est Vetus (*): *Et quid ad nos, inquies, illud exemplum, quod non de habitantibus terræ, neque de hominibus protulisti?* Ita tamen cepisse videntur Savilius et Boisius; quorum ille, « τοὺς οὐκ ἐπὶ γῆς, hoc est *angelos*, producis in exemplum, » notavit; hic vero locum sic refingi jussit: Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς, φησὶ, τὸ οὐκ ἐπὶ γῆς, οὐδὲ ὑπ' ἀνθρώπων γινόμενον. Sed alteram interpretationem unice veram esse, vel a voce συνδούλους doceri potest. Nam angelorum σύνδουλοι nos homunciones sumus. Vide Apoc. xix, 10.

P. 312, not. 95. Εὐχαριστίας εἴσεται: vix Græce dici putarim. Possis εὐχαριστήσει ex uno codice reponere; possis etiam εὐχαριστίας ἄσεται tentare. Cui tamen conjecturæ nec Versiones favent, nec ipse multum tribuo.

Ibid., not. 96 *. « Quidam, Ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος οὗτος. » *Montef.* Unus meorum οὗτος, alius τοιοῦτος addit, quæ a scribarum liberalitate profecta sunt. Hujus exempli velim meminerit Lector; nam ad plurima Nostri loca, ubi eadem formula Ἀλλ' οὐχ ὁ δεῖνα redibit, aut purganda aut intemerata servanda usui erit. Quæ nunc ad manum habeo, hæc sunt: pp. 532, 591, 629, 721, 813, in quibus fere omnibus Editores deteriora secuti sunt.

(*) Imo, ni fallimur, penitus assecutus est, fusiusque reddidit. Elliptica enim videtur esse phrasis Chrysostomi, quæ, suppletis supplendis, sic integrabitur: Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς, τοὺς.... οὐδὲ ἀνθρώπους τοῦτο ποιεῖν; EDIT. PATROL.

AD HOMILIAM XXVI.

P. 315, lin 8 post not. 20. Vocabulum πίστεως virgula remota ad πρόξενον refert Montef., atque ita vertit Vetus. Savilius autem tum post βασιλείας, tum post πίστεως distinxit.

Ibid., not. 21. *Matthæi.* ad Euthym. p. 308: « Quomodo autem Chrysostomus delatus est εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραάμ? Scilicet per Lucæ Lazarum. Nam p. 209, ubi primum hæc tractat, utrumque locum junxit, hunc Matthæi et Lucæ XVI, 22. Hærebat ergo adhuc ei in memoria locus Lucæ. Nam correctio p. 315[videlicet hoc ipso in loco, ubi tunc temporis edebatur ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραάμ] haud dubie profecta est a scribis, calamo excipientibus Chrysostomi dicentis verba. » At scribæ tantum non omnes etiam h. l. alteram lectionem intactam reliquerunt. Sic certe mei omnes, et uno excepto Mosquenses, testante ipso Matthæio ad locum Evangelii. Parum accurate egit *Millius* ad loc.: « Μετὰ Ἀβραάμ] ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραὰμ Codices Mss. Chrysost. aliq. Atque ita bis in Commentario. » Sed pace Critici summi, Chrysostomi codices εἰς τοὺς κόλπους, vel εἰς κόλπους, non ἐν τοῖς κόλποις exhibent; iidemque omnes, *etiam unus ille Mosq. qui* μετὰ Ἀβραὰμ *legit*, verba ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν non agnoscunt: de qua re nihil monuit Millius. Unum tantum addam, alias hunc locum vulgari modo a Chrysostomo laudari (e. g. tom. I, p. 133, tom VI, p. 74, tom. IX, p. 579.) nisi quod verba ἐν τῇ β. τ. o. constanter, ni fallor, omittit.

P. 317, proxime notam 35. Verba εἰς τὴν οἰκίαν o. F. Idem codex post ἄξιος sic pergit: καὶ τῶν καλῶν ἐκείνων ἐπιτυχεῖν, ὧν καὶ Ἀβραὰμ ἀπέλαυσεν (sic).

P. 319, not. 45. Scriptura προσσπῆναι duplici σ, quam hic invitis libris secutus sum, alio nostri operis loco p. 696, codicum nonnullorum auctoritatem nacta est. Eamden. probavit Savilius in notis. Rursus tom. VIII, p. 376, legendum, ἵνα μὴ τὸ ἄνευ αὐτῶν ποιῆσαι προσσπῇ τοῖς ὄχλοις. Ejusdem generis sunt προσσπεύδει Stob. p. 524, 36, προσσχών, δύσστομος, *Schaefer* ad Julian. Orat. p. xxii, ubi quædam de codicum in talibus usu monuit. Locutio προσίστασθαί τινι proprium de eduliis nauseam creantibus usum habet. Etym. M. p. 700, 18: Ἐὰν γὰρ εἴπω προσστῆναί μου [l. μοι] τὴν τροφὴν ἐπὶ τοῦ στομάχου, διὰ δύο σσ γράφεται. Scholiast. ad Soph. Trach. 1183 (a *Matthæio* Nov. Eclog. p. 222 excitatus): ἀπιστήσεις ἐμοὶ] γρ. προσστήσεις ἐμοὶ, ἐναντιωθήσῃ, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῇ βρώσει ψωμῶν προσισταμένων. Adde Greg. Cor. p. 41. Translate dicitur de iis, quæ alicui aliquo modo molesta sunt, et in quibus offendit. Infra p. 345, προσίστατο γὰρ αὐτοῖς ἡ σάρξ. Tom. X, p. 41, ἀλλὰ ταῦτα πάντα οὐχὶ πεῖθειν μόνον καὶ ἐφέλκεσθαι τοὺς ἀκούοντας, ἀλλὰ καὶ προίστασθαι πᾶσιν ἦν ἱκανά (ubi mireris *Matthæikm* Nov. Eclog. l. l. in verbis οὐχὶ μόνον pro οὐχὶ μόνον οὐ hæsisse). De dicto auditoribus fastidium movente ponitur, pp. 210, 343, 408; quem usum præiverat Demosth. p. 1393, 16, ἄνευ δὲ ταύτης, κἂν ὑπερβάλῃ τῷ λέγειν καλῶς, προσέστη τοῖς ἀκούουσιν.

P. 319, lin. 6 post not. 47. Perperam Montef. post ἐστι distinxit, ut διπλῆ ad ἀπειλὴ referatur, hac notula adscripta: « Ἀπειλὴ hic pro minis et promissis simul accipitur, ut etiam sæpe apud veteres. »

P. 320, not. 59, πρῶτος γὰρ ἦν, *nam prior apparuit* Arm. *verum Joannes, quoniam primum prædicavit, quasi possibile futurum prædixit* Ge. Montef. autem errat, vertens: *verum ille, utpote homo, secundum captum suum hæc dicebat.* De permutatione vocabulorum πρῶτος et ἄνθρωπος dixi ad p. 179.

P. 321, not. 6. Post ἐπιχειροῦντες vulgo addunt

Digitized by Google

φρονοῦσι, quod insititium videtur. Ad ἀπεναντίας subintelligendum verbum substantivum, *contrarii sunt*. Infra p. 683 : Τοιοῦτοι ἐκεῖνοι πάντες, ἀπεναντίας ἡμῖν (Edd. ἀπεναντία; οἰκοῦντες ἡμῖν).

P. 322, lin. 2. Εἰ γὰρ ἐκεῖνα εὕρεν ἔασιν A. Mox not. 70, ποιήσας legit etiam D.

P. 323, nott. 75, 76, 77. Lectiones, quas pro vulgatis recepi, præter unam προθυμοτέραν, margini suo adscripsit Sav. Hujus notulas expressisse videtur Montef.; sed pro ὀρθὰ βαδίζειν καὶ δι' ὅλου τρέχειν oscitanter descripsit ὀρθὰ βαδίζοντα καὶ δι' ὁδοῦ τρέχειν. Præterea lectionem ὑπομείνασαν, quam ex Savilii margine sumpsit, imprudens Morello assignavit.

P. 323, lin. 2 ante not. 78. Notanda est locutio διαλαβεῖν πελάγη, quæ non sollicitanda videtur. Noster tom. XII, p. 224, ὁ κυβερνήτης ἂν ἅπαν τὸ πέλαγος διαλαβών. Ibid. p. 226, οὐδὲ πέλαγος διαλαβεῖν ἄπειρον : ubi tamen Dounæi conjecturas διαβαλὼν et διαβαλεῖν, invitis codicibus, probavit novissimus Editor.

P. 324, not. 88, τὰ ἁμαρτήματα παραμυθησασθαι, *peccantibus succurrere* Ge. *peccata expiare* Arm. Verbum παραμυθεῖσθαι cum significatione *leniendi* et *mitigandi* comites habet πενίαν, p. 137, φθόνον p. 178, καινοτομίαν p. 319, *acrius dictum* p. 350. *Compensandi* notionem habet, tom. VI, p. 181, τῶν ἁλιεύεσθαι μελλόντων τὸ πλῆθος τοῦ σαγηνεύοντος παραμυθεῖται τὴν ἀμαθίαν. Proxime a nostro loco abest tom. XI, p. 200. Ὥστε ὃ βούλομαι, τοῦτό ἐστι· ὑμᾶς τῶν ἁμαρτημάτων παραμυθίαν ἔχειν, nempe eleemosynas dando. Herodian. v, 6, παραμυθησάμενος ἀπόδημά τε καὶ ἁμάρτημα τηλικοῦτον, φήσας ἀνθρώπινόν τι πεπονθέναι πάθος. Cf. *Hemsterh.* ad Xenoph. Eph. I, 7, p. 153 Ed. Locell. Lectio τὰ ἁμαρτήματα παραιτήσασθαι et interpretatio est, et, ut mihi quidem videtur, ab usu istius verbi abhorret.

—

AD HOMILIAM XXVII.

P. 327 (col. 345, lin. 5-6), ὅπερ καὶ τοῦτο ξένον ἦν. Cf. quæ dixi ad p. 85; ὅπερ καὶ τοῦτο ξένον καὶ παράδοξον ἦν F. Idem codex p. p. κύματα pro ὕδατα, et συνίδη pro γέγονε habet.

P. 327, not. 8. Unus F cum Edd. ἀνέλαβε habet, invitis Mosquensibus.

Ibid., not. 9. Non erat, quod hæc repetitio Οὐδὲ γὰρ... οὐδὲ γὰρ Editoribus displiceret. Ita enim alias Noster locutus est; e. g. p. 295 : Οὐδὲ γὰρ λέγει... οὐδὲ γὰρ λέγει, ubi itidem variant codices; p. 562 : Εἰ γάρ... εἰ γάρ; p. 564 : Ἔστι γάρ. Ἔστι γάρ, ubi posterius γάρ ab Editionibus immerito abest.

Ibid., not. 10, θεραπευόμενον habet etiam C. Alterum tuetur Epit.

P. 328, lin. 3 post not. 19, πολλὴν ἔχων τὴν ἀπόνοιαν. « Obiter noto, in quibusdam Chrysostomi codd. legi ὑπόνοιαν. Ergo etiam Interpres Latinus [Montef.] reddidit *arrogantia*. Ita haud dubie edere voluit Montef. » *Matthæi* N. T. tom. I, p. 116. Mire hic hallucinatus est V. D. Nam primum, vulgatum ἀπόνοιαν hoc quidem loco, si ex meis codicibus fas est conjicere, nemo sollicitavit; mox autem p. 328, ὑπόνοιαν *recte* tuentur cum Edd. codices tantum non omnes. Deinde Montefalconii *arrogantia* vera est vocis ἀπόνοια interpretatio, alterius ὑπόνοια non item; quod alias (Nov. Eclog. p. 20) probe intellexit Matthæius. Sed hæc, credo, aliud agenti ei exciderunt.

Ibid., not. 20, ὅπου δ' ἂν ἀπέρχῃ. De usu voculæ δὲ in formulis ὃ δ' ἂν, ὅ τι δ' ἂν, ὅσα δ' ἂν et similibus monuit Vir citerioris Græcitatis peritissimus *Bast*. Ep. Crit. p. 219.

P. 329, not. 24. Additamentum ὅρα τί ποιεῖ legitur etiam in Edd., sed uncis incluserunt Com. Mor. « In aliis verba ὅρα τί ποιεῖ desunt. » *Montef.* Et merito quidem; nam a librariis male sedulis profecta esse certissimum est. Idem facinus sæpius tentarunt; e. g. p. 632, not. 2. Insigne exemplum ponam ex nostri Hom. I, ad Pop. Antioch. tom. II, p. 15. Scripti quidem codices non mihi sunt ad manum, sed is est locus, qui ex ipsis Edd. inter se collatis purgari possit. Nam Mor. et Ben. sic ediderunt : Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι μείζονα ὕστερον ἔδωκε τὴν πληγὴν τῷ διαβόλῳ, ὅτε ἀφαιρεθεὶς ηὐχαρίστησεν, ἢ ὅτε κεκτημένος ἠλέει, κατανόησον ὅτι ὅτε ἐκέκτητο κ. τ. ἑ. Postrema sic repræsentavit Sav. ἢ ὅτε κεκτημένος ἠλέει, σκόπει ἐντεῦθεν, ὅτε ἐκέκτητο κ. τ. ἑ. Denique Florilegii conditor, qui locum exscripsit p. 301, hæc habet : ἢ ὅτε κεκτημένος ἠλέει, ἄκουσον· ὅτε ἐκέκτητο κ. τ. ἑ. Annon recte dixi, codices hic omnino in quæstionem non venire? Cæterum de hoc usu, ubi post protasin absolutam quodammodo suspenditur orationis spiritus, dixi in adnot. ad p. 135. Eadem fere est ratio loci Matth. IX, 6, ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει κ. τ. ἑ. et similium, ubi post pausam ad aliam personam convertitur oratio.

P. 330, lin. 38. Verba Interpretis Arm. Græce reddita hoc sonant : Εἰ δὲ μηδὲ ὅσον εἰς ταφὴν πατρὸς δεῖ ἀπολιμπάνεσθαι τῶν πνευματικῶν, ἐννόησον κ. τ. ἑ. ubi ipsam Chrysostomi manum agnoscere mihi videor. Cf. var. lect. Vetus : *Quod si nunc tam breve tempus propter sepeliendos parentes abesse a spiritualibus vetitum est.* Epit. Εἰ δὲ (μὴ superscripto ab eadem manu) ὅσον εἰς ταφὴν πατρὸς καιρὸν ἀναλῶσαι δεῖ βραχὺν ὄντα καὶ οὕτως ἀναγκαίου πράγματος θάψαι πατέρα, ἐννοήσωμεν κ. τ. ἑ. Postremo Euthym. Εἰ δ' ἐκεῖνον οὐδ' ἐπὶ μικρὸν ἀφῆκεν ὁ Χ. ἀπολειφθῆναι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, τίνος ἂν εἴημεν κ. τ. ἑ.

P. 331, not. 52. « Savil. solus δυσωδίας ἀποπνεῖ. » *Montef.* Hoc ab uno meorum testatum dubitanter quidem propagavi. Simile est ἀποπνεῖν ἀδόλου καὶ ἀκηράτου εὐωδίας, quod ex Eusebio excitavit *H. Steph.* in Thes. Rarior, nec tamen omnino insolens locutio est ἀναπνεῖν τινος. Philostr. Imag. II, 33 : Ἔοικασι γὰρ θυμιάμάτων τε ἀναπνεῖν καὶ σπονδῶν. Id. Heroic. p. 12, Ed. Boiss., ἡδὺ γάρ που τῶν φυτῶν ἀναπνεῖ. Q. Calab. XIV, 72, αἱματόεντος ἀναπνείων ὁρυμαγδοῦ.

P. 332, not. 63, ἐπὶ τὰ δεῖπνα καλέσει τὰ ἑαυτοῦ. Allusio est ad Joan. XII, 2.

—

AD HOMILIAM XXVIII.

P. 334, lin. 2. καὶ ἐμακροθύμησε. « Ἐμακροθύμησε hic activam significationem habere videtur; animum indidit ad patiendum et tolerandum. » *Montef.* Hoc nimis absurdum est. Vetus autem Interpres hæc silentio præteriit. Versus : *et interrenire distulit* Ponitur hoc verbum de eo qui affectus sues, plerumque iram, rarius ut h. l. *misericordiam*, ad tempus reprimit. Quoad effectum vix differt ab ἀναβάλλεσθαι. Luc. XVIII, 7; καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, ubi recte Euthym., ὁ παρορῶν αὐτοὺς ἐπ' ὀλίγον, ἵνα δοκιμασθῶσι. Cf. Sirac. XXXII (XXXV), 22. Noster tom. IV, p. 247, καὶ οὐ προεῖδεν ἐπὶ πολὺ τὸν δίκαιον (Noe), ἀλλὰ μέχρι τοσούτου μακροθυμήσας, μέχρις ὅτε ἀντισχεῖν ἠδύνατο, τότε λοιπὸν τὴν

Digitized by Google

παρ' ἑαυτοῦ δωρεῖται χάριν; p. 451, οὐδὲ οἰκτείρει τὸ γύναιον (Syrophœnissam) ὁρῶν μετὰ τοσαύτης οἰμωγῆς προσελθοῦσαν, ἀλλὰ μακροθυμεῖ.

P. 335, not. 90. Præter meos codices, inspexi Regios quatuor, qui omnes ἐναντία λέγειν habent. Sic etiam Nicetas. Hoc, quod olim recipere dubitabam, hodie non tam commodum, quam prorsus necessarium puto. Nam ἀμφιβάλλειν, *hæsitare* vel *ambigere*, (vide pp. 54, 124, 157, 175, etc.) de testibus inter se discordantibus nemo, opinor, dixit. Legitur quidem apud Hesych. ἀμφιβάλλων· μαχόμενος· περιβάλλων; sed, quod dixi, repugnat constans loquendi usus.

P. 336, lin. 4-5 post not. 94, οἷον ὅτι κ. τ. ἑ. Hæc non de quibusvis mortuis intelligenda esse, sed de iis qui non sua morte defuncti fuerint, docebit ipse Chrys. in Concione de Lazaro II, tom. I, p. 727 : Καὶ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀφελεστέρων νομίζουσι τὰς ψυχὰς τῶν βιαίῳ θανάτῳ τελευτώντων δαίμονας γίνεσθαι. Nostra sic enarravit Euthymius : ὡς ἄρα τῶν τελευτώντων αἱ ψυχαὶ, γινόμενοι δαίμονες, παραμένουσι τοῖς μνήμασι τῶν ἰδίων σωμάτων, καὶ κολλῶνται τισιν.

Ibid., γ', lin. 1, ταυτί] Sic codd. Edd. ταῦτα. Mox Δικαίων γὰρ ψυχαὶ dedi ex omnibus codd. præter E pro vulgato Ψυχαὶ γὰρ δικαίων.

P. 337, not. 5. In locutione ἀγοντες καὶ ἀπάγοντες aliquid insolentius et καινῶς ῥηθὲν inesse videtur. Usitatius est quod in uno cod. legitur, ἄγοντες καὶ περιάγοντες, *huc et illuc in deserto agitantes* Ge.; ex quo tamen illud conflctum esse vix crediderim. Ad sensum quoque atrocius facinus, ut cum clade porcorum apte componatur, hic desiderare possis. Quare conjecturam meam, modeste quidem, proponam tamen : videlicet ab Auctore scriptum fuisse, ἐπ' ἐρημίας ἄγοντες καὶ ἀπάγχοντες, *suffocantes*; ut mox ait οἱ πάλαι ἂν ἀπεπνίγησαν. Cf. præterea p. 579. Nisi putes verbum ἀπάγειν cum significatione *interimendi* hic positum esse, ut alias ἐξάγειν et ἀποφέρειν. Sic tom. XII, p. 277, ἐκεῖνος μὲν γὰρ (ὁ λιμὸς) ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἀπήγαγε καὶ ἀπήλλαξε τὸν ἄνθρωπον.

P. 338, not. 17, δοὺς διδασκάλους τοῖς συμβιοταῖς (lege συβώταις) C quocum consentit Vetus, vertens : *doctores dedit, qui porcos pascebant.* In diversa abit Interpres Arm., qui hæc fere expressit : ἀλλ' ἀνεχώρησε· καὶ τοὺς ἀξίους ἀποφήναντας ἑαυτοὺς τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας κατέλιπε διδασκάλους αὐτοῖς, ὥστε παρ' ἐκείνων κ. τ. ἑ. Quæ quidem ad librorum turbas componendas magnum momentum habere possunt.

P. 340, not. 42, τό τε γλυκὺ recepi ex omnibus fere codd. pro vulgato καὶ τὸ γλυκύ. Similis est vocula enclitica usus p. 180, τόν τε Ἰωάννην ἰδόντας εἰς δεσμωτήριον ἐμπεσόντα καὶ αὐτὸν ἀναχωροῦντα, ἐπὶ τὴν οἰκείαν πάλιν τέχνην ἐπανελθεῖν. Ita enim ibi legendum esse, monui in adnot. ad loc.

Ibid., proxime notam 43, ἀτοκίαν ὠνήσαντο, *sterilitatem uxorum verbis excogitaverint* Ge. in textu : quasi in suo habuisset ἐπανόησαν, vel simile quid. Vox rarissima, ut videtur, ἀτοκία legitur apud Stobæum, p. 450, 14, τοῦτο δὲ ἀτοκίᾳ προστίθεσθαι καὶ τὴν κύησιν εἴργειν ἀπηγόρευσαν αὐταῖς. Legitur vox ἀτόκια (subaudi φάρμακα) de *herbis sterilitatem inducentibus*, tom. IX, p. 699 : Τί σπείρεις ἔνθα ἡ ἄρουρα σπουδάζει διαφθεῖραι τὸν καρπόν; ἔνθα πολλὰ τὰ ἀτόκια; quæ non assecutus est Montef., vertens : *ubi multæ sunt sterilitatis causæ.*

—

AD HOMILIAM XXIX.

« Hæc homilia est lectu dignissima. Habet enim indubitata argumenta divinitatis Christi; nisi quis reperiatur Judæis illis multo malignior, qui dicat Servatorem ipsum istis sermonibus in fraudem et perniciem impellere voluisse homines. » *Matthæi.* N. T. tom. I, p. 124.

P. 343, lin. 2 ante not. 69. Legendum οὐ πολλὴν τὴν δόξαν ἔφερεν, cum codd. C, D, E, F et Edit. Sav.

Ibid., not. 70, προσάπτετε Edd. προστρίβεσθε Sav. in marg. « Alii τί μοι προστρίβετε.. » *Montef.* Sed fallitur. Utrum προσάπτετε an προστρίβεσθε scribas, linguæ non multum interest. Illud cum hac significatione frequentat Plato; hoc, ni fallor, Nostro usitatius. Thomas Mag. Προστρίβομαι, οὐ μόνον ἐπὶ κακοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ καλοῦ. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος· πλούτου τινὰ δόξαν προστρίψατο τοῖς κεκτημένοις.

Ibid., lin. 3 ante not. 72, οὐδὲ] ὅτι οὐδὲ C, E, F. Sed mox ὅτι ante οὐδεὶς deest in omnibus meis : ergo delendum.

P. 344 lin. 3 post not. 78, ὁ δὲ Θεὸς ὄψεται εἰς καρδίαν C, D, E, F, et sic Vetus.

Ibid., not. 82. Apud Mor. et Ben. qui ἐλθὼν habent, copula post θεραπεῦσαι abest. Lectionem θεραπευθῆναι, quæ multo facilior est, recepit Sav. Sed ipse ægrotus interdum dicitur suum morbum curare; ut apud Greg. Nyss. de An. p. 218, ὁ γὰρ ἅπαξ τὸ ἡδὺ κατὰ τὸν βίον τοῦτον ἑλόμενος, καὶ μὴ θεραπεύσας ἐκ μετανοίας τὴν ἀβουλίαν.

P. 345, not. 90. « Σῶμα σφίγξαι παρειμένον. Sic unus codex ex nostris cum alio vel aliis, quorum lectionem Savil. affert in marg.; et hæc lectio editorum anteponenda lectioni, quæ sic habet, σῶμα σφίγξαι διψχισμένον. » *Montef.* Revocavi veterem lectionem διψχισμένον, cujus interpretatio est παρειμένον, *dissolutum* Ge. *dissipatum* Arm. παραλελυμένον Ep. Hesych. διψχισμένοι, κεχωρισμένοι. Verbum διοικίζειν proprie de urbium eversionibus ponitur, ubi cives dissociantur et in vicus compelluntur. Cf. p. 373. Hinc ad quodvis discidium indicandum transiit. Exempla utriusque generis dabunt *Budæus* Comm. L. G. p. 157. *Wesseling.* ad Diod. Sic. II, 28. Itaque σῶμα διψχισμένον est corpus, in quo membrorum contuberniun diremptum est, duriore quidem translatione, sed ab indole Auctoris non aliena.

Ibid., not. 91, τοσοῦτον habent etiam Oxonienses C, D, E. Ergo in *omnibus* meis legitur. E contrario τοσούτῳ et ὅσον sibi invicem respondent p. 629.

Ibid., lin. 3 post not. 96, προσελθεῖν] « Ισ. προσλθεῖν. » *Sav.* προσελθεῖν (sic) εἰς τὸ βέλτιον Ep. *ad excellentiora progredi* Ge. Sed προσελθεῖν, *ad Christum accedere*, non sollicitandum. Infra p. 408 : Καὶ τοῦτο αὐτοὺς ἐκώλυε προσελθεῖν, τῆς ζηλοτυπίας διατειχιζούσης τὴν πρόσοδον.

P. 346 lin. 3 ante not. 2-3, αὐτῶν] οὕτω Edd. « γρ. αὐτῶν. » *Sav.* « Alii πολλοὶ γοῦν αὐτῶν οὕτω. » *Montef.* siglis Savilianis male intellectis. In vocabulo αὐτῶν schema est πρὸς τὸ σημαινόμενον, ut alio nescio quo loco dixit, τῷ ἀχύρῳ... ἵνα βέλτιους γένωνται, nempe ii, de quibus paleæ imago ponitur.

Ibid., proxime notam 4, προστασίαν, κηδεμονίαν per asyndeton legunt C, D, E, F, idque verius puto.

—

Digitized by Google

AD HOMILIAM XXX.

P. 348, not. 30, οἷα ἐπισκήπτειν ἐπιχειροῦσι] Sic edidit Sav. οἱ δὲ ἐπισ. ἐπιχειροῦσι Comm. Mor. Ben. Vetus : *Sed nec hoc ipsum celarunt Evangelistæ, quod ab improbis atque invidis ad infamiam dicebatur.* Recte, opinor; nec video quid sibi velit Montani correctio : *utpote qui res ab eo gestas vere ac religiose narrare constituerunt.* Boisii autem interpolationes nihil moror.

P. 349, lin. 4 post not. 38, ἢ πόρνος C, F et Edd. Cæteri cum Euth. ἢ πόρνος. Etiam in loco Apostolico inter ἤ et ᾗ fluctuant libri tum scripti, tum editi. Critici quidem inde a Millio et Wetstenio ad Nostri auctoritatem pro lectione ᾗ provocant, sed frustra. Vide *Matthæi.* ad loc.

P. 350 (col. 365, lin. 1-2), ὥστε ἐκείνους μὴ ἐξαπορηθῆναι. « Hæc sic convertenda esse putavimus, *ne illi dubii manerent*, qui Scripturas ob socordiam negligentiamque ignorabant. Ut ignorantiam dubium que omne auferat, scrius ipsos alloquitur. » *Montef.* Eadem chorda aberravit Vetus, vertens : *sed ut illos commoneret.* At per ἐκείνους non Pharisæos, sed convivas innuit Auctor. Rectius Montanus : *ne illi nimium desponderent.* Nam hæc est notio verbi ἐξαπορεῖν, *ad incitas redigere, εἰς ἄφατον ἀπορίαν ἐμβαλεῖν* p. 551, qui locus ad vim vocis illustrandam plurimum confert. Inde ἐξαπορεῖσθαι *ad incitas redigi, consternari*, notum vel ex Apostolico, II Cor. IV, 8, ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. Infra p. 375 : Καὶ γὰρ βουλοίμην ἂν ἔγωγε μυριάκις εἰς οἰκίαν τινὸς ὑμῶν εἰσελθὼν ἐξαπορηθῆναι, ἢ ἐντεῦθεν λέγων μὴ ἀκουσθῆναι : ubi non male vertas, *repulsam ferre;* Anglice, *to meet with a rebuff.* Medelam exspectat locus Chrysostomi tom. XII, p. 119 : Διατραχῆναι βούλεται (ὁ προσαίτης)· ἂν μὲν βούλῃ, δός· ἂν δὲ μὴ βούλῃ, ἀπόπεμψον, μὴ ἐπαπορήσας διατί ἄθλιος ἢ καὶ ταλαίπωρος. Ultima sic legenda : ἀπόπεμψον, μὴ ἐξαπορήσας. Διατί ἄθλιος εἶ καὶ ταλαίπωρος; Mutianus : *dimitte sine increpatione. Cur miser es et infelix?*

Ibid., not. 46, ὃ καὶ σφόδρα αὐτοὺς αἰνιττόμενος. Sic edebatur ante Savilium, qui αὐτοὺς in αὐτὸς *tacite* mutavit. Hunc secutus est Montef., de codicibus nec ille hilum monens. Αὐτὸς neque in meis, neque in Regiis 668, 669 invenire potui : quare veterem scripturam revocavi, in qua ὃ pro καθ' ὃ positum neminem morabitur.

P. 351, not. 48. Vulgatum καὶ μᾶλλον ἢ τῆς θυσίας; habet quo se tueatur (vide *Koen.* ad Greg. Cor. p. 89); sed contra majorem codicum numerum non est urgendum.

P. 353, not. 65, κεχρῆσθαι τοῖς ἑπομένοις. Luditur, ni fallor, in ambiguo horum verborum sensu, quibus vel *discipulos tractare*, vel *consequenter et recta ratione agere* innui potest. Cf. p. 451.

Ibid., not. 74. « εἶπεν] Sic E. Ge. Arm. » Sic etiam F. Mox ὥσπερ ἄριστος κ. sine articulo E, F. Quæ porro sequuntur usque ad p. 356 med. excerpsit *Matthæius.* Nov. Eclog. p. 189 sqq.

P. 354, not. 79. « Ἀνδροφονίαι, τυμβωρυχίαι. Alii habent ἀνδροφονίαν, τυμβωρυχίαν, et quidam numero pauci, quos sequitur Savilius, addunt θηριομαχίαι, et unus θηριομαχίαν; quæ vox meo judicio non quadrat ad hunc locum. » *Montef.* Unde collegerit aliquis, vocem istam a Savilio invectam fuisse; quod secus est. Nam ante eum Commelinus dederat, ἀνδροφονίαι, τυμβωρυχίαι, θυριομαχίαι (sic); ultimam autem vocem *casu* omisit Mor.

P. 355, not. 89. Vox rarior δυσείδεια, quam e codicum latebris eruimus, legitur t. XII, p. 146: Ἔξεστι καὶ πρὸς ἰσχάτην δυσείδειαν καταπεσόντας ἀναχτήσασθαι τὸ κάλλος; p. 154 : Ὅταν γὰρ ἰσχάτῃ ᾖ δυσείδεια, ὅσα ἂν ἐπινοήσωσιν, οὐδὲ ὑποκρίνασθαι δύνανται. Quæ loca emendationem nostram egregie confirmant.

Ibid., lin. 2-3 ante not. 93, φιλόχοσμος. « Alii φιλόνεικος. Mox Morel. et quidam Mss. ἐπιλαβεῖν. Savil. et alii ἐπιβαλεῖν. Utraque lectio bene habet. » *Montef.* « Etsi περὶ φιλοκοσμίας nunc loquitur, tamen φιλονείκως *contentiosa*, haud absurdum est. Sed ἐπιβαλεῖν præfero. Quomodo autem Montefalconio. Viro sane docto, in mentem venire potuit, ut neglectis codicum et Editionum nominibus, Lectores ludat vocabulis *quidam, alii?* Atque ita fere semper. » *Matth.* Φιλόνεικος nullus meorum, ἐπιβαλεῖν omnes habent. Hoc pro Commeliniano ἐπιλαβεῖν recepto, Savilius, ut lectionem a se mutatam indicaret, in margine notavit, γρ. ἐπιλαβεῖν. Hinc, ni multum fallor, suum *quidam* sumpsit Montef. Cf. adnot. ad p. 207. Mox in v. ἠρμόσθης attingitur locus Apostolicus, II Cor. XI, 2.

P. 356, not. 96. Edebatur ἀναστῆσαι. « Etsi recte dicitur ἀναστῆσαι εἰκόνα, ἀνδριάντα, *imaginem, statuam* publice *ponere*, attamen hic, ut videtur, significatione opus est passiva, id est, *postquam posita est.* Malim ergo ἀναστῆναι. » *Matth.* Conjecturam Viri doctissimi, a duobus libris testatam, haud cunctanter recepi. Frequentius quidem de *statua* ponitur forma aoristi ἀνασταθῆναι, sed nec altera inusitata. Herodian. IV, 8, εἰκόνας τε καὶ ἀνδριάντας ἐν πάσαις πόλεσιν ἀναστῆναι ἐκέλευσε.

AD HOMILIAM XXXI.

P. 356, not. 4, ὃ δὴ] Sic Mor. διὸ δὴ Sav. Ben. Ὃ δὴ aut *quæ res scilicet* (h. e. τὸ εἶναι μονογενὲς κ. τ. ἑ.) valet, ut in exemplis a Viro summo ad locum Euripidis allatis; aut, quod hic quidem prætulerim, pro διὸ δὴ ponitur. Plut. II, p. 64 : Ὃ δὴ καὶ Λακεδαιμόνιοι Σμυρναίοις δεομένοις σῖτον πέμψαντες κ. τ. ἑ. Sic accipiendus videtur locus Platonis Symp. p. 222 » Ἃ δὴ καὶ σοὶ λέγω, ὦ Ἀγάθων, μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τούτου : ut ibid. p. 174, Ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην.

P. 357, not. 8, παρ' αὐτῶν præter B habent C et pr. D. Atque ita ediderunt Com. Mor.

Ibid. post quatuor lineas. Pro verbis Evangelistæ γυνὴ αἱμορροοῦσα δώδεκα ἔτη, Chrysostomus de suo dedit γυνὴ ἐν ῥύσει αἵματος δώδεκα ἔτη ἔχουσα. Quorum illa ἐν ῥύσει αἵματος ex Marci relatione V, 25, huc traxit; hæc autem δώδεκα ἔτη ἔχουσα ex loco Joannis V, 5, ubi de alio ægroto narratur, sumpsisse videtur. « Tam diligentes ergo sunt Patres Græci, cum locum ex professo, ut aiunt, interpretantur. » *Matth.*

P. 359, not. 23. Edebatur, ὑπὲρ γὰρ τὰς νιφάδας αὐτὸν ὑπέρρει τὰ θαύματα. Interpretes : *cum nivales imbres miraculorum multitudo superaret.* Ergo pronomen non reddiderunt. « Legendum αὐτοῦ, ut vult Boisius, aut certe αὐτῷ. » *Sav.* Græca quidem locutio, et ex reconditis, est ὑπορρεῖν τινα, sed alio prorsus sensu. Demosth. adv. Lept. 472, 1, τοὺς ἐν ἁπάσῃ καθεστάναι δοκοῦντας εὐδαιμονίᾳ ταῦτα ἀμελούμενα ὑπέρρει κατὰ μικρὸν, *labefactant atque subruunt*; ubi vid. *Wolf.* Parthen. Erot. c. 15, ὡς ὅτ πολὺ μᾶλλον αὐτὸν ὑπέρρει τὸ νόσημα. « Cornarius negligenter transtulit, *quum autem multo magis incresceret morbus.* Ὑπορρεῖν est activum, et significat *subruere, corruere.* » *Bast.* Ep. Crit. p. 231. In loco Luciani, Dial. Mort. IX, 2, olim edebatur,

Digitized by Google

ἀλλ' ὑπέρῤῥει μοι, ὦ γενναῖε, παρ' ἄλλων τἀγαθά : sed recte e codd. emendatum est, ἐπέρῤῥει. In nostro loco etiam si pronomen abesset, ὑπορῤῥεῖν *sensim ac lente fluere* plane absonum foret. Quod autem e codicibus erui, αὐτὸν περιέῤῥει, tum ad sententiam, tum ad Auctoris sermonem accommodatissime dicitur. Tom. XI, p. 65 : Πολλά με περιῤῥεῖ· οὐκ οἶδα ποῖον εἶπω πρῶτον. Tom. X, p. 328 · ὅτε πολλὴ πανταχόθεν αὐτοὺς περιέῤῥει τῆς διδασκαλίας ἡ δόξα.

P. 360, not. 30, αὐτὸν pro λοιπὸν habet D, sed λοιπὸν post αὐτὸν inserui manus recentior.

Ibid., lin. 3 post not. 36, φανερώτερον] φανότερον B. Idem codex φανωτέρα pro φανερωτέρα habet, infra p. 365. Mox τὸ κατόρθωμα τοῦ Χριστοῦ non esse *hoc Christi opus*, ut vertit Montef., sed majus illud facinus, quo mortem in sua persona vicerit, vix opus est monere.

P. 361, ε', lin. 4, τί μετὰ ταῦτα πένητας καλεῖς ; scilicet, ad convivia in mortuorum memoriam data. Vide *Petav.* Notæ ad Synes. p. 46.

P. 362, not 41-45. Utraque lectio, χειμῶνα σαυτῷ et χειμῶνας αὐτῷ, in codicibus iisdem plane ductibus exaratur, h. m. χειμῶνασαὐτῷ. Nam et σ in fine vocis, non ς, scribitur; et haud raro σαὐτοῦ, σαὐτῷ etc. spiritu appicto. Hinc leviter depravatus est locus, tom. XII, p. 190, εἶτα ἴγνως ὅτι διαπαντὸς ζήσεται, καὶ οὐ προτελευτήσεις αὐτοῦ, καὶ πάντα σοι παρέξει μετὰ ἀδείας τὰ αὐτοῦ. Legendum, προτελευτήσει σαυτοῦ.

Ibid., lin. 2 ante notam 46. Πολλοὶ γοῦν κ. τ. ἑ. Vide *Matthæi*. Nov. Eclog. p. 161 sqq.

Ibid., not. 46. Mediæ formæ ἐστεφανώσαντο calculum suum adjecit Matthæius, monens hic de Pericle sermonem esse, de quo Plutarchus, II, p. 118 : Τοῦτον γὰρ εὐθὺς μετὰ τὴν προσαγγελίαν ἀμφοτέρων τῶν υἱέων, οὐθὲν ἧττον ἐστεφανωμένον κατὰ τὸ πάτριον ἔθος καὶ λευχειμονοῦντα δημηγορεῖν. Cf. Tom. VIII, p. 373.

Ibid , lin. 2 post not. 49, ἢ εἰ ἔζη] εἰ om. A, C, E, F; ἢ om. B. (Alter codex hiat.) Idem in hac formula sæpe accidit. Vid. adnot. ad p. 254. *Jacobs.* ad Philostr. Imag. p. 718. Alia est ratio loci p. 314, καὶ πλέον τι ἐποίησεν ἢ ἀπεδέξατο, ubi εἰ recte abest.

P. 363, ε', lin. 4. Τὸ γὰρ ἑαυτῷ κ. τ. ἑ. « Hoc tantum non intelligo, quomodo mortem sibi optare hominis sit invidi. » *Matth.* Neque enim hoc dixit Chrysostomus, sed qui, *dum mortem sibi optet*, alium morte ereptum ægre ferat, eum invidiæ obnoxium esse recte affirmat. Tritissima est hæc per egregias particulas μὲν et δὲ constructio, quæ tamen non raro Interpretibus turbas dedit. Insigne exemplum ponam, ex initio aurei libelli de Sacerdotio sumptum, οὔτε ἐμοὶ μὲν πλοῦτος ὑπέρογκος ἦν, ἐκεῖνος δὲ ἐσχάτῃ συνέζη πενίᾳ · ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς οὐσίας μέτρον τὸ τῆς προαιρέσεως ἰσοστάσιον ἐμιμεῖτο. Ubi nescio quid de particulis οὔτε et δὲ sibi invicem respondentibus adnotavit non ineruditus Vir *Aen. E. Leo* ad locum ; solus autem Bengelius verum vidit. Dio Chrys. p. 517. 44 : Καὶ μετὰ ταῦτα οὐχ ὁ μὲν δῆμος ὑμεῖς ἐπεθυμήσατε τῶν ἔργων, τῶν δὲ ἐν τέλει τις ἀντεῖπεν· οὐδὲ ἀντεῖπε μὲν οὐδείς, οὐ μὴν οὐ προθυμούμενος εὑρέθη καὶ συμπράττων· ἀλλὰ πάντες κ. τ. ἑ. Quæ exscripsi, ut interpunctionem Reiskianam, quæ ineptissima est, emendem. Cæterum in tali structura, ut a bonis Scriptoribus adhibetur, vix et ne vix quidem abesse potest μὲν particula ; quam tamen magno perspicuitatis dispendio omittere solent Scriptores sacri. Exempla sint Matth. VII, 3 : Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δόκον οὐ κατανοεῖς; ubi vid. *Fritzsche*. Rom. VI, 17 : Χάρις τῷ Θεῷ ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. Alius locus Matth. XI, 25, dilucidius sic efferendus erat : Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, ὅτι ἀπέκρυψας μὲν ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, ἀπεκάλυψας δὲ αὐτὰ νηπίοις. Cf. quæ dixit ipse Chrys. infra p. 425.

P. 364, lin. 2 post not. 63, εἰ ὅπερ] ἢ ὅπερ C, D, F; ἢ ὅπερ B.

Ibid., not. 64, ἀληστεύτῳ Edd. ἀσύλῳ in margine habent Sav. Ben. « Res redit ad codices, [qui uno ore pro ἀσύλῳ clamant] cum utrumque vocabulum probum sit. Rarius est ἀλήστευτος, cujus fortasse est interpretatio ἄσυλος. » *Matth.* Immo hujus esse interpretationem ἀλήστευτος enixe contendam. Hesychius : Ἄσυλον· ἀδλαβές. Infra p. 519, ἀλλ' ἐν ἀσύλῳ κείσεται θησαυρῷ. Tom. VIII, p. 147, μετακομίσωμεν πρὸς τοὺς ἀσύλους θησαυρούς.

AD HOMILIAM XXXII.

P. 366, lin. 3 post not. 90. Libros editos secutus sum. Nam scripti omnes τοὺς κατηγόρους οὐ κατηγορίαις habent. Mox μετὰ τὴν κατηγορίαν B, D, F.

P. 367, lin. 5 post not. 92, ἦσαν ἐσκυλμένοι καὶ ἐῤῥιμμένοι. Epit. de suo addit : οὐκ αἰσθητὴν σκύλσιν καὶ ἀπορῤῥιφὴν λέγει, ἀλλὰ νοητήν. Unde saltem bellum vocabulum ἀπορῤῥιφὴ lucramur.

Ibid., proxime notam 96, τὰ γυμνάσια τῶν ἀγώνων. « Assentior doctiss. Boisio ex ingenio legenti, τὰ γ. πρὸ τῶν ἀγώνων. Sic enim locutus est Chrysost. p. 385, γυμνασάμενος πρὸ τῶν ἀγώνων ; et γυμνάσια priora τῶν ἀγώνων. » *Sav.* Τὰ γυμνάσια et οἱ ἀγῶνες probe inter se distinguenda sunt. Infra p. 386, πόθεν ἐπῆλθε τῷ διαβόλῳ, εἰδότι αὐτοῦ τὰ γυμνάσια, κινῆσαι τοὺς ἀγῶνας. Tom. I, p. 427, ὅταν γὰρ μὴ περὶ τῶν αὐτῶν οἵ τε ἀγῶνες ὦσι καὶ τὰ γυμνάσια, τῶν ἀγυμνάστων ὁ ἀγωνιζόμενος οὐδὲν διενήνοχε. Exercitia certamine tempore priora sunt (hoc quidem vere dixit Savilius) : sed ludi ipsi exercitationibus, quibus ad eos præparatur et quasi præluditur, multo graviores et majores esse solent. Quod tamen hic, inquit Chrysostomus, contra evenit ; nam suorum exercitia ipsis ludis graviora esse voluit Christus : graviora dico, non per se æstimata, sed ὅσον εἰς τὴν αὐτῶν ἦκεν ἀρετὴν, quantum ad vires certantium. Dum enim exercebantur, suo consilio, suis viribus utendum erat ; invito autem certamine divino auxilio fruebantur. Hic, ni fallor, sensus loci, quem divinando verterunt Interpretes.

Ibid., lin. 12 post not. 96, τὸ φρόνημα] τὰ φρονήματα B, F.

P. 368, not. 4-5. Vitiosam scripturam σφιγγέντα, quam sine suspicione venditant Editores, habet præter F unus Oxoniensium, C. Alius, D, lacunam habet.

Ibid., not. 11, ἀλλ' ἀδιαφόρως] ἀλλαδιαφόρως (sic) F. ἀλλὰ διαφόρως primum dederat scriba codicis E, sed errorem suum correxit. Eadem confusio est p. 708.

Ibid., not. 14. « Præfero marginalem lectionem, συγγενείας. Nam verba illa ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ significant, Petrum et Andream non solum natura, sed moribus etiam fratres ac germanos fuisse. » *Bois.* Codices quidem omnes εὐγενείας habent, sed hac confusione vix alia tritior. Adeas pp. 201, 250, 468.

P. 369, not. 15, τὸν "καὶ Θαδδαῖον, et in marg. "ἐπικληθέντα dedit Savilius : quibus siglis *quosdam codices* ἐπικληθέντα *pro* καὶ *legere* significare voluit ; et sic revera legunt omnes mei. Montef. autem de suis codd. securus, Savilii monitum sic expressit : « Alii τὸν ἐπικληθέντα καὶ Θαδδαῖον. »

P. 370, not. 30. Edebatur αὐτοῖς ἀπαντήσεσθαι, quod ne Græce quidem dicitur : αὐτοὺς ὑποστήσε-

Digitized by Google

σθαι Sav. in marg. « Quidam αὐτοῖς ὑποστήσεσθαι. » *Montef.* Non crediderim.

P. 372. lin. 4 post not. 50. Οὕτω γὰρ καὶ αὐτοὶ τῆς φ. ἀ. E, atque ita edidit Sav.

P. 373. lin. 12, ὁ προεστὼς δίδωσιν εἰρήνην. Cf. Tom. XI, p. 348 : Ὅταν εἰσέλθῃ ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστὼς, εὐθέως λέγει. Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ὁμιλῇ, Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν εὐλογῇ, Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ἡ θυσία τελεσθῇ, Εἰρήνη πᾶσι· καὶ μεταξὺ πάλιν, Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη.

Ibid. « Καὶ τοῦτο ἐκείνου τύπος ἐστὶ, *hoc illius est typus;* id est, id quod agit Præses in ecclesia, cum pacem dat, typus est Christi pacem dantis in Evangelio. » *Montef.* Fallitur. Hoc dicit Chrysostomus : Partes Apostolorum hodie sustinet Præses. Cum hic in Ecclesia pacem dat, typus est Apostolorum domos fidelium non sine salutatione pacis intrantium. Porro, ut Apostoli iis hospitio excipiendi erant, ita nobis Præses; sed non tam cibo ac potu, quam attentis auribus et propenso animo. Hoc est, τῇ γνώμῃ πρὸ (*potius quam*) τῆς τραπέζης. Interpretes nihil viderunt.

Ibid., lin. 2 post not. 54, ἀν] οὐχὶ E, ἀν om. D.

Ibid., post notam 57, καὶ ἡ λυχνία τῆς λυχνίας. « Singulare est quod hic dicitur de iis qui ex oleo lucernæ in ecclesia ardentis uncti convaluerant. De arca postea loquitur, in qua pecuniæ servabantur pauperibus erogandæ. Aliquid difficultatis præ se ferunt verba sequentia, ubi de arca κιβωτίῳ loquens dicit, ἀλλ' ἐλεημοσύνην ἔχει συγκεκλεισμένην, εἰ καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ κεκτημένοι ἐνταῦθα; *sed eleemosynam inclusam habet, licet pauci sint qui illam possideant.* Auctoris mentem hanc esse existimo : Arca illa Ecclesiæ pecunias obtinet ad eleemosynam erogandam, quam virtutem, eleemosynæ scilicet erogandæ, ex his præsentibus pauci possident. » *Montef.* In eo est Concionator, ut domum quæ proprie dicatur, et quidem privata cujusque domo κυριωτέραν, ecclesiam esse demonstret. Præcipua domus supellex est mensa, lucerna, arca vestiaria, lectus. Mensam sibi asserit ecclesia quæ sola eo nomine digna sit, nempe Dominicam; lucernam, cujus oleum morbos depellat; arcam, quæ non vestes, sed pecuniam pauperibus erogandam inclusam habeat; lectum denique quovis lectulo cubiculari molliorem, τὴν τῶν θείων Γραφῶν ἀνάπαυσιν. Hæc de summa sententiæ; nunc singula attingenda sunt. De oleo lampadis sacræ ad ægrotos curandos adhibito, dignus est qui exscribatur locus Epistolæ *Leonis Allatii* de quorumd. Græc. opinat. p. 118 sq. « Hinc plures ex lampadum ante dictos Divos accensarum oleo, bombycem seu gossipium intinctum in cavum calamum ingerunt, ut oleum conservetur, nec aliarum rerum contactu dispereat. Eo, postquam domum reverenerint, puerorumque infirmorumque partes præcipuas illinunt, et Sancto cujus ex lampade oleum est, commendant. Nec eos spes frustratur, cum, sine alio medico, malo sic remedium inveniant. Oleo nomen est ἅγιον ἔλαιον, vel ἔλεος, *sanctum oleum.* Illius usum antiquissimum esse, et etiamnum in Ecclesia, diebus Sanctorum titularium solennibus, vel alterius maximæ dignationis, completis officiis ad unguendas facies usurpari, auctor Typici testis est; a quo modum illius intinctionis, et dies quibus ea fiat, ita colligo, Cap. XII : Εἶθ' οὕτως ὁ ἱερεὺς ἐπιδίδωσιν ἅγιον ἔλαιον ἐκ τῆς κανδήλας τοῦ ἁγίου τοῖς ἀδελφοῖς· εἰ δὲ καὶ ὁ προεστὼς ἠξίωται τῆς ἱερωσύνης, αὐτὸς ἐπιχρίει τοὺς ἀδελφοὺς ἀπὸ τῆς τοιαύτης εὐλογίας, ἐμβάπτων τοὺς ἑαυτοῦ δακτύλους τοὺς δύο, καὶ οὐχὶ τὸν ἕνα. » Hactenus ille. Sed ut verum fatear, nondum mihi compertum est, talem usum inde a Chrysostomi ævo repeti posse. Itaque nostrum locum de oleo benedicto (εὐχέλαιον recentiores vocant) ad morbos depellendos adhibito mallem intelligere. Hoc autem ex lucerna in ecclesia accensa sumi solitum esse, ex Chrysostomi verbis probari nequit. Utut sit, locus est valde notabilis, ut jure mireris, cum Scriptores qui de sacramento extremæ unctionis in utramque partem disputarint, prorsus fugisse; præsertim cum ad alium Nostri locum (lib. III, de Sacerdot. Opp. tom. I, p. 384) qui nihil aut admodum paululum ad hanc rem pertineat, utrinque provocetur. Quod si noster locus Viro λογιωτάτῳ *J. C. V. Augusti* (Denkwürdigkeiten, tom. IX, p. 472) innotuisset, vix affirmasset Græcos pro suo εὐχελαίῳ ne unum quidem exploratæ fidei testimonium ex antiquitate producere posse. Ut magis mireris, idem V. D. in alia operis sui parte (tom. XII, p. 40) ubi de origine nominis *ciborii* disputat, verba proxime sequentia, Καὶ τὸ κιβώτιον. . . συγκεκλεισμένην in rem suam convertit, sed ut ea ab alio Scriptore excitata arripuisse, non ipsum locum inspexisse, facile conjicias. Nam comparationem nescio quam inter *arcam Templi* (!) et *Christianæ Ecclesiæ ornamenta* (?) a Chrysostomo institutam somniavit. Tale est ex alienis cisternis, non ex ipsis fontibus haurire. Sed, ut ad nostram rem redeamus, verba εἰ καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ κεκτημένοι nescio an recte ceperit Montefalconius, ut ex præcedentibus repetatur ἐλεημοσύνην, sed alia vi, ea scilicet qua non de stipe, sed de ipsa miserationis virtute ponatur. Non intelligo Veterem : *quæ qui privantur, culpa sua privantur.*

P. 374, not. 61. ἂν δὲ μετὰ τῶν ὕβρεων καὶ μὴ δέξησθε, h. e. *si autem præter contumelias etiam recipere nos recusabitis.* Alteram lectionem vertit Vetus : *si vero vos contemptui et contumeliæ me habebitis.*

P. 375, lin. 3 post not. 71. Ὅταν γὰρ περὶ, omisso καὶ Mor. Ben. Ὅταν περὶ E.

P. 376, not. 78. Hodie ταύτῃ prætulerim, ut αὕτη ἡ δουλεία de servitute, quæ ad hanc vitam pertineat, intelligatur. Nam hic est frequens apud Nostrum hujus pronominis usus, ut per epitheta βιωτικὸς, vel σωματικὸς, vel etiam αἰσθητὸς, explicari possit. Talia sunt p. 94, οὐ ταύτης ἦν τῆς; βασιλείας βασιλεύς; p. 183, οἱ ἀπὸ τῶν δεσμωτηρίων τούτων; p. 195, τῆς ἀκτῖνος ταύτης; p. 447, οὐ ταύτην λέγων τὴν ὄψιν, οὐδὲ τὴν ἀκοήν, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ διανοίας; p. 691, οὐ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τούτων τῶν πολέμων; tom. XI, p. 50 : Βούλομαί τι ὑποδείγμα εἰπεῖν, καὶ οὐχ εὑρίσκω ἐν τοῖς πνευματικοῖς· διὸ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἐρῶ. Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς ἐρῶντας τούτους; quæ perperam vertit Montef. *hos qui amant.* Similis est hujus pronominis *de persona aut re omnibus nota* apud exteros usus.

Ibid., not. 80. « Alii ἀνάστασιν, alii ἔγερσιν, quod id ipsum est. » *Montef.* Imo ἀνάστασις de *resurrectione*, ἔγερσις de *resuscitatione* mortuorum recte ponitur. Hoc, quod uno ore codices testantur, ad sensum quoque hic unice quadrat.

AD HOMILIAM XXXIII.

P. 377, ante notam 91, τῷ ἀπροσδοκήτως] τὰ ἀπροσδοκήτως Com. Mor. Ben. Savilii lectionem ab omnibus meis testatam recepit Editor Ben. 2dae.

P. 378, not. 3, καὶ ἕως habet etiam C.

P. 379, not. 7. Corrige : « ὅσον] ὃς ἐὰν B et pr. D, ὅσον ἐὰν corr. D, ὅσον γὰρ ἂν C, ὡς ἐὰν F. Deinde ἀκέραιος ὡς ἡ περ. A, B et pr. D. »

Ibid., lin. 3 post not. 8, ἐνταῦθα αὐτοὺς ἀπαιτεῖ E, et sic ed. Sav.

P. 380, lin. 7, τὸν ἐκείνων θυμὸν] τῶν ἐκείνων θυμὸν E, τὸν θυμὸν τὸν ἐκείνων B, τὸν θ. τῶν ἐκείνων F.

Digitized by Google

Ibid., lin. 14, βλέπε καὶ τὸ legit etiam D. Infra, γ', not. 16, idem codex οὐδέπω habet.

P. 381, not. 19. Πάνυ γε. Οὐ γὰρ τὴν εἰρήνην Com Mor. Ben. Καλήν γε τὴν εἰρήνην Sav. Proba est lectio vulgata, modo scribas: Πάνυ γε (οὐ γάρ;) τὴν εἰρήνην κ. τ. ἑ. Infra p. 412 : Πάνυ γε (οὐ γάρ;) ὡς ἡμεῖς βιοῦμεν νῦν. Ita enim, ut mihi ipse constem, distinguendus est locus. Ironicum οὐ γάρ; *nonne?* mediæ verborum structuræ interjectum, quemadmodum apud optimos Scriptores πῶς γάρ; construitur, aliquid animadversionis postulat. Præter loca jam memorata redibit infra p. 792. secundum duorum quidem codicum lectionem : Καλά γε (οὐ γάρ;) τῶν ἱερέων τὰ σκεύη. Nunc alia Chrysostomi loca, ubi eadem formula aut legitur, aut legi debet, recensenda sunt. Tom. XII, p. 148 : Πάνυ γε· οὐ γὰρ καλῶς μεριμνῶσιν ἀγωνίσασθαι. Frigide Montef. *Ita sane: non sunt enim solliciti ut recte certent.* Tu lege : Πάνυ γε (οὐ γάρ;) καλῶς μ. ἀ. Tom. VIII, p. 395 : Καλά γε τῆς ἑορτῆς τὰ κατορθώματα. φόνοις ἀναμιγνύναι τὴν πανήγυριν. « Alii Οὐ γὰρ τῆς ἑορτῆς τὰ κ. » *Montef.* quod ex Savilii margine descripsisse videtur. Sed istos, quicunque sint, codices lectionem Καλά γε (οὐ γάρ;) τῆς ἑορτῆς τὰ κ. habuisse, post loca a me allata nemo dubitabit. Ultimum exemplum sit tom. I, p. 236, ubi Montef. edidit, Καλήν γε οὐκ ἀποδώσομεν τῇ παρθένῳ τὴν ἀμοιβήν, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγημεν : Savilius autem rectissime tum ad lectionem, tum ad distinctionem, Καλήν γε (οὐ γάρ;) ἀποδώσομεν κ. τ. ἑ. Proxime ab hoc usu abest locus Luciani Dial. Deor. v, 4, ἡδίω ταῦτα, οὐ γάρ; καὶ παρὰ πολὺ ὁ οἰνοχόος ἐκεῖνος ἐμπρέπει τῷ συμποσίῳ τῶν θεῶν. Ubi ante Hemsterhusium legebatur uno tenore, οὐ γὰρ καὶ παρὰ πολὺ κ. τ. ἑ.

P. 382, not. 33. Vocabulum πάντες in suo legit Vetus, perperam tamen vertens : *ab omnibus jam diu contempta est.* Ergo τὰ Κυνικὰ κ. pro quarto casu habuit.

P. 386, not. 61. Cfr. p. 500 : Μὴ γάρ μοι τὰ παραχειμενα κρέα ἴδῃς ; tom. X, p. 452 : Μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς μόνον, ὅτι θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε, ubi aut legendum ἴδῃς, aut delendum μόνον videtur.

P. 387, not. 68. Lectionem plane singularem καὶ τὸ πρόσωπον ταχέως νίψας venditat E. Scilicet scribæ observabatur locus Gen. XLIII, 30, καὶ νιψάμενος τὸ πρόσωπον, ἐξελθὼν ἐνεκρατεύσατο. Sed unice vera est vulgata. Tom. I, p. 780, ὅταν λυθῇ τὸ θέατρον, ὅταν ῥιφῇ τὰ προσωπεῖα. Ibid. p. 778, τὰ προσωπεῖα ἐκείνων κρύπτεται (fort. ῥίπτεται).

—

AD HOMILIAM XXXIV.

P. 388, not. 79, φθήσεσθε. Cf. adnot. ad p. 727. Mox notandus est usus *temporalis*, qui dicitur, copula καὶ, in verbis οὐ φθήσεσθε περιελθόντες τὴν Παλαιστίνην, καὶ εὐθέως ὑμᾶς καταλήψομαι. Similia sunt, quæ sequuntur : p. 735 : Οἵτε γὰρ ψευδοπροφῆται καὶ οἱ ψευδόχριστοι θορυβήσουσι παραγενόμενοι, καὶ εὐθέως αὐτὸς πάρεστι. Floril. p. 548 : Οὕπω ὁ καρπὸς, καὶ ἡ ἀπόρασις ἔδραμεν. Dionys. Hal. Antiq. v, 42 : Οὔπω μέσαι νύκτες ἦσαν, καὶ ὁ τῶν Σαβίνων ἡγεμὼν ἀναστήσας τοὺς στρατιώτας, ἦγεν ἐπὶ τὸν χάρακα. Adde locum Jac. I, 11, ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι, καὶ ἐξήρανε τὸν χόρτον; ut recte post Bezam ab Interpretibus vernaculis explicatus est.

P. 389, not. 80. Editi, Εἰ γὰρ φοβεῖσθε, φησὶ, φεύγετε, καὶ μὴ φοβεῖσθε, omissis cæteris. « Post φεύγετε, quidam addunt τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπὼν, φεύγετε. » *Montef.* Sic Sav. in marg. Hæc quanquam in nullo meorum exstant, auctoritate marginis Saviliani et Interpretis Arm., qui ea ad amussim expressit, non dubitavi in seriem recipere. Nam et ad sententiam aptissima sunt, et propter homœoteleuton facillime effluere poterant. Vetus Latinus ita vertit, quasi legisset, Τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπὼν, Εἰ φοβεῖσθε, φεύγετε. Epitomator autem hæc tantum habet, Εἰ γὰρ φοβεῖσθε, φησὶ, φεύγετε.

Ibid., not. 82, ὑποδέξονται· τῶν κινδύνων δὲ ἕνεκεν τῆς ἀγωνίας, εἰπὼν] ὑποδέξονται· τῶν δὲ κινδύνων, εἰπὼν Edd. Solus Sav. in marg. ἕνεκεν post κινδύνων addit. ὑποδέξονται τῶν κινδύνων ἕνεκεν, εἰπὼν A. ὑποδέξονται τῶν κινδύνων, εἰπὼν B, F. ὑποδέξονται· τῶν κινδύνων δὲ ἕνεκεν, εἰπὼν D. Postremo ὑποδέξονται· τῶν κινδύνων ἕνεκεν τῆς δὲ ἀγωνίας, εἰπὼν C, E. Horum ad præscriptum locum refluxi, nisi quod sedem particulæ δὲ juxta codicem D mutavi.

P. 390, not. 98. Constructio est : ἀντιδιαστέλλων τὸν τρόπον τῆς δ. ἐκείνης πρὸς τὴν μ. τ. παῤῥησίαν ἰσομένην. Dicitur ἀντιδιαστέλλειν τί τινι, ut p. 417; vel πρός τι, ut h. l. et supra p. 161.

Ibid., post octo lineas. Καὶ διατί μὴ εἶπεν [ἀκολύτως] κηρύξατε Com. Mor. lidem paulo post μόνον includunt. « Ἀκωλύτως post εἶπεν Mor. sed deest apud Savil. et in quibusdam item Mss. abest. » *Montef.* Deest etiam in omnibus meis, et procul dubio insititium est. Euthym. Tom. I, p. 87. ἀλλ' ἔθος ἐστὶ τῇ Γραφῇ τὸ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀκωλύτως λέγειν, ἐφ' οὗ ἂν ἐθελήσῃ χρόνου : ubi Matthæio in mentem venit ἀπολύτως, *absolute*, probabili sane conjectura. Nam ἀπολύτως pro ἁπλῶς ex Grammaticis satis notum est; non item ἀκωλύτως. Emendationi favet scriptura nostri loci ἀκολύτως; ita enim, non, ut Montef. ait, ἀκωλύτως, in Edd. excusum est.

P. 391, lin. 12, 20, 30, ἀποκτενόντων ter habent B, C, D, F, Com., Mor., Ben.; ἀποκτεννόντων ter A, ἀποκτενόντων bis. in tertio autem loco ἀποκτεννόντων E; ἀποκτενόντων bis edidit Sav., sed ex tertio ἀποκτεινόντων fecit. Hoc in omnibus locis, non monito lectore, scripsit Editor Ben. 2^dae. Scripturam ἀποκτενόντων ex omnibus Mosquensibus laudavit Matthæius. Cf. pp. 557, 739. Etiam Novi Fœderis codices et hic et alibi inter ἀποκτένω, ἀποκτέννω, et ἀποκτείνω fluctuant, sed major fere numerus pro ἀποκτένω stare solet. Hanc formam in nostro loco, cum tantus sit subsidiorum consensus, edendam curavi; quanquam haud multum abest quin ad sententiam Viri doctissimi *C. F. A. Fritzsche*, Quatuor Evv. tom. II, p. 507, accedam, cui verbum ἀποκτένω plane nihili esse videtur.

Ibid., lin. 2-3 post not. 2, τοῦ πάντων δοκοῦντος εἶναι φοβεροῦ. « Deest μάλιστα, aut pro φοβεροῦ legendum φοβερωτάτου. » *Sav.* Codices nihil mutant *. Infra p. 839 in bonis libris ὦ πάντων ἀνόητοι legitur.

Ibid., not. 8, εἰς παγίδα. « Huic confusioni fortasse occasionem dederit Psalm. CXXIII, 7, ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρούθιον ἐῤῥύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων. » *Matth.* Idem V. D. loca Origenis indicavit, I, 263, καὶ ἄνευ τῆς βουλῆς τοῦ Πατρὸς οὐδὲ τὸ εὐτελέστερον τῶν ἐπτερωμένων στρουθίων ἐμπίπτει εἰς τὴν παγίδα. IV, 356, ἐπιλανθανόμεθα τοῦ ἄνευ Θεοῦ στρουθίον μὴ πίπτειν εἰς παγίδα. Euthym., καὶ ὅμως οὐδὲ ἓν ἐκ τούτων θηρεύεται χωρὶς τοῦ Θεοῦ. Vulgatam scripturam ab ipso Chrysostomo laudatam esse, p. 153, Critici non animadverterunt.

P. 392, not. 13. Lectio ποιοῦμεν ex uno cod. D notanda erat. Mox κἂν μυριάκις ἀνέλωσιν, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερον edidit Sav. invitis codicibus.

P. 393, not. 24. Lectio codicis D, quæ minus

* Gallice dicimus : *terrible entre tous*, etc. Edit. Patrol.

Digitized by Google

recte a me exscripta est, hæc est : ἀντίῤῥοπον, πολλῷ δὲ μᾶλλον πλεονεξίαν εἰσήγαγε.

P. 394, ante notam 35-36, ἐπιβουλῆς. « Vox suspecta. » *Montef.* Immerito. Idem perperam vertit τῆς τούτων ἐπιβουλῆς, *insidiarum hujuscemodi*. Recte Vetus : *insidiarum quas adversus fideles cogitant*. Appositum exemplum ex Justino M. laudavit *H. Steph.* in Thes. ἡ τοῦ Διὸς ἐπιβουλή, *Jovi structæ insidiæ*. Sic p. 437, al ἑτέρων εὐεργεσίαι sunt *beneficia in alios collata*.

P. 395, not. 44-45. Constructio mixta est ex duabus, ἐμοὶ δοκεῖν, καὶ ναοὺς ἂν ᾠκοδόμησαν οἱ πολλοί, et ἐμοὶ δοκοῦσι καὶ ναοὺς ἂν οἰκοδομῆσαι οἱ πολλοί. Quam tamen confusionem ipsi Auctori, non librariis tribuendam esse nullus dubito. Posterior lectio est Commelini ejusque imitatorum ; alteram nescio unde invexit Savilius, qui tamen verbum infinitum πεῖσαι non mutavit. At in nullo codice aut δοκοῦσι aut ᾠκοδόμησαν scriptum vidi.

Ibid., not. 52. Edd. omnes ἀπαθές. « Alii εὐπαθές, alii ἐμπαθές. » *Montef.* Vocem εὐπαθεῖν de corporis valetudine amat Noster. Tom. X, p. 361, καθάπερ τὰ ὑγιεινὰ τῶν σωμάτων, κἂν ἅρτῳ τρέφηται μόνῳ, εὐπαθεῖ καὶ σφριγᾷ. Tom. XII, p. 176, ὅσα τὸ μὲν σῶμα ἀνθεῖν ποιεῖ καὶ εὐπαθεῖν, κακοῖ δὲ τὴν ψυχήν.

P. 396, not. 58-59. Lectiones codicum A et B minus accurate retuli. Nam ille αὕτη τὸ σῶμα, hic autem αὐτῇ τὸ σῶμα legit. Totum locum sic vitiose exhibet A, ἐκ προσωπείου γὰρ ἡ ὥρα αὕτη τὸ σῶμα περίκειται.

AD HOMILIAM XXXV.

P. 397, not. 62. Ἀνθυποφέρειν, quod ex margine Editionum jubentibus omnibus codd. in seriem intuli, cum significatione *objiciendi* proprium dialectices vocabulum est. Tom. VIII, p. 184, τῷ ἀνθυπενεγκεῖν καὶ εἰπεῖν· Μὴ μείζων εἶ σὺ τοῦ Ἰακώβ ; Greg. Nyssen. de An. p. 252, χρὴ μὴ παντάπασιν ἀνεξεταστοὺς ἐαθῆναι τὰς ἀνθυπενεχθείσας ἡμῖν ἐνστάσεις. Alterum ἀνθυποστρέφειν et valde recens est, et semper, ni fallor, intransitive cum vi *redeundi* ponitur.

Ibid., lin. 3 post not. 66. Ταῦτα λέγει (om. δὲ) B, F. Mox p. 398, lin. 2, οὕτω τὸν λόγον (om. καὶ) B, et sic edidit Sav.

P. 398, lin. 2 ante not. 75, ἀλλὰ καὶ] καὶ ἄλλος σοφὸς E.

P. 399, not. 81, διαλέγεται habet etiam D. *disputat* Ge.

P. 401, not. 96, προβάλληται legit F ; not. 97. Lectionem ποτήριον ψυχροῦν e tribus produxit Matthæius, sed Evangelii, non Chrysostomi codicibus. Paulo post, Κἂν ποτήριον ψυχροῦν δῷς, ἔνθα Com. Mor. Cf. adnot. ad p. 518.

P. 402, lin. 6. Νῦν δὲ οἱ μὲν ἐξυπνίζοντες κ. τ. ἑ. Locus ad mores et vitam domesticam illustrandam in primis idoneus. Hic omnino notandum, quod de toto libro verissime prædicavit *Bast.* Ep. Crit. p. 131, *opus dignissimum esse, quod ab iis, qui studium impendant in veterum moribus ritibusque cognoscendis, legatur omnibus.* Καὶ οἱ χελιδόνας περιφέροντες. « Est descriptio agyrtarum, qui hirundines secum circumferebant ita institutas, ut emissæ e manu irent sæpius et redirent, capitique eorum, qui emiserant, insiderent, et ex ore eorum cibum caperent, cum summa admiratione spectantium. Hæc est conjectura mea. » *Bois.* His meliora non habeo proferre. Nam nihil huc pertinere videntur οἱ τῇ χελιδόνι ἀγείροντες, Athen. p. 360, qui stipem cogebant, canendo cantilenam quamdam de adventu hirundinis ; qui Rhodiis mos fuit.

P. 404, not. 29, ὡς ἂν ἅρῃ τιθηνὸς τὸν θετὸν θηλάζοντα Ben. hac notula adscripta : « Savil. θετόν, Morel. θητόν. In Mss. plurimis hæc vox non habetur, neque in Bibliis Græcis legitur. » Nimirum apud Com. et Mor. legitur τὸν [θητὸν] θηλάζοντα ; Savilius autem, ut Græcum saltem vocabulum propagaret, ex ingenio, ut videtur, τὸν [θετὸν] θηλάζοντα dedit. *In codicibus neque* θητὸν *neque* θετὸν *invenire potui*. Nec mirum. Nam inspecto textu Commeliniano, statim apparet corruptelæ origo. Scilicet scriba codicis, ex quo suum θητὸν sumpsit Commelinus, cum scribendum esset τὸν θηλάζοντα, duas priores syllabas *bis* exaravit ; deinde errorem suum non rasura, sed punctis superimpositis, ut solent librarii, correxit, h. m. τὸνθητὸνθηλάζοντα. Neglectis punctis, habes ipsissimam Commelini scripturam τὸν θητὸν θηλάζοντα. Quod reliquum est, præter incredibilem Nostri Editorum socordiam, quæ istis Viris usitata est, nequeo non mirari eorum indiligentiam, quibus lectiones Versionis LXX-viralis in usum Editionis Holmesianæ e Patribus Græcis exscribendi cura demandata erat. Nam sine ulla suspicione, ne Editionibus quidem Benedictina prioribus inspectis, ut taceam tot codices Chrysostomi in sua Bibliotheca repositos, hæc ὡς ἂν ἅρῃ τιθηνὸς τὸν θετὸν θηλάζοντα pro varia, si diis placet, Bibliorum lectione venditarunt.

P. 404, not. 34, ἵνα σχολαιότερον βαδίσῃ. « Pro ἵνα legendum cum doctissimo Boisio ἐάν. » *Sav.* « Legendum omnino videtur, ἐὰν σχ. β. ut notavit Savilius. » *Montef.* « ἵνα σχολαιότερον.] Ita quoque in Eclogis. [Tom. XII, p. 592.] Ac ibi quidem Montef. conjicit, ἵν' ἀσχολαιότερον. Hic autem Savilii vel potius Boisii conjecturam ἐὰν σχολαιότερον probat. Posterius mihi quoque probatur. Nam ἀσχολαιότερον nondum inveni. Ἀσχόλως enim dicitur, non ἀσχολαίως. » *Matthæi.* Nov. Eclog. p. 184. Barbarum illud ἵν' ἀσχολαιότερον conjectura est non Montefalconii, sed Etzelii in margine Florilegii p. 357 ; quam ad suarum Eclogarum marginem transferendam curavit Montef. * Critici igitur uno ore ἐὰν pro ἵνα reponi jubent ; pari autem consensu codices vetant. His ego fretus proscriptæ particulæ causam defendendam suscipio, ea tamen lege, ut ad cadentis linguæ rationes et ipsius Scriptoris usum, non ad accuratam Græcitatis normam res exigatur. Scilicet particulam istam vergente lingua quam longissime a proprio usu deflexam esse, vel e sacris Scriptoribus notum est, quibus inter alias depravationes solemne est ἵνα cum conjunctivo loco infinitivi ponere, ut in notis locutionibus, συμφέρει σοι, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω—αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμή, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, et similia ; quæ qui ad usum

* Montefalconius in monito Eclogis suis præmisso codicem quemdam Coislinianum nominat, cujus prolixiorem descriptionem in Biblioth. Coislin. p. 133 seqq. dedit. Ne tamen putes eum in Eclogis ornandis aut hunc aut alium quempiam codicem in subsidium vocasse, scias eum Florilegium Etzelii, vel potius idem a Morello repetitum, adeo serviliter expressisse, ut hic illic conjecturas Etzelii, et quidem, *falsas* non monito lectore ediderit. Ponam duo exempla. Tom. XII, p. 492. C. (Flor. p. 139) Εἰ δὲ ἦν μοι δυνατὸν δεῖξαι τοῖς ὑμετέροις ὀφθαλμοῖς τὴν ἐκείνων ψυχήν, καὶ ἴδετε (sic) ἂν ῥυπῶσαν, αἰχμῶσαν, κατισχυμένην, τεταπεινωμένην καὶ ἀπαῤῥησίαστον. Sed κατισχυμένην correctio est Etzelii, ut ipse ait, notam *male in exemplari scriptum esse* κατησχυμένην. Immo κατησχυμμένην sanissimum est et elegantissimum ; a terum autem, si Græcum est, multo deterius. Ibid. p. 497 (Flor. p. 151) : Εἰ δὲ πάλιν ἐνταῦθα τὸ κατ' ἀξίαν ἅπαντες ἀπελάμβανον, περιττὸν ἂν ἡγήσαντο εἶναι καὶ ψευδῆ τὸν τῆς κρίσεως λόγον. Ἵν' οὖν μήτε οὗτος διαπιστῆτε, μήτε ὁ πολὺς καὶ χυδαῖος λαὸς φαυλότερος γίνηται καταφρονῶν κ. τ. ἑ. Etzel. in marg. *In exemplari*, μήτε οὗτος διαπιστῆται. Hic quoque codicis scripturam sanissimam esse, ut οὗτος sit ὁ τῆς κρίσεως λόγος, nemo non videt. Utrumque locum intemeratum servavit Savilius.

Digitized by Google

honorum Scriptorum revocare laborant, profecto laterem lavant. Simili depravatione factum esse puto, ut verba ἵνα σχολαιότερον βαδίσῃ ad sensum fere idem valerent, ac si scriptum fuisset ἐὰν σχ. β. vel potius ἐὰν σχ. β. μόνον. Vertas, *modo seguius eat*, vel *fac eum seguius ire*. Utut explicari possit, particulam ἵνα tali modo a Chrysostomo poni solitam esse, ex pluribus ejusdem rationis locis, quæ nunc afferenda sunt, plane constabit. Infra p. 501, καὶ ὁ μὲν ἵνα τι εἴπῃ ἀστεῖον, ἐμπλησθεὶς ἀπῆλθεν· οὗτος δὲ διδάξας ἡμᾶς, ἃ μὴ μαθόντες οὐδὲν ἂν τῶν κυνῶν διεφέρομεν, οὐδὲ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦται ἐκείνῳ. Ubi Vetus : *si facete aliquid dixerit*. Flor. p. 66, Τί τῆς φιλανθρωπίας ταύτης ἴσον; ἵνα στυγνάσῃ μόνον, ἀφῆκε τὰ ἁμαρτήματα. Qui locus nescio unde exscriptus sit. De Sacerdot. Lib. I (tom. I, p. 366), ὅτι τοσούτους καὶ τηλικούτους ἀφέντες ἄνδρας, μειράκια χθὲς καὶ πρώην ἔτι ταῖς τοῦ βίου μερίμναις ἐγκαλινδούμενα, ἵνα χρόνον βραχὺν τᾶς ὀφρῦς συναγάγωσι, καὶ φαιὰ περιβάλωνται, καὶ κατήφειαν ὑποκρίνωνται, ἐξαίφνης εἰς τοσαύτην ἦγαγον τιμήν. Ubi mireris, ex tot Criticis, qui in aureum illum libellum multam operam et utilem insumpserunt, ne unum quidem in hac locutione novi aliquid aut notabilis vidisse. Longe alia fuit fortuna loci, qui nunc exscribendus est, tom. VIII, p. 178 : Οἱ μὲν γὰρ βάρβαροι, ἵνα λεόντων πεῖραν λάβωσι μόνον, πρὸς τὴν Ἰουδαϊκὴν εὐσέβειαν ἐπανῆλθον εὐθέως· ἐκεῖνοι δὲ, τοσαύτας ὑπομένοντες τιμωρίας, οὐδὲ οὕτως ἐσωφρονίσθησαν. Res narratur IV Reg. XVII, 25 sqq. Remedium lene, ἵνα in ἐὰν conversum, hic non multum profuere videbatur; quare ad sectionem ustionemque recurrendum erat. « Legendum omnino βάρβαροι λεόντων πεῖραν λαβόντες μόνον. » *Sav.* « Unus codex, isque optimæ notæ, habet ἵνα πλέον πεῖραν λάβωσι μόνον, quæ vera videtur esse lectio. Altera enim ἵνα λεόντων πεῖραν. λ. μ. ferri nequit. » *Montef.* Proinde incredibili temeritate ita edidit, vertens *ut majus experimentum acciperent!* Postremum exemplum erit, tom. VI, p. 196 : Οὕτως ὁ τελώνης τὰ μυρία ἡδυνήθη κακὰ ἀποθέσθαι, ἵνα εἴπῃ· Ὁ Θεὸς, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. Jam, ni fallor, ad usum Nostri præter omnem controversiam stabiliendum satis superque exemplorum allatum est; de aliis vero Scriptoribus nondum mihi liquet. Certe Æsopi loco, Fab. CLVII, Ed. de Fur., Πῶς ἔχεις, φίλε; τί δὲ σοί; ἵνα τι χρήζῃς, ἀνάγγειλόν μοι, non multum tribuo; nam et Auctor inquinatissimus est, et ratio loci nostris exemplis dispar. Sed in solœco ipsius Chrysostomi loco, infra p. 441, ἀλλ' εἰ νηστεύσει (νηστεύσῃ Bodl. Clarke 38) καὶ πένητι δῷ μικρὸν ἀργύριον, si legas ἀλλ' ἵνα νηστεύσῃ, habes structuram locis supra allatis simillimam.

—

AD HOMILIAM XXXVI.

P. 409, lin. 4 ante not. 74, τουτέστιν, ὁ εἰς τὸν ᾅδην μέλλων καταβαίνειν. Theophylact., ἵνα κἀκεῖ σώσῃ, ὡς φησιν ὁ θεόλογος Γρηγόριος, τοὺς ὅσοι πιστεύειν ἔμελλον, εἰ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν αὐτῶν ἐσαρκώθη.

P. 410, not. 86. Vocabulum ἐκεῖνο, *illud quod dicturus sum*, fefellit eos qui, ut nexum planiorem facerent, plura commenti sunt. In dicto additamento nescio quid sibi velit τὸ κατ' αὐτοὺς τοῦτο αὐτὸν ἐρωτᾷν; nisi sit *quæstionem illam eo sensu, quo ab illis intelligitur, proponere*.

Ibid., not. 89. Διὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ E, et sic edidit Sav.

P. 412, not. 1. Dixi συντραφέντες in Edd. legi, quod non omnino verum est. Savilius enim ἐντραφέντες in textu, in margine autem συντραφέντες dedit.

Ibid., not. 4. « Post προσέχοντες Boisius ex ingenio explet, οὕτω κἀκεῖνοι ἂν ἔθλουν; cum interrogatione : et post πάνυ γε supplet εὔλογον ex præcedentibus. » *Sav.* Sed vide adnot. ad p. 381.

Ibid., not. 5. « καὶ τοῦτο] Boisius καὶ διὰ τοῦτο. Fortasse καὶ τούτῳ. » *Sav.* Nil mutandum. Aristoph. Plut. 460, τί οὖν ἀδικοῦμεν τοῦτό σε.

—

AD HOMILIAM XXXVII.

P. 415, not. 22. Edebatur τὴν μάλιστα ὑφορμῶσαν αὐτοὺς τότε. « Unus ὑφορμοῦσαν, et sic legendum suspicatur Savilius. Utraque lectio convenit. Ibid. quidam αὐτοῖς τότε. » *Montef.* Ὑφορμᾷν, ut dixi, vox est nihili; ὑφορμεῖν autem cum tertio casu construitur. Supra p. 205, ἐκβάλλειν τὸ μέλλον αὐτῶν ὑφορμεῖν τῇ διανοίᾳ. Tom. X, p. 574, διὰ τῆς εὐχῆς λογισμὸν ὑφορμοῦντα τῇ φιλοτιμίᾳ ταύτῃ ἀναιρεῖ. Thom. M. p. 656 : Ἐντεῦθεν δοκεῖ παρῆχθαι καὶ τὸ ὑφορμῶ, ἤγουν ὑποπτεύομαι, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὑπὸ τοῖς ὄρμοις κρυπτομένων πετρῶν, καὶ ὑπόπτων οὐσῶν τοῖς καταίρουσιν... Λιβάνιος· δεῖ τὸ ὑφορμοῦν θεραπεῦσαι· ἤγουν τὸ ὑποπτευόμενον. *Sallier.* ad loc. « Quo pertinent hæc Demosthenis Olynth. I, p. 15, τὰ ὑφορμοῦντα εὐθὺς ἐν ἀρχῇ θεραπεύειν· ἀναιρεθέντων γὰρ τῶν ἀντιπραττόντων καὶ ὑφορμούντων ἐν τῇ γνώμῃ τῶν ἀκροατῶν. Ubi ὑφορμοῦντα dicuntur, quæ nobis suspecta sunt, et proinde caute tractanda, atque huncce Demosthenis locum videtur ob oculos habuisse Synesius [imo Libanius] ipso in loco, quem Thomas adducit. » Fallitur. Nam hic usus verbi ὑφορμεῖν non est antiquus, nec locus, quem adduxit, Demosthenis est, sed Interpretis ejus, Ulpiani.

Ibid., not. 25, ἐκολάκευσεν ἄν. Sic etiam Regii 668, 669. In meis præter F vulgatum οὐκ ἐκόλασεν legitur. « Morel. et Savil. οὐκ ἐκόλασεν ἄν : alii οὐκ ἐκολάκευσεν ἄν. » *Montef.* Sed posterior lectio non nisi incuriæ Savilii debetur, qui in textu οὐκ ἐκόλασεν pro ″οὐκ ἐκόλασεν scripsit. De confusione vocum κόλασις et κολάκευσις monuit *Bast.* Comment. Pal. p. 822.

Ibid., β', lin. 3, ἐπάγει λοιπὸν καὶ τὸν προφήτην. Vertit Montef. *subjunxit postea, Prophetam*. Ita locum intellexit scriba codicis A, qui ἰδεῖν post προφήτην addit. At ὁ προφήτης hic, ni fallor, Malachias est, non Joannes. Cf. p. 527.

P. 416, not. 31. Savilius in textu : σεμνοτέραν τοῦ Χριστοῦ λαμβανόντων ″αὐτῶν ὑπόνοιαν; et in marg. ″περὶ αὐτοῦ. Hoc est, secundum ejus compendia : *Alii pro* αὐτῶν, περὶ αὐτοῦ *habent*. Lectio quam ex omnibus codd. dedi, hoc modo a Savilio notanda erat : σ. τοῦ Χ. ᾽λαμβανόντων αὐτῶν ὑπ. et in marg. ᾽περὶ αὐτοῦ. Nescio quid sibi velit Montefalconii nota : *Alii* λαμβανόντων αὐτοῦ.

P. 418, not. 42. Quod ad sedem verbi προσέθηκε attinet, cum Edd. consentiunt C, E. Deinde si sana est lectio vulgaris πρὸς τὸ, inest præpositioni vis *intuendi, rationem habendi*, ut in loco Joannis XIII, 28, τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔγνω πρὸς τί εἶπεν αὐτῷ. Sed cum unus codex E (quod serius vidi) πρὸς τῷ habeat, non est cur ad contortas rationes recurramus.

Pag. 419 desin., not. 54. Si ἀπρόσφορα verum est, pronomen αὐτοῖς non cum ἀπρόσφορα, sed cum λέγει jungendum est. Hanc lectionem, quæ Nicetæ quoque est, silentio prætereunt Editores.

Digitized by Google

Certe in vulgata requirat aliquis, αὐτοῖς μὲν πρόσφορα, τῆς δὲ τοῦ Θεοῦ μ. ἀ.

P. 422, not. 70. Ἄλλος δέ τις γεγηρακὼς κ. τ. ἑ. Vide adnot. ad p. 502.

P. 424, not. 76, ἀρχαγγέλων legunt etiam Oxonienses C, D, E. Paulo post pro ἐξὸν, ὅταν ἐξῇ habent A, C, D; ὅταν ἔξῃς, (sic) F.

AD HOMILIAM XXXVIII.

P. 426, lin. 2 post not. 89, οὕτω καὶ τοῦτο ποιεῖ, h. e. εὐχαριστεῖ. Aliud est εὔχεσθαι καὶ ἐντυγχάνειν, aliud εὐχαριστεῖν, quod fefellit eos, qui locum, ut vulgo legitur, refinxerunt.

Ibid., not. 93. Lectionem ἀπέκρυψας recte affirmat Nicetas. Contra Regii 668, 669 cum Editis faciunt.

P. 428. γ', not. 10. In loco Actorum Apost. sinceram lectionem esse ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος ἀτιμασθῆναι recte statuerunt Critici sacri. Nostri quidem nomen pro additamento τοῦ Χριστοῦ plerumque appellatur, sed in hac textus Chrysostomici depravatione de talibus anceps judicium est. E. g. in nostro loco pauca, sed optimæ notæ subsidia τοῦ Χριστοῦ omittunt. In alio loco tom. IV, p. 208, ubi itidem Editiones τοῦ Χριστοῦ legunt, codex quidam Cantab. (Coll. Trin. B. 8, 2) αὐτοῦ habet.

P. 429, not. 17. Verba inclusa etiam in Regiis modo dictis desiderantur. Paulo post καθέλκει legit etiam E.

Ibid., lin. 4 post not. 18, εἰπέ μοι] ἐπίπονον καὶ E.

P. 430, not. 27. καρτερεῖν est lectio Edd. Com. et Mor. a Savilio mutata. *devehi* Ge.

Ibid., not. 30. Sav. in textu, τὸν αὐτὸν Ἀαὶ φοβ. et in marg. Ἀοῦτω. Unde Montef. « Alii τὸν αὐτὸν οὕτω φοβ. » Recte : sed scribere voluit Sav. τὸν Ἀαὐτὸν καὶ φοβ. ut οὕτω pro verbis αὐτὸν καὶ reponeretur; quæ omnium librorum scriptura est.

P. 431, lin. 3 ante fin. hom., ἐπιτύχωμεν] ἀπολαύσωμεν mei omnes.

AD HOMILIAM XXXIX.

P. 431, lin. 2 post not. 55, τοῦ σαββάτου τοῦ κυρίου. Interpretes Latini *sabbati Domini* verterunt, quos secutus Editor Ben. 2dae Κυρίου cum littera majuscula excudendum curavit, ut apte eum Sav. Solus Interpres Arm. verum vidit, vertens *sabbati proprii* vel *principalis*. Eodem lapsu infra p. 531, ἀλλ' αὐτὸς κύριός ἐστι, *sed ipse Dominus est* verterunt, ubi *sed ipse arbitrium habet* vertendum erat. Adde p. 648 : Ὅτι γὰρ αὐτὸς κύριός ἐστι τοῦ παντὸς, ubi perperam Montef. *Dominus universi*; rectius Vetus, *totius rei hujus dominus*. Postremo p. 803, absurde in Edd. Sav. et Ben. 2da excusum est : εἰ γὰρ αὐτῷ ἀποδιδοὺς τῷ Κυρίῳ ὁ κλέπτης ἔτι ἀδικεῖ. Cf. *Hase* ad Leo. Diac. p. 219. Locus est tom. XI, p. 494, ubi videtur ipse Auctor in ambigua hujus vocis significatione ludere. Ὅταν εὐχώμεθα τῷ Θεῷ λέγοντες, Ἐλέησόν με, Κύριε, λέγωμεν πρὸς ἑαυτούς, καὶ ἑαυτοὺς ἐλεήσωμεν. Ἡμεῖς ἐσμεν Κύριοι τοῦ τὸν Θεὸν ἡμᾶς ἐλεῆσαι.

P. 432, not. 39, λιμῷ μαχομένους διηνεκεῖ. Hæc locutio, quam codices uno ore affirmant, legitur tom. X, p. 526, de Apostolo : λιμῷ ἐμάχετο διηνεκεῖ, καὶ οὐκ ἤλγει. Paulo post πεινῶν A, Ep.; cæteri πεινῇν.

Ibid., not. 43, καὶ προστίθησιν κ. τ. ἑ. Hoc non dixit Marcus, sed legitur in narratione I Reg. XXI, 6.

P. 433, not. 45, δοκεῖ, κἂν... ἔστιν codices; δοκεῖ, καὶ... ἔστιν Edd. Fortasse scribendum est δοκεῖ, εἰ καὶ... ἔστιν. Particulæ κἂν et εἰ καὶ haud raro permutantur, ut pp. 217, 225 (vid. adnot.), 391, 424. Nec tamen κἂν cum indicativo non aliquando conjungit Noster; ut p. 78, κἂν πρὸ τούτου ῥᾴθυμος ἦν. Tom. VI, p. 276, κἂν βασιλεὺς ἦν.

P. 434, not. 59. Lectionem ἀρχιερέων nunc genuinam puto. Nam ἀρχιερεῖς alibi de sacerdotibus ponitur, quatenus a Levitis distinguuntur. Tom. X, p. 192 : Καὶ εἰπὼν τοὺς ἱερέας τοὺς παρὰ Ἰουδαίους, τούς τε Λευίτας, τούς τε ἀρχιερέας.

Ibid., not. 61, αὐτὸς δὲ καὶ τὸν τοῦ νόμου διδοὺς καὶ τὸν τοῦ σαββάτου, οὕτως D. Deinde ψυχῇ habet etiam F. Quod ad rem attinet, Christianos lege sabbati non teneri, constans est Chrysostomi sententia. Cf. tom. II, p. 128 : Τίνος οὖν ἕνεκεν, εἰπέ μοι, ἐπὶ μὲν τοῦ σαββάτου τὴν αἰτίαν προσέθηκεν, ἐπὶ δὲ τοῦ φόνου οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησεν; Ἐπειδὴ αὕτη μὲν ἡ ἐντολὴ οὐ τῶν προηγουμένων ἦν, (cf. adnot. ad p. 227) οὐδὲ τῶν ἐκ τοῦ συνειδότος ἡμῖν ἠκριβωμένων, ἀλλὰ μερική τις καὶ πρόσκαιρος· διὰ τοῦτο καὶ κατελύθη μετὰ ταῦτα. Religiosam autem unius hebdomadis diei observationem, quæ in Ecclesia usu invaluit, non tam ad divinum præscriptum, quam ad utilitatem et voluntariam pietatem referre solet, ut tamen aliquando ex loco Gen. II, 3, ad eamdem suadendam argumentum petat. Tom. IV, p. 80 : Ἤδη ἐντεῦθεν ἐκ προοιμίων αἰνιγματωδῶς διδασκαλίαν ἡμῖν ὁ Θεὸς παρέχεται, παιδεύων τὴν μίαν ἡμέραν ἐν τῷ κύκλῳ τῆς ἑβδομάδος ἅπασαν ἀνατιθέναι καὶ ἀφορίζειν τῇ τῶν πνευματικῶν ἐργασίᾳ.

P. 435, δ', lin. 2 3, εἰς τὴν ἐπαγγελίαν εἰσελθεῖν. « Interpres videtur legisse εἰς γῆν ἐπαγγελίας. » *Sav.* Nempe liberius vertit, *in repromissionis terram*. Cf. tom. XII, p. 250 : Οὗτος εἰσήγαγε τὸν λαὸν εἰς τὴν ἐπαγγελίαν, ὥσπερ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν οὐρανόν.

P. 435, proxime notam 69. Ἰεφονῆ] Sic Edd. Ἰεφονεὶ A. Ἰεφθονῆ D F. Ἰεφθονὴ C.

AD HOMILIAM XL.

P. 437. not. 78. Verba τοῦ Δεσπότου, quæ a bonis subsidiis absunt, a librariis profecta esse valde probabile est. Infra p. 681, Σὺ δὲ ὅρα κἀντεῦθεν τὴν φιλοτιμίαν. Sic codices; sed τὴν φ. τοῦ δεσπότου Edd. Cf. var. lec. ad p. 687.

Ibid., not. 80. Versiones habent : *quam mitis sit, facile omnibus aperiens* Ge. *ut doceat suam lenitatem* Arm.

P. 439, lin. 4 post not. 93, τὰ αὐτὰ] ταῦτα F, τὰ αὐτοῦ Sav. in marg. Mox verba θεραπεύειν ἐπ' αὐτῶν perperam ceperunt Interpretes; quorum recens *eos sanare* vertit; Vetus autem *cum eis esse, et eos curare :* unde hæc exsculpsit Sav. μετ' αὐτῶν εἶναι, καὶ θεραπεύειν αὐτούς. At ἐπ' αὐτῶν nil nisi *coram iis* significare potest.

P. 440 E, lin. ult. ἐρινοῦς scribi debet ex codici-

Digitized by Google

bus C, E, F, et pr. D. Hanc scripturam dedi infra p. 499 paulo ante notam 28 cum summo codicum consensu.

P. 441, not. 10. « Boisius legendum conjicit, Μάθε περὶ βασκανίας ὡς περὶ ἁμαρτήματος χαλεποῦ διακεῖσθαι, καὶ μετανόει, libris non suffragantibus. » *Sav.* Lectionem meæ simillimam. Καὶ μάθε ὡς περὶ ἁμαρτήματος χαλεποῦ διακεῖσθαι καὶ μετανοεῖν, vidi in codice quodam Viri cultissimi Thomæ Phillipps Baronetti. Vulgatam habent Regii 668, 669.

P. 442, not. 20. Plurale αὐτῶν legitur in Floril. p. 285. Sed vetus lectio omnino retinenda est. Αὐτὸ est τὸ πρᾶγμα, ut p. 406, ἐπ' ἀνθρώπων αὐτὸ σκόπησον, et passim.

P. 443, lin. 4. Lectionem notabilem καὶ θύραν ἀνεπέτασε στόματος habet Flor. p. 284, cui codices non suffragantur.

Ibid., not. 25. Dedi ἐκτραχηλιάζειν ex codicibus uno excepto omnibus pro vulgari forma ἐκτραχηλίζειν, quæ legitur p. 186. Plutarch. I, p. 998. τὰ δ' ἄνωθεν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐξετραχηλίαζεν αὐτό Talia sunt ἀσκωλίζειν et ἀσκωλιάζειν, γεφυρίζειν et γεφυριάζειν, aliaque quæ dederunt *Ruhnk.* ad Tim. p. 51, *Valck.* ad Adoniaz. p. 189. Non tamen dissimulandum est formas in ίζειν et ιάζειν a librariis sæpe commutari, monente *Schæfero* ad Plutarch. tom. V, p. 27, qui negat Græcum esse ἐκτραχηλιάζειν.

P. 444, lin. 3-4. οὐκ ἔλαττόν ἐστι κακόν. Verbum personale addidi ex Ed. Sav. et codicibus præter E.

—

AD HOMILIAM XLI.

P. 445, not. 40. Hæc sic vulgo leguntur: Εἰ δὲ ἐκεῖ τὸν ὄγκον τῶν πραγμάτων αἰτιᾶταί τις, ὡς ἑαυτῷ συρρηγνύμενον, τί ἂν εἴποι περὶ πόλεως; cum lectione marginali εἴποις pro εἴποι. Vetus agnoscit τις, et pro εἴποι *dici potest* dat. Locum refinxi, quemadmodum in omnibus meis, necnon in Regiis 666, 668, 669, 673 legitur. Fefellit librarios nominativus, a quo pendet verbum αἰτιᾶται, nempe Christus. Verba autem Εἰ δὲ ἐκεῖ αἰτιᾶται per breviloquentiam posita sunt pro, Εἰ δὲ λέγοις, ὅτι ἐκεῖ αἰτιᾶται. Sic omnia expedita.

P. 446, not. 44. Præposteram lectionem πρὸς τὴν ἐκείνην αὐτοῖς tuentur Regii modo dicti, tertio excepto, qui legit πρὸς τὴν ἐκείνοις αὐτοῖς.

Ibid., proxime notam 45. Savilii conjecturam probabilem καὶ ταῦτα μεμελετηκότες non confirmant codices.

Ibid., not. 47. Tertiam personam παραγέγονε tuentur cum meis Regii omnes.

P. 447, lin. 3, post not. 51. ὅτι δὲ θείᾳ δυνάμει (omisso γίνεται) D, F.

P. 448 desin. Hæc perperam distinxit et vertit Montef. Τί οὖν ἐστιν ὃ φησιν, ὅτι ὑπὲρ πάντα αὕτη ἡ ἁμαρτία ἀσύγγνωστος; τί δήποτε; quæ res fraudi fuit *Fritzschio*, Quat. Evv. tom. I, p. 437. Distinctionem secundum mentem Veteris Interpretis correxit Savilius: et sic Arm. nisi quod verba τί δήποτε non vertit.

P. 449, lin. 3-4. δι' αὐτοῦ πάντα ἐφθ. ἅπερ ἐφθ. Savilius invitis codicibus. Vetus, qui πάντα expressit, verba ἅπερ ἐφθ. non reddidit.

Ibid., not. 69. Vulgatum τῆς ὧδε πόλεως ἀλούσης stabiliunt præter unum meorum Regii quatuor.

Ibid., not. 71. Iidem Regii ἀπολυομένων habent. Multimodis dicitur apud Nostrum, τὰ ἁμαρτήματα ἀποτίθεσθαι Flor. p. 416; ἀπονίπτεσθαι pp. 146, 521, Flor. p. 412; ἀπολούεσθαι tom. X, p. 190, Flor. p. 561; ἀποδύεσθαι Flor. pp. 58, 564. Infra p. 617 inter ἀπολούσασθαι et ἀποδύσασθαι fluctuant Edd. et codd. Ponitur etiam διαλύεσθαι τὰ ἁμαρτήματα, ut p. 183, eodem fere sensu. An vero itidem recte dicatur ἀπολύεσθαι τὰ ἁμαρτήματα, quod h. l. in Edd. et pluribus codd. legitur, mihi quidem non satis constat. Notæ sunt vel e profanis Scriptoribus locutiones ἀπολύεσθαι τὴν διαβολήν, τὴν αἰτίαν, etc.; sed hoc genus specie magis quam re alteri cognatum est. Nempe hoc est *falsum crimen repellere*; illud autem *se a delictis suis* per resipiscentiam vel quovis alio modo *expedire*. Quare in libello de Sacerd. (Opp. tom. I, p. 400) recte, ut videtur, editum est, ὅσῃ μὲν γὰρ μηδὲ ἔχειν κατηγόρους· εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, ἀπολύεσθαι τὰ παρ' ἐκείνων ἐγκλήματα, rejecta plurimorum librorum lectione, ἀποδύεσθαι. Recte quoque apud Basil. M. Ep. ccccxcv, p. 405 B, ἀπολύεσθαι τὰς διαβολάς, et Alcyphr. III, 69, ἀπωμόσατο καὶ ἀπελύσατο τὴν αἰτίαν, pro vulgatis ἀποδύεσθαι et ἀπεδύσατο emendavit *Wyttenb.* Ep. Crit. p. 59. Sed quod idem V. D. ad Plut. de S. N. V. p. 34, excitato quodam Chrysostomi loco, ἀλλ' ἐνδιδόναι τῷ πεπλημμεληκότι χρόνους καὶ προθεσμίαν, ὥστε τὸ πλημμεληθὲν ἀποδύσασθαι, ibi quoque ἀπολύσασθαι legi vult, neque ad Chrysostomi usum, neque ad rectam harum locutionum distinctionem satis attendisse videtur. Hæc si recte disputata sunt, in nostro loco aut ἀπολουομένων aut ἀποδυομένων, nullo modo ἀπολυομένων probandum est.

P. 450, not. 76. Εἴ τις γέγονεν ἐν ἁμαρτιῶν μνήμῃ. Vocula ἐν post γέγονεν excidit in Regiis 666, 668 et 673; quo facto τινι pro τις corrigere cuivis in mentem veniret. Hinc orta est lectio vulgaris, Εἴ τινι γέγονεν ἁμαρτιῶν μνήμη. Proba est locutio γενέσθαι ἐν μνήμῃ τινός. Longi Pastor. III, p. 74, Ed. Schæf., ἐν μνήμῃ γενόμενοι τῶν καταλειφθέντων τερπνῶν. Xenoph. Eph. V, 11, ἐν ἀναμνήσει τῶν προτέρων γενομένη.

P. 451, not. 84, ἐλεοῦντες est lectio codicis D et Regiorum 666, 668, 669; cujus interpretatio est vulgata.

AD HOMILIAM XLII.

P. 454, lin. 7. Vocabulum οὕτω deest in F, faventibus Versionibus.

Ibid., lin. 3 post not. 5. Καὶ οὐ μόνον οὐκ ἔδιδου. Hic misere se torquet Montef. « *Nec modo non dedit*, nempe filiam. Atqui dedit Michol filiam suam in conjugem. Sed puto Chrysostomum hic pro non data habere eam, quæ simulate tantum data fuit, ut hoc allectus beneficio, David facilius obtruncaretur. » At tales argutias Noster nescit. Nodi autem explicatio hæc est: Non dixit Chrysostomus οὐκ ἔδωκε, *non dedit*, sed οὐκ ἐδίδου, *dare nolebat*, *non statim dedit*; quæ vis verbi imperfecti vel tironibus nota est.

Ibid., not. 9. Ὅπλων, quod invitis codicibus edideram, tandem mihi obtulit Regius 669. Cf. Flor. p. 280: Ἐκεῖ μὲν γὰρ τῶν ὅπλων καὶ τῶν στρατιωτῶν τὸ κατόρθωμα γέγονεν.

P. 455, not. 11. Σὺ δὲ μὴ πεπιστευμένος Com. Mor. Cum meis consentiunt Regii 666, 668, 673; sed contra manifestam Auctoris sententiam non audiendi sunt. Cf. Tom. XII, p. 200: Ὥστε καὶ ὅταν πιστεύῃς τοῖς λεγομένοις κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου,

Digitized by Google

οὐδὲ οὕτω λέγειν χρὴ, μήτιγε ἀπιστοῦντα. Hoc tantum scire velim, unde suam lectionem, quæ verissima est, petierit Savilius, quidque in suis codicibus hic legerit Montefalconius.

Ibid., lin. 7 post not. 12. ἠμφισβητημένων] ἀμφισβητησίμων F, ἀμφισβητημένων D.

P. 456, lin. 2. σκῆψις καὶ πρόφασις F et corr. D. In hoc prius scriptum erat, σκῆψις καὶ προφάσεις.

Ibid., not. 13. « Savil. ὑπὸ παραπετάσματα; Morel. et omnes Mss. nostri ὑπὸ παραπετάσματος, [quod edidit Montef.] *sub velo*, vel pone velum. Judices olim pone velum sedebant, quod Latina voce deinde βῆλον appellatum est. Sic Athanasius tom. I, p. 297, αὐτὸς γὰρ εἰστήκει πρὸ τοῦ βήλου; et p. 570, καὶ τὰ βῆλα τῆς ἐκκλησίας [de quibus cf. *Vales.* ad Euseb. Vit. Const. III, 43]. In Analectis nostris p. 380, ὁ κριτὴς τοῦ βήλου, *judex velι.* » *Montef.* Pluralem formam, quæ lectio est fere omnium codicum, stabiliunt loca quæ sequuntur. Infra p. 571: Καθάπερ γὰρ τοὺς δικαστὰς, ὅταν δημοσίᾳ κρίνωσι, τὰ παραπετάσματα συνελκύσαντες οἱ παρεστῶτες πᾶσιν αὐτοὺς δεικνύουσιν. Tom. II, p. 250, ὅταν τῶν παραπετασμάτων συνελκυσθέντων ἴδωμεν αὐτὸν ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ βήματος προκαθήμενον.

AD HOMILIAM XLIII.

P. 458, not. 22-24. τούτων ἀν. οὐκ ἀσ. μόνον] Sic F et pr. E, τούτων ἀν. καὶ ἀσ. A, C, ἀν. τούτων καὶ ἀσ. D et corr. E. Hæc est lectio Editionum.

P. 459, not. 34. Sav. in textu: "πάλιν ἄοικοι καὶ συγάδες, et in marg. "γρ. πλάνοι. ἄλλ. πλάνητες. Quæ vocabula non pro πάλιν, sed pro πάλιν ἄοικοι substituenda esse, ex meorum librorum scripturis colligo. Perperam igitur Montef. « Alius πλάνοι ἄοικοι, alius πλάνητες ἄοικοι. » Πλάνης καὶ φυγὰς junxit Plutarchus, I, p. 205; πλάνοι autem, *seductores*, hic non quadrat.

Ibid., β', lin. 3-4. καὶ μηδεὶς *δύκησιν* ὑποπτεύσῃ. « Erant a principio Ecclesiæ quidam hæretici, qui putabant Christum specie tantum et δοκήσει in mundum venisse, et ea quæ in Evangeliis narrantur, perfecisse. De quibus hæreticis Ignatius Martyr Epist. ad Smyrnæos, itemque Epist. ad Trallianos; Irenæus lib. I, Epiphanius et alii. » *Montef.* De his salsum exstat Theodoreti dictum; Εἰ φαντασία ἦν ἡ ἐνανθρώπησις, φάντασμα ἡ σωτηρία.

Ibid., not. 36-37. τῷ σταυρῷ αὐτὸ μόνον. Sic dedi e codd. pro vulgato τῷ σταυρῷ αὐτῷ μόνον. Formulam αὐτὸ μόνον, quæ non raro a librariis depravatur, tetigit *Bast.* Ep. Crit. p. 135; ubi ad *Valck.* ad Callim. Fragm. p. 28, et *Toup.* ad Longin. p. 396 [p. 526 Ed. Weisk.] lectorem ablegat. Pauca de meo penu exempla promam. Noster tom. IV, p. 153: Ὁρᾷς ὅτι ἑνὸς μόνου δεῖ φροντίζειν, τοῦ μὴ γυμνὸν εἶναι τὸ σῶμα, *τοῦ σκέπεσθαι* μόνον. Sic Montef., sed recte *Sav. et alii*, τοῦ σκέπεσθαι αὐτὸ μόνον, quomodo ipse in duobus codd. Cantab. scriptum vidi. Usum Philonis in hac formula attigit *Ruhnk.* ad Tim. p. 228; alia ejusdem Scriptoris loca sunt p. 60: φησὶν οὐκ ἀποθανεῖν αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ θανάτῳ ἀποθανεῖν; p. 607, κἂν αὐτὸ μόνον αὔρα βραχεῖά τινος εὐτυχίας προσπέσῃ; p. 894: Καθ' ἡσυχίαν δὲ οἱ ἄλλοι πάντες ἀκροῶνται τὸν ἔπαινον, νεύμασιν ὄψεως ἢ κεφαλῆς παραδηλοῦντες αὐτὸ μόνον. Distingue ἀκροῶνται, τὸν ἔπαινον νεύμασιν, κ. τ. ἑ. Artemid. Oniocrit. II, 57, νεκροὺς ὁρᾶν αὐτὸ μόνον. Æsop. Fab. CXLIII, Ed. de Fur., κἂν αὐτῷ μόνῳ ὀφθῶμεν, διωκόμεθα. Cod. August. κἂν αὐτῷ μόνον ὀφ. δ. Lege igitur, κἂν αὐτὸ μόνον ὀφ. δ. Singulare est Longin. π. ὑ. XXXV, 4, καὶ ποταμοὺς ἐνίοτε τοῦ γένους ἐκείνου καὶ *αὐτοῦ μόνου* προχέουσι πυρός. Nam αὐτὸ μόνον, ni fallor, indeclinabile est.

P. 460, lin. 24-25. « ἐπέστρεψε] Quid si ἠλέησε vel simile quid? » *Bois.* Sed ἐπέστρεψε, *ad meliorem frugem revocavit*, non est sollicitandum. Nominativus, a quo pendent hæc verba, est Christus ipse, cui ex mente Chrysostomi tota Veteris Testamenti administratio demandata erat. Locum perperam cepit Vetus, vertens: *quorum urbem quoniam panitentiam egerunt, ab irruentibus barbaris eripuit.* Atqui οἱ βάρβαροι sunt ipsi Ninivitæ.

P. 462, lin. 3 post not. 47. οὐδ' οὐ μὴ ἔστα: E, F.

P. 463, proxime notam 51. Κατὰ γὰρ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ, οὕτω καὶ ἡ ὀργὴ αὐτοῦ. Hæc verba in nonnullis codicibus, quasi e Sacro Codice laudata, notis solennibus secernuntur. Eadem leguntur tom. XII, p. 188: Κατὰ γὰρ τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ ἡ ὀργὴ αὐτοῦ καὶ ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς καταπαύσει ὁ θυμὸς αὐτοῦ; ubi locum Sirac. V, 6, indicavit Montef.

Ibid., not. 52. Alius codex D ἔτι pro σοι habet. Vetus, *illi*. Regii quatuor vulgatum tuentur.

Ibid., not. 53. στρατῷ Edd. Alterum firmat Flor. p. 449.

P. 464, not. 55. Verbis insititiis caret etiam C. Ergo non nisi in uno cod. D a prima manu scripta leguntur.

Ibid., not. 58. Inter ἀφίεται et ἐφίεται etiam Parisienses fluctuant; ἐφεῖται autem in nullo codice vidi. Cf. var. lect. ad p. 642, necnon ad tom. X, p. 237. Ed. Ben. 2dae.

P. 466, not. 67. ἐπαίδευσαν pr. E.

Ibid., not. 71. Αὐτοῦ τὸ πῦρ, si sana est lectio, de *Christi* igne intelligendum videtur.

Ibid., lin. 5 ante finem homil. ἐπιληψόμεθα] Sic Mor. et codices. ἐπιληψώμεθα Sav. Ben. Paulo post ἐπιτευξόμεθα post Savilium dedi; ἐπιτύχομεν F, cæteri omnes cum Mor. et Ben. ἐπιτύχωμεν.

AD HOMILIAM XLIV.

P. 467, α', lin. 16-17. Καὶ γὰρ ὅπερ ἐπεχείρησε, κ. τ. ἑ. « Bona verba, Chrysostome! » *Montef.* De usu hujus loci ad hodiernam Græcæ Ecclesiæ de B. V. M. sententiam confutandam monuit vir magis pius quam doctus, Rev. *J. Hartley*, Researches in Greece, p. 63.

Ibid., post 4 lineas. Ὅρα γοῦν... ἀπόνοιαν] Ὅρα γοῦν καὶ αὐτῆς τὴν περιττὴν φιλοτιμίαν καὶ ἄκαιρον, καὶ ἐκείνων τὴν ἀπόνοιαν A in marg.

P. 468, lin. 7 ante not. 81. πρέπουσαν καὶ αὐτῷ] καὶ αὐτῷ πρέπουσαν F, ordine paulo concinniore.

Ibid., not. 82. Locutionem σχολὴ γε εἰ... σωθῆσται a pluribus codicibus, etiam Regiis, testatam equidem prorsus ignoro. Nec tamen in vulgata non offendit σχολῇ γ' ἂν cum futuro junctum; nisi putes hanc formulam multo usu quasi in unum vocabulum coaluisse, ut extra constructionem poni possit. Suidas: Σχολῇ γ' ἄν· οὐδ' ὅλως, οὐδαμῶς. Dion. Hal. de comp. verb. § 15, τὸ δὲ δὴ πρέπον, εἰ μὴ τοῦ καλοῦ πλεῖστον ἕξει μέρος, σχολῇ γ' ἂν ἄλλου τινός.

P. 469, not. 86. Lectiones τί pro τοῦτο, et μόνον pro μενοῦνγε in margine dedit Savilius; ex quibus non debuerat *unam* conflare Montef. h. m. « quidam, ἀλλὰ τί; μόνον μακάριοι. » Mox προτίθησι ex corr. habet E.

Digitized by Google

P. 470, γ', lin. 14, καὶ σώζεται ἐν, sine articulo, F.

P. 471, not. 95. Edebatur, ὡς περὶ ἀμπέλου διαλέγονται περὶ τοῦ δήμου. « Manuscripti quidam διαλέγονται τῷ δήμῳ, minus recte. » *Montef.* Sic Sav. in marg. Hæc scriptura correctio est illius, quam e codicibus haud cunctanter recepi, ὡς περὶ ἀμπέλου διαλέγονται τοῦ δήμου. Quæ sic explicanda sunt : διαλέγονται (περὶ) τοῦ δήμου ὡς περὶ ἀμπέλου. Hujus constructionis exempla ex Scriptoribus cujuslibet ætatis post *Dorvill.* ad Charit. I, 13, p. 285. Ed. Lips. congessit vir diligentissimus *G. H. Schæfer* ad Julian. Præf. p. XIX, quæ infinito fere numero ex solius Chrysostomi scriptis amplificari possunt. Ex pluribus, quæ mihi ad manum sunt, ea excerpam, quibus aliquid notabilis inesse videtur. Supra p. 130. ὥσπερ γὰρ ὑπό τινος δαίμονος τῆς ὀργῆς ταύτης καὶ τῆς βασκανίας ἐκβακχευθείς, h. e. ἐκβακχευθεὶς ὑπὸ τῆς ὀ. τ. καὶ τῆς β. ὥσπερ ὑπό τινος δ. Perperam Montef. *nam quasi a quodam iræ invidiæque dæmone percitus;* 219, ἀλλ' ὡς περὶ οἰκείου τοῦ ἀλλοτρίου βουλευόμενος πράγματος ; quæ in Edd. deteriore ordine leguntur, ἀλλ' ὡς περὶ οἰκείου β. τοῦ ἀ. π. ; p. 402, περιέρχῃ καθάπερ ἐν ἀλλοδαπῇ τῇ κακίᾳ διατρίβων, i. e. διατρίβων ἐν τῇ κακίᾳ καθάπερ ἐν (γῇ) ἀλλοδαπῇ ; p. 781, ὥσπερ εἴς τινα ἀντλίαν τὸ γῆρας ἐλθόντες, ubi imperite edidit Sav. εἰς τὴν ἀντλίαν. Nam in hac syntaxi nomen, cui præpositio præfigitur, semper ἄναρθρον est. De Sacerdot. lib. V, init., οὐκ ἐθέλουσιν ὡς πρὸς διδασκάλους διακεῖσθαι τοὺς λέγοντας, ad quem locum recens Editor, *Æn. E. Leo:* « Poscit ipse contextus, ut legamus διακεῖσθαι πρὸς τοὺς λέγοντας. » Immo, nentiquam *poscit*, sed, ut mox videbimus, *patitur*. Tom. II, p. 212, ἂν δὲ ὥσπερ εἰς χωνευτήριον τοῦ Θεοῦ τὸν φόβον ἑαυτὴν ἐμβάλῃ, ubi deterior est Savilii lectio, εἰς χ. εἰς τοῦ Θ. τ. φ. Tom. X, p. 157, ὥσπερ ἐν ὕδατι ἦσαν καὶ δρόσῳ. Sic Edd. omnes; sed ambabus manibus arripienda est lectio duorum Regiorum a novissimo Editore inspectorum, ὥσπερ ἐν ὕδατι ἦσαν τῇ δρόσῳ. Similiter in loco Plutarchi II, p. 175, ἐξῆγε δὲ πολλάκις τοὺς Συρακοσίους ὡς ἐπὶ στρατείαν καὶ φυτείαν, verissime emendavit *Wyttenb.* ad Plut. de S. N. V. p. 37, ὡς ἐπὶ στρατείαν τὴν φυτείαν. Ex locis allatis colligi potest, in tali constructione ante nomen rei comparatæ præpositionem ex regula abesse. Nec tamen loquendi consuetudinem præpositionis iterationi omnino reclamare, docebunt idem *Schæfer* ad Greg. Cor. 394 et *Stallbaum* ad Plat. Phædon. p. 67. Talia sunt tom. II, p. 318, καθάπερ γὰρ εἰς κάμινόν τινα εἰς τὸ θέατρον τὴν πόλιν ἐμβαλών. Tom. IV, p. 236, καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ καταχλείει αὐτὸν ἐν τῇ κιβωτῷ, ubi codices Cantabrigienses vulgatum stabiliunt. Justin. M. Apol. I, prope lin., καὶ μὴ ὡς κατ' ἐχθρῶν κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων θάνατον ὁρίζεται. Hæc autem non defendunt locum Nostri tom. IX, p. 528, ubi Montef. dedit : Ὡς ἐπὶ στεφάνους τοίνυν μεγίστους τρέχωμεν εἰς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ κινδύνους, in margine notans ; « Sic Mss. In Editis εἰς deest. » Deest etiam in Reg. 731, teste Editore Ben. 2dæ, et omnino expungendum est. Cæterum non monuerunt Viri docti, qui de hac syntaxi egerunt, utramque præpositionem aliquando, ita postulante verbi regimine, abesse debere. Infra p. 485, εἶδον ὡς χόρτου τοῦ χρυσοῦ πάντας καταφρονοῦντας ; p. 606, καθάπερ τινὶ κάρῳ τῷ θυμῷ καὶ τῇ αἰσχύνῃ κατέχεται. Plutarch. II, p. 81, ὥσπερ θεῷ τῷ λόγῳ ταπεινὸς συνέπεται καὶ κεκοσμημένος. Singulare est, quod legitur tom. IV, p. 36, καθάπερ πέπλῳ τινὶ θαυμαστῷ οὕτω τῇ τῶν ἀνθῶν ποικιλίᾳ τῆς γῆς τὸ πρόσωπον κατεκόσμησε, ubi supervacaneum οὕτω tuentur codices mei. Prope oblitus sum monere, supra p. 146, ubi edebatur, καθάπερ ἐν βαθυτάτῃ νυκτὶ μέθῃ κεχαρωμένοι, articulum τῇ μέθῃ ex duobus codd. assumi posse. Sed rectius, ni fallor, cum aliis libris ipsum vocabulum μέθῃ, quod interpretes quoque ignorant, a me exterminatum est.

P. 471, not. 96. Lectionem a Montefalconio allatam ὁ πάντα προειδὼς habet Reg. 666.

P. 472, lin. 7. Παντὸς, φησὶν, κ. τ. ἑ. « Hæc omnia usque ad οὐκ ἔστι δὲ ἴσον doctissimus Boisius ex hoc loco movenda censet, et subjungenda immediate post ὀλίγωρος. » *Sav.* Sic versio Arm. invitis codicibus. Deinde in eadem Versione post ἀσυγγνωστότεροι subjicitur v. 22.

Ibid., lin. 2 post not. 4, ἔνθα ἂν καλῇ ἡ γῆ. Ne καλῇ ᾗ γῇ, vel καλῇ ᾗ ἡ γῇ, invitis libris requiras, memineris loci Apostolici I Cor. V, 11, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ πόρνος, κ. τ. ἑ. Cf. adnot. ad p. 349.

P. 473, not. 6. Ferri potest vulgatum τί δὲ εἰ ἀνανδρος μὲν μὴ ᾖς, modo ἧς pro ᾖς scribas. Supra p. 405, in omnibus Edd. legitur, εἰ πάντων ἀμαρτημάτων ᾖς ἀπηλλαγμένος.

P. 474, lin. 8-9 post not. 14. Καὶ γὰρ ἐκείνας κ. τ. ἑ. « Forte totus locus ita constituendus : Καὶ γὰρ ἐκείνα τρυφᾶν ἐάσαντες (aut ἀναγκάσαντες) καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἡμῖν ἄχρηστα ποιοῦμεν. Hoc loco, ni fallor, codices consulere debebat Montef. Si nunc Mosquæ essem, facile ex codicibus hoc vitium corrigerem. » *Matth.* Nov. Eclog. p. 123. Codices hic nihil mutant, nec mutatione, si quid video, opus erat.

Ibid., not. 16. « Alii καταχώννυσιν αὐτό. » *Montef.* « Sine ullo dubio legendum αὐτὸ, loco αὐτήν. » *Matth.* Equidem repugnantibus codicibus, etiam Regiis 666, 668, 673, Auctoris, ut videtur, incuriam non castigo.

Ibid., not. 17. Edd. οὐκ ἐῶσι πλέον τοῦ δέοντος βαλεῖν. « Legendum λαβεῖν, vel paulo ante, εἰς ἐκείνους. » *Sav.* « Savilius suspicatur legendum λαβεῖν, sed βαλεῖν optime habet. » *Montef.* « Βαλεῖν locum habere nequit, nisi in principio periodi ante ἐκείνους addatur εἰς. Mirabile est, reperiri etiam in Eclogis [Flor. p. 195, ubi Etzelius quoque λαβεῖν reponi vult] βαλεῖν. » *Matth.* Præter unum meorum etiam Reg. 668 genuinam scripturam λαβεῖν servavit. Ut taceam notissimum scribarum lapsum, centies vocabula λαβεῖν et βαλεῖν confundentium (vid. *Matthæi.* N. T. tom. I, p. 33), aliud in nostro loco notandum est, quod eos in errorem inducere poterat. Nimirum hæc describentibus obversabatur animo locus Evangelii simillimus, Οὐδὲ *βάλλουσιν* οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς · εἰ δὲ μήγε, ῥήγνυνται οἱ ἀσκοὶ, κ. τ. ἑ.

Ibid., lin. 2 post not. 18, φάρυγγος] φάρυγος C. Paulo post, φάρυξ omnes, sed φάρυγξ corr. A. Mox φάρυξ omnes.

—

AD HOMILIAM XLV.

Codex E, qui inde ab initio Hom. XLIII a recenti manu suppletus est, in priore parte hujus Homiliæ cum codice D semper fere conspirat : deinde a p. 477 med. usque ad finem in societatem codicum C, G, transire videtur. Codex D, cui per hanc Homiliam plurimum tribui, socios habet Regios 673, 688.

P. 475, α', lin. 4. Καὶ προστελθόντες] Προσελθόντες δὲ C. οἱ μαθηταὶ] add. αὐτοῦ D, E. Mox αὐτοῖς post εἶπεν deest in iisdem.

Ibid., not. 1, καὶ ante ἐπιθυμοῦντες deest etiam in E. — not. 2. Lectio codicis D sic describenda erat : Τοῦτο δὴ καὶ ἐκείνους τοὺς ἁδ. καὶ τὴν μητέρα ποιῆσαι ἐχρῆν.

P. 476, not. 17. Verba καὶ τὸ βλέπειν, quæ spu-

Digitized by Google

ciem sane veritatis præ se ferunt, quasi conspiratione facta excludunt C, D, E, G, Regg. 673, 688, Baroce. 189, Ge. Arm. Com. Mor. Recte, ni fallor; nam hic de doctrina tantum, non de rebus oculis subjectis, sermo est. Tacite ea invexit Savilius, quem secutus est Montef.

P. 477 (col. 473, lin. 3-4), τὰ ὦτα βύσαντες. Obiter corrigo Euthym. ad h. l. καὶ ἀκούοντες τοῖς σωματικοῖς ὡσὶ τοὺς παρ' ἐμοῦ λόγους, μύουσι τοὺς τῆς ψυχῆς. Lege ex Barocc. 28, a me viso, βύουσι τὰ τῆς ψυχῆς.

Ibid., not. 55. δὲ om. D. Deinde πάλιν αὐτοὺς βεβαιοῖ mutato ordine C, E, G.

P. 478 (col. 474, lin. 15-16). Ἀδελφός σού ἐστι, nempe Christus. Hæc interrogando effert Montef. perperam vertens : *Frater tuus est etiam cohæres tuus?*

P. 479 (col. 476), not. 60. Vulgatam lectionem μὴ τὴν σπουδὴν. . . ἐπιδεικνύμεθα habet D, quantum quidem ex literarum vestigiis conjici potest. Ita certe in Regiis modo dictis legitur. Conjunctivum ἐπιδεικνύμεθα addi potest exemplis quæ in adnot. ad p. 198 allata sunt.

AD HOMILIAM XLVI.

P. 481 (col. 476, lin. 7 ab imo), τὸν δὲ διὰ τῆς προαιρέσεως *tacite* innovavit Editor Ben. 2da.

P. 481 (col. 477, lin. 6). « Καὶ λόγου τις αὐτοῖς μεταδῷ. Obscurus locus et forte vitiatus; videtur certe significari, quando quid favoris et existimationis nacti sunt, ut etiam vertit Trapezuntius, *et quodam favore multitudinis juventur.* » *Montef.* Hic autem vertit, *et aliquam existimationem nacti sunt.* Perperam uterque; nam λόγου μεταδοῦναί τινι est *copiam dicendi alicui dare.* Supra p. 384, Καὶ γὰρ οὐδὲ λόγου, οὐδὲ ἀπολογίας αὐτοῖς μετεδίδοσαν τῶν δογμάτων ἕνεκεν. Lucian. Phal. pr. 6, μεταστειλάμενος τοὺς αἰτίους, καὶ λόγου μεταδοὺς αὐτοῖς. Similiter reus dicitur λόγου τυχεῖν vel etiam μεταλαβεῖν. Est tamen ubi hæc locutio λόγου μεταδοῦναι diverso sensu ponitur, nempe *suo sermone aliquem dignari.* Tom. IV, p. 450, σιγᾷ καὶ οὐκ ἀποκρίνεται, οὐ λόγου μεταδίδωσιν, οὐδὲ οἰκτείρει τὸ γύναιον. Tom. VI, p. 277, μήτε λόγου μετάδοτε (l. μεταδῶτε), μήτε εἰς οἰκίαν δέξησθε.

P. 482 (cad. col.), not. 86. Codices ἕως μὲν ἂν ἐστήκασιν, invitis Edd. Tom. IX, p. 510, ἕως μὲν γὰρ ἂν ἕστηκας Edd.; sed ἂν om. Reg. 731. Legi potest ἂν ἐστήκωσιν et ἂν ἐστήκῃς. Mox legitur, ἵνα μὴ φοβηθῶσιν οὗτοι, ubi οὗτοι, ἦγουν, οἱ θερισταὶ Ep. *servi* Ge. Mihi pronomen de *tritico* potius, h. e. *justis*, dictum videtur.

P. 481 (col. 479), not. 96. Verba inclusa silentio præteriit Vetus. In versione Arm. clausula Οὐ τὰ σημεῖα . . . ἐποίησε non legitur post εἶχον, sed post ἐκείνοις, altera clausula omissa.

Ibid., post 11 lineas, ὅτι πόλεις τοσαύτας ἀνηρτήσατο. Montef. vertit post Veterem, *erudivit;* et in notula, « ad literam, *erexit, eruit.* » Immo tum ad literam, tum ad sensum vertendum est, *sibi devinxit* vel *conciliavit.* Vid. *Sturz.* Lex. Xenoph. s. v.

P. 486 (col. 481, lin. 4), ἐπελθόντα ediderunt Com. Mor. Ben. Savilius autem ἐπανελόντα (sic), et in marg. ἐπελθόντα. Codex G utrum ἐπανελθόντα an ἐπανελόντα habuerit, in summo scripturæ detrimento non affirmarim. Facilior quidem lectio est ταύτην τὴν ἀρετὴν μετελθόντα, non ut cum Montef. vertas, *si illam virtutem obtineas,* sed *si eam persequaris,* quo sensu sæpissime ponitur ἀρετὴν μετέρχεσθαι vel μετιέναι. Sed sanum est, modo recte interpreteris, ἐπελθόντα. Nimirum ἐπελθεῖν τι πρᾶγμα est, rem aliquam *ad extremum prosequi, penitus tractare, ad umbilicum perducere.* Sic dicitur p. 174, πάντα ἐπελθὼν καὶ διαχωδωνίσας; tom. II, p. 126, τῶν ἀλόγων ἐπελθὼν τὸ γένος; tom. IX, p. 643, πᾶν εἶδος ἐπῆλθες κακίας. Mox in verbis αὕτη ἐστὶν ἡ δύναμις ἐκείνου ἡ μεγάλη, respici videtur locus Actorum Ap. VIII. 10.

AD HOMILIAM XLVII.

P. 487 (col. 481), not. 20. « καὶ δεδοικότες. Videtur deesse ἦσαν, aut participium δεδοικότες positum pro verbo δεδίασι. » *Sav.* Cf. var. lect. Pro καὶ δεδοικότες Epit. dedit ἐφοβοῦντο. Sed nihil habet, in quo jure offendaris, participium.

Ibid., not. 22. Οὐδὲ γὰρ ἂν κ. τ. ἑ. Vetus : *Nequaquam enim bis eadem dixisset : hujus autem explicationem cognoscere percupiebant, quandoquidem viderent,* etc. Unde Boisius verba ταύτης δὲ τὴν ἐπίλυσιν ante ἐπιθυμοῦσι supplet. Locum corruptum esse nullus dubito, sed ita ut recidendum aliquid, non supplendum putem. Cum vero nihil remedii neque in Versionibus neque in codicibus, qui in hac parte pauciores sunt, inesse constet, videat Lector, num recte ex ingenio totum locum sic refinxerim : Ὡς σαφεστέρας ἐκείνας ἀφῆκαν· ταύτην δὲ, ὡς ἔχουσαν συγγένειαν πρὸς τὴν προειρημένην, καὶ πλέον τι ἐνδεικνυμένην ἐκείνης (οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκ δευτέρου τὴν αὐτὴν εἶπεν) ἐπιθυμοῦσι μαθεῖν· καὶ γὰρ ἐώρων, κ. τ. ἑ.

P. 487 (col. 482), not. 23. Quanquam ἀναπληροῖ τὰ εἰρημένα ferri potest (Plat. Symp. p. 188, ἀλλ' εἴ τι ἐξέλιπον, σὸν ἔργον, ὦ Ἀριστόφανες, ἀναπλήρωσαι), hic tamen codicum vestigiis insistens, legere malleni ἀναπλοῖ. Supra p. 398, οὐδὲ τούτοις ἠρκέσθη, ἀλλὰ καὶ ἀναπλώσας αὐτὸ τοῦ πολέμου τὸ εἶδος.

P. 489 (col. 483, β', lin. 22), θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν ἀγρῷ. Textus receptus N. F. ἐν τῷ ἀγρῷ habet. « In nonnullis codicibus, præcipue *septendecim* a Matthæio collatis, articulus deest. Deest *etiam* apud Chrysostomum, probante Bengelio. » *Middleton* De usu Artic. p. 162 Ed. 3tiae. Data occasione notabo perversam Matthæi consuetudinem, quæ multos in errorem induxit, scilicet codices Chrysostomicos sine ulla distinctione inter codices N. F. miscendi. E. g. notula, quæ Middletono fraudi fuit, hæc est : « τῷ om. c. l. k. e. f. i. g. n. 10. η. z. 9. ρ. 6. 2. γ. 18. » Quibus numeratis, *septendecim* efficies; quorum tamen *sex*, η. 9. ρ. 6. 2. γ, Chrysostomi, non Evangelii codices sunt. *Fritzsche* ad Matth. XIV, 17 : « Sex codices apud Matth. ὦδε excludunt. » Immo, *Chrysostomus* ὦδε *excludit;* nam codices a Matthæio nominati sunt iidem sex Chrysostomi. Similiter lapsus est idem Criticus ad Matth. XXII, 10, et ad Marc. VII, 19.

Ibid., post 15 lineas. σίνηπι] Sic omnes mei, videlicet G, H, K, L, Reg. 688 et Ep. Edd. σίναπι. Paulo ante iidem codd. bis σινάπεως habent, et sic Edd. præter Sav. qui semel σινήπεως dedit. Rursus p. 580 semel σίνηπι, ter σινάπεως habent cum Edd. codices omnes; nisi quod in M σίνιπι, in L *semel* σινήπεως legitur. Atque hanc legem in codicibus meis constanter servatam vidi, ut σίνηπι in nominativo, in genitivo autem σινάπεως scriberetur. Quæ distinctio Viro in hac parte eruditionis facile principi *Lobeck.* ad Phryn. p. 288 non videtur innotuisse.

P. 490 (col. 484, lin. 8 ab imo), καινὰ καὶ παλαιά.

Digitized by Google

« Miror Montefalconium p. 490 post καὶ παλαιὰ nullam varietatem notasse, cum plerique ex meis inter παλαιὰ et διὸ addunt, γραμματεῖς ἐνταῦθα τοὺς μαθητὰς λέγει. Ita locis fere innumerabilibus Chrysostomus emendari potest ex optimæ notæ codicibus Mosquensibus. » *Matthæi.* N. T. tom. I, p. 204. De uno meorum, L, non possum pro certo affirmare, quia nihil ad hunc locum in schedis meis de illo codice monitum invenio. Cæteri omnes cum Interpp. Lat. et Arm. additamentum a Matthæio commendatum repudiant.

Ibid., not. 52. ἐκκλείει] ἐγκλείει Reg. 668, et sic edebatur ante Montef. Hodie vero ἐκβάλλει genuinum puto. Supra p. 209, οὐδ' ἂν αὐτὴν (τὴν παλαιὰν) διώρθωσεν, ἀλλ' ἐξέβαλεν ἄν. Adde p. 523, tom. IX, p. 467. Sed gravior hic subest difficultas in verbo δημηγορεῖ, in quod transitivam *celebrandi* significationem, quam ei tribuerit Montef., cadere posse, nequeo mihi persuadere. Nec magis tamen placet aut verba καὶ δημηγορεῖ omnino expungere, aut ea cum planioribus καὶ δήλην ποιεῖ commutare. Quare ut in re incerta nihil novare visum est.

P. 490 (coll. 485-486). In Ethico (not. 55) pro inepto τίνες αἱ ἀρεταὶ τῶν μελῶν legendum esse τίνα τῆς ἀρετῆς τὰ μέλη nemo non videt.

P. 491 (col. 485, lin. 18), γυναικὸς pro σώματος, et καλῆς pro καλοῦ habent K, L, suffragantibus Interpretibus. Eosdem codices πάσης pro παντὸς legere, quanquam in schedis meis non notatum est, vix dubium esse potest.

P. 492 (col. 486), not. 68. « οὗτος αὐτὸν κατέπτηχεν ὁ λογισμός. Intricatum locum divinando vertimus, *cogitationem quippe hujusmodi vel rex formidat*, cogitationem scilicet hominis Deo addicti. » *Montef.* Locus non est intricatus. Summa sententiæ est, ὁ λογισμὸς ὁ ἐπιτάττων τῷ βασιλεῖ, κατέπτηχε τὸν πένητα. Hic autem λογισμὸς non ille est, qui alias (e. g. Plutarch. II, p. 442, ἀλλ' ὅταν ὁρμὴ γένηται, σείσαντος ὥσπερ ἡνίας τοῦ λογισμοῦ, πάντα τέταχται καὶ συνῆκται καὶ ὑπακούει) aurigæ vice fungitur; sed *quiris animi carnalis affectus*. Vetus hic vertit, *appetitus*. Hesych. λογισμός· κίνησις ψυχῆς πρός τι, ἐπιθύμησις. Hujus operis p. 63, καὶ ποίησον ἡμερον καὶ πρᾶον εἶναι τὸν τοσοῦτον λογισμόν; p. 632, τῷ πεῖσαι τὸν λογισμὸν, ὅτι ἀδυνάτων ἐπιθυμεῖ. Valde ad nostrum appositus est locus nobilissimus de Abrahamo, tom. X, p. 449: Ὅτε γὰρ τὸν υἱὸν ἐκελεύετο σφαγιάσαι, ἐννόησον πόσοι τότε ἐπανέστησαν αὐτῷ λογισμοί· ἀλλ' ὅμως πάντας ὑπέταξε, καὶ πάντες αὐτὸν ἕτερμον μᾶλλον, ἢ βασιλέα οἱ δορυφόροι, καὶ βλέμματι μόνῳ πάντας κατέστελλε, καὶ οὐδὲ γρύξαι ἐτόλμα τούτων οὐδείς, ἀλλ' ὑπέκυπτον, καὶ ὡς βασιλεῖ παρεχώρουν ἅπαντες.

Ibid., not. 69. « In uno codice legitur καὶ ἀστραγάλους καὶ περικεφαλαίας καὶ ψηφῖδας καὶ σφαίρας. In editis omnibus καὶ ἀστραγάλους καὶ κεφαλὰς καὶ σφαίρας. De rebus ergo puerilibus agitur. Si autem κεφαλὰς sit vera lectio, hic intelligatur oportet de quadam vel tessera vel calculo, cui κεφαλὴ nomen, quam tamen vocem hoc usurpatam sensu nondum reperi. Περικεφαλαία autem Theophrasto teste pro glande querna accipitur, et sic huic loco probe aptaretur. » *Montef.* De loco Theophrasti (H. P. III, 8. 7,) egregie fallitur; nam vox περικεφαλαία, si sana est, ibi ponitur non de glandibus, sed de *capitis dolore*, qui sues glandibus pastas tentat. Pro suspecto vocabulo κεφαλὰς (*turbines* vertit Vetus) duo meorum ψηφῖδας præbent. Aut hoc probandum, aut, quod magis placet, ignorantia fatenda est. Inter pueriles lusus (παιδικὰ ἀθύρματα) memorantur *ædium exstructiones* et *epulationes*, supra p. 296; *magistratus*, παίζειν ἀρχάς, tom. III, p. 77; coll. tom. X, p. 8; *rex*, παίζειν βασιλέα, Dio Chrys. p. 66, 34. Ex crepundiis autem notissima sunt σφαῖραι, tom. XII. p. 230; καλαθίσκοι, σείστρα, tom. X, p. 32; ἁμαξίδες καὶ ἀστράγαλοι, Philostr. Her. p. 202 Ed. Boiss.; ἀστράγαλοι καὶ σφαῖραι ποικίλαι, Dio Chrys. p. 135, 25; πλαταγὴ (*crepitaculum*) καὶ σφαῖρα, Plut. II, p. 714; κάλαμος in quo equitabant, Ælian. V. H. XII, 15; Hor. Sat. II, 3, 248; βέμβικες, *turbines*, Callim. Epig. 1; Virg. Æn. VII, 378; στρόβιλοι *turbines cuspide* (κέντρον) *armati*, Plat. de Rep. IV, p. 436; Basil. Hexaem. Hom. V extr.; denique τροχοὶ, *canthi lignei* vel *ferrei*, quos currendo pueri virgula regebant, Artemid. Onirocrit. I, 55; Hor. Od. III, 24, 57.

AD HOMILIAM XLVIII.

P. 493 (col. 487), not. 73. « αἰπόλου παῖς καὶ αὐτὸς αἰπόλος. Sic duo Mss. recte. Savil. et Mor. αἰπόλου καὶ [αὐτὸς] οὗτος αἰπόλος. » *Montef.*

P. 495 (col. 488, lin. 4 ab imo). « ὅτι ἐγὼ αὐτὸν ἀπέκτεινα φιλοτιμούμενον καὶ ἐναβρυνόμενον. Hæc non intellexisse videtur Georgius Trapezuntius, qui vertit, *illud primo Herodem dixisse quasi insolescentem, et amentiæ cæteros accusantem*. Nam, ut liquet, φιλοτιμούμενον καὶ ἐναβρυνόμενον de Joanne dicit Herodes. » *Montef.* Fallitur. Ὁ ἐναβρυνόμενος est ipse Herodes, de cæde Joannis insolenter glorians. Cf. p. 499. Quare virgulam post ἀπέκτεινα cum Savilio posui.

P. 501 (col. 494), not. 45. Emendatam lectionem egregie confirmat locus gemellus, tom. XI, p. 282, σὺ δὲ πολλὰ ἀπὸ τούτου κατασκευάζεις, πλακοῦντας, πέμματα διάφορα καὶ παντοδαπά.

Ibid., post tres lineas. ψυχρὸν ἐπέδωκας ποτήριον] ποτήριον ψυχρὸν ἐπέδωκας Edd. ψυχρὸν] fs. ψυχροῦ *Sav.* « Quidam (?) ποτήριον ψυχροῦ. » *Montef.* Cf. adnot. ad p. 518.

Ibid., not. 53. Glossema manifestum ἐποίησεν ἥμερον neminem morabitur. Infra 615 pro πτοῆσαι unus ἥμερον ποιῆσαι habet, quod ibi quoque imperite recepit Savilius.

Ibid., not. 56. τοὺς ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐξευρημένους Com. quem, ut solet, expressit Mor. Savilius ἐξηρημένους edidit, altero in marginem ablegato. Illunc sequitur Montef. notans: « Morel. et *quidam alii* ἐξευρημένους. » Hoc significat, ni fallor, Morel. et *marg. Sar.* i. e. Morel. et *Ed. Com.* i. e. Morel. et *Morel.* Cum vero neque ἐξευρημένους neque ἐξηρημένους vel micam sensus præbeat, vocabulum importunum in versione sua prudenter neglexerunt Benedictini; Boisius autem infelici conjectura ἐξησκημένους tentavit. Dixi Montefalconium suum *quidam alii* ex margine Savilii, non ex libris scriptis, mea quidem sententia hausisse. Cur autem de viro probo, qui se suis manibus codices non paucos tractasse testatur, tam sinistre judicarim, paucis accipe. Ego hisce oculis tot codices inspexi, quot nunc recensebo. Hi autem sunt mei G, H, L, Barocc. 189, Regii 688 ad 692, 694, 697. Ex dictis *undecim* codicibus ne unus quidem aut ἐξευρημένους aut ἐξηρημένους habet; sed omnes summo consensu, quod quidem in voce paulo difficiliori prodigio simile est, ἐξυρημένους legunt. Hic de alio loco mihi dicendum est, p. 99, ubi vulgo legitur, ἀλλὰ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, τῶν πορνευομένων γυναικῶν, τῶν εἰς τοῦτο ἐξευρημένων ἀνδρῶν. Incommoditatem verbi ἐξευρημένων quodammodo mitigat adjectum εἰς τοῦτο; ut non absurde cum Aniano vertas, *ad hoc facti*. Sed ibi quoque cum boni codices, quod a prioribus Editoribus non monitum est, ἐξυρημένων legerent, facta duorum locorum comparatione, vulgatum mutare non dubitavi. Nunc ad nostrum locum redeamus, ubi ex Interpretibus nec Vetus Latinus, nec si quid video, Armenus vocabulum expressit; credo,

Digitized by Google

quia non intellexerunt. Explicatoris partes ipse aget Chrysostomus, qui supra p. 422 par personarum scenicarum quasi hujusce loci in gratiam sic depinxit : Ὁ μὲν γὰρ ὄπισθεν ἔχει κόμην νέος ὤν, καὶ τὴν φύσιν ἐκθηλύνων, καὶ τῷ βλέμματι, καὶ τῷ σχήματι, καὶ τοῖς ἱματίοις, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς εἰς εἰκόνα κόρης ἁπαλῆς ἐκβῆναι φιλονεικεῖ. Ἄλλος δέ τις γεγηρακὼς, ὑπεναντίως τούτῳ τὰς τρίχας ξυρῷ περιελών, καὶ ἐζωσμένος τὰς πλευράς, πρὸ τῶν τριχῶν ἐκτέμνων τὴν αἰδῶ, πρὸς τὸ ῥαπίζεσθαι ἕτοιμος ἕστηκε, πάντα καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν παρεσκευασμένος. Radebantur autem isti moriones, vel ad ludibrium, vel ut capita duriora et plagis opportuniora fierent. Hoc utique nos docuit Synesius Calvit. Encom. p. 77 : Τὸν ἐν θεάτρῳ δὲ ἄνθρωπον, ὃς πολλὴν καὶ καλὴν παρέχει τῷ δήμῳ διατριβὴν ... οὗτός ἐστι μὲν τῶν τέχνῃ φαλακρῶν, οὐ τῶν φύσει, βαδίζων ἐπὶ τὰ κουρεῖα τῆς ἡμέρας πολλάκις · πάρεισι δὲ εἰς τὸν δῆμον ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, τῆς κεφαλῆς τὴν ῥώμην ἐπιδεξόμενος, ἣ μηδέν ἐστι δεινὸν τῶν δεινῶν. Ubi hæc ad nostrum locum maxime apposita scripsit doctissimus *Petavius*, Notæ p. 30 [p. 190 Ed. Krabing.] : « βαδίζων ἐπὶ τὰ κουρεῖα] Quod facere solebant ol γελωτοποιοί. Artemid. lib. I, cap. 23 [I, 22, tom. I, p. 55 Ed. Reiff.], ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν ὅλην, Αἰγυπτίων θεῶν ἱερεῦσι καὶ γελωτοποιοῖς, καὶ τοῖς ἐξ ἔθους ἔχουσι ξυρᾶσθαι, ἀγαθόν. Asterius Hom. 4 [p. 57] vocat istiusmodi homines ἐξυρημένους πρὸς κόνδυλον, qui in theatro alapis ac pugnis tundi se patiebantur, ob idque genas (?) depilabant. Naz. Stelit. 1 [tom. I, p. 166], πάντως οὔποτ' ἂν ὑπερβαλλοίμεθα τοὺς ῥᾳδίως ἐκεῖ κατὰ τῆς κόρης τά γε τοιαῦτα παιζομένους καὶ παίζοντας. Et Orat. XX, καὶ τοὺς ἐπὶ σκηνῆς θαυμάζοι, ὡς ἡδεῖς τε καὶ φιλανθρώπους, ὅτι τοῖς δήμοις χαρίζονται, καὶ κινοῦσι γέλωτα τοῖς ἐπὶ κόρης ῥαπίσμασι καὶ ψοφήμασι. » Nunc ad theatrum domesticum revertamur, in quo ipse οἰκοδεσπότης dicitur μιμεῖσθαι τοὺς ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐξυρημένους ; non quod caput suum pulsandum præbebat, sed quia ut illi sodales suos, ita hic miserellos convictores alapis et dicteriis petebat. Nam mimorum partes sustinet parasitus, ut ventri clamanti os comprimat, quidvis facere ac pati paratus. Talem alloquitur Juvenalis, Sat. v. 170 :

Omnia ferre
Si potes, et debes. Pulsandum *vertice raso*
Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis et tali dignus amico.

Huc pertinet locus Suidæ : παράσιτος · κόλαξ, τραπεζοληχὸς, κοσσοτράπεζος, male a Toupio (tom. II, p. 23) sollicitatus. Nam κοσσὸς notat *colaphum*, et κοσσίζεσθαι *colaphis peti*, ut in loco Palladii a *Bastio* Ep. Crit. pag. 181 excitato · δν ξυρισθῆναι ἐκέλευσε, καὶ ὑπὸ παιδαρίων ἐντονώτατα κοσσισθῆναι.

P. 503 (col. 496), not. 73. Edebatur ὡς ταῦτα διακονούμενοι τοῖς πᾶσι, et in margin. παισὶ pro πᾶσι, quæ vocabula sæpissime permutantur. Vide *Jacobs.* Ind. ad Anth. Pal. « τοῖς πᾶσι] Quid si τοῖς τρέφουσιν, inquit Boisius? Multo plenius et rectius, si libri addicerent. » *Sav.* Pro παισὶ præter meum G pugnant Regii 688, 689, 690, 691, 697. Hoc recepto, et ταῦτα in ταὐτὰ mutato, aptissimum sensum elicui, quem sic *honeste* expressit Vetus : *voluptatis ministri fuisse facile traduntur.* Vore διακονία de tali turpitudine utitur Libanius, tom. I, p. 213, καὶ ταῦτα ἐποίει, παρόντων χρημάτων ἀπὸ τῆς διακονίας ὧν ἔφην.

AD HOMILIAM XLIX.

P. 504 (ead. col.), not. 79, ἐκείνης a prima manu, sed ἐκείνοις secundis curis habet G.

P. 505 (col. 497), lin. 6 ante not. 84. Hæc sic leguntur in Edd. Com. et Mar.. εὐπαράδεκτον εἶναι · [ὁ δὲ Ἰησοῦς φησιν εἶπεν αὐτοῖς] ἀλλά τί ; οὐ χρεία κ. τ. ἑ. præpostero ordine, quem tamen non mutavit Montef. Nos codices, Interpretes, et Savilium sequimur.

P. 507 (col. 499), not. 10. « Alii ταῖς οἰκείαις χερσὶ καὶ τοῖς ἔργοις. » *Montef.* Minus accurate : nam qui χερσὶ legunt, iidem copulam omittunt. Vid. var. lect. Vetus : *ita singulos opere ipso voluit præoccupare ;* quasi hæc tantum legisset : διανέμει, τοῖς ἔργοις π. β. ἑ. Arm. *ut omnino omnes factorum testes fierent.*

Ibid., not. 12. Καὶ κελεύει] Sic Ep. Ge. Armen. Alii negantem partieulam adsciscunt. Secundum vulgarem lectionem, στιβάς est *stramentum ex herbis, torus gramineus.* Infra pag. 635, καὶ στιβάδα ποιῶν, ἀπὸ χόρτου ποιεῖ. Rursus pp. 684, 685, ubi ejusmodi torus monachis discumbentibus tribuitur. Tom. X, pag. 94, καίτοι πολλάκις ἐκεῖθεν ἀπιόντος οὐκ εἰς οἰκίαν, οὐδὲ πρὸς γυναῖκα, οὐδ' εἰς εὐνὴν, ἀλλ' εἰς στιβάδα χόρτου. Non tamen negandum est, idem vocabulum etiam de divitum tricliniis poni solere, ut non absurde dici possit, Οὐ κελεύει δὲ αὐτοὺς ἐπὶ στιβάδος ἀναπεσεῖν (ἀλλ' ἐπὶ τοῦ χόρτου). Tom. I, pag. 784 : Πόσοι δεσπόται ἐπὶ στιβάδος κεῖνται μεθύοντες, οἰκέται δὲ παρεστήκασι νήφοντες. Adde tom. III, p. 453. Basilius ms. in Greg. Naz. p. 229 Ed. Hervag. (a *Bastio*, Præf. ad Greg. Cor. p. LIII excitatus) : Ἀλλὰ τὴν κλίνην οὗτος στιβάδα καλεῖ, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Στηλιτευτικῶν · Ἐπὶ στιβάδος ὑψηλῆς καὶ μετεώρου, φησὶν, ἀνακείμενος. Μὴ χρῆναι οὖν παραινεῖ ὁ διδάσκαλος ἐν στιβάσιν ὑψηλαῖς δι' ὑποστρωμάτων ἀλλεπαλλήλων ἀνακειμένους κεχρῆσθαι τρυφῇ τῇ γαστρὶ οὕτως.

P. 508 (col. 500), lin. 4 post not. 25. φιλοσοφίαν. « Unus φιλοσοφίαν καὶ φιλοστοργίαν. » *Montef.* Hic est meus L, qui non raro a cæteris omnibus, necnon ab Interpretibus discedit.

Ibid., not. 27. Καὶ γὰρ χρήματα διὰ τοῦτο λέγεται. Hæc γνώμη Nostro valde in deliciis est. Vide tom. III, p. 52 ; tom. XI. pp. 279, 608. Teles ap. Stob. pag. 523, 6 : Διὸ καὶ οἱ ἀρχαῖοι ἔλεγον οὐκ ἀηδῶς · ἔφασαν γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὓς μὲν χρήματα ἔχειν, οὓς δὲ κτήματα · οὓς μὲν γὰρ χρῆσθαι τοῖς ὑπάρχουσιν, οὓς δὲ μόνον κεκτῆσθαι, οὔτε ἑαυτοῖς οὔτε ἄλλοις μεταδιδόντας καὶ προϊεμένους.

P. 509 (col. 501), lin. 8-9 post not. 38, τὸν βίον συγκροτεῖν τὸν ἡμέτερον. « Boisius mavult συγκρατεῖν. » *Sav.* Male. Cf. adnot. ad p. 223.

Ibid., post 4 lineas. Καὶ γὰρ ἐπὶ τὸ βάναυσον. « Usu trito βάναυσος est *illiberalis, vilisque artifex :* hic autem significat *artificium illud, quo omnia ad luxum et mollitiem apparantur.* » *Montef.* Græcis αἱ βάναυσοι τέχναι sunt *artes mechanicæ et sedentariæ.* Aristot. Eth. Eudem. 1, 4, 2, λέγω δὲ φορτικὰς μὲν (τέχνας) τὰς πρὸς δόξαν πραγματευομένας μόνον, βαναύσους δὲ τὰς ἑδραίας καὶ μισθαρνικὰς, χρηματιστικὰς δὲ τὰς πρὸς ἀγορὰς καὶ πράσεις καπηλικάς. Patribus contra singulari vocis inclinatione αἱ βάναυσοι τέχναι eæ sunt, quæ ad merum luxum et vitæ ornatum spectant. Chrysost. tom. XI, p. 281 : Ἐποίησε τέχνας, ἵνα βίος συνεστήκῃ, οὐχ ἵνα τῶν πνευματικῶν ἀποχωρίσωμεν ἑαυτοὺς, οὐχ ἵνα ταῖς βαναύσοις προσέχωμεν τέχναις, ἀλλὰ ταῖς ἀναγκαίαις. Ubi minus recte de *sordidis* et *illiberalibus* artibus cogitaverunt Interpretes. Clem. Alex. Strom. 1, 4 : Οἱ μὲν γὰρ τὰς βαναύσους μετιόντες τέχνας τοῦ περὶ τὰς αἰσθήσεις ἀπολαύουσι περιττοῦ · ἀκοῆς μὲν ὁ κοινῶς λεγόμενος μουσικὸς, ἁφῆς δὲ ὁ πλαστικὸς, καὶ φωνῆς ὁ ᾠδικὸς, ὀσφρήσεως ὁ μυρεψικὸς, ὄψεων ὁ τῶν ἐν ταῖς σφραγῖσιν ἐντυπωμάτων τορευτικός. Quæ loca excitavit *Suicer.* in Thes. s. v., sed in iis explicandis longe a scopo aberravit. Porro notavit,

Digitized by Google

vocem βάναυσος apud Scriptores Ecclesiasticos tribus significationibus frui : 1° *sumptuosus, inconcinne profusus*; 2° *arrogans, superbus*; 3° *negligens*. Atqui quæ attulit exempla omnia ad *tertiam* significationem pertinent, qua pro *molli* vel *socordi*, usu apud veteres ignoto, ponitur. Supra p. 472, οἱ μὲν γὰρ τῇ ἑδῷ ἐοικότες εἰσὶν, οἱ βάναυσοι καὶ ῥᾴθυμοι καὶ ὀλίγωροι. Tom. XI, p. 338, ἀλλ' οὕτω βαναύσως τραφέντες, ὡς μὴ ἔχειν τὸ πτερὸν κοῦφον. Tom. XII, pag. 312, καὶ σὺ ῥᾳθυμεῖς καὶ ἀκκίζῃ καὶ βάναυσος εἶ. Adde loca Nostri a Suicero allata.

P. 501 (col. 501), not. 43. Revocavi veterem lectionem προσηρτημένον, a Savilio imperite mutatam. Nam hujus interpretatio est προσηρμοσμένον. Suidas : προσηρτημένος, προσκεκολλημένος. Hesych., προαρτᾷ, προαρμόζει, προτείνει. « Malim προσαρτᾷ et προσαρμόζει. » *Alberti*.

Ibid., not. 45. Si ἀνοίας verum est, de insano in calceis luxu intelligendum est, ut apud Plutarch. I, p. 485, τρυφὴ καὶ ἄνοια junguntur. Alteram lectionem ἀπαχθείας expressit Interpres Arm.; Vetus autem *molestiæ* h. e. ἐπαχθείας habet, quod passim cum ἀπαχθείας confunditur. Vide. var. lection. ad pp. 316, 354. Tunc ἐπάχθεια ad nimiam Concionatoris reprehensionem spectaret. Potest etiam alia lectio ἀνία, quæ et cum ἐπάχθεια (vid. var. lect. ad p. 514) et cum ἄνοια (e. g. tom. X, p. 456) permutari solet, hic se immiscuisse.

P. 510 (col. 502), lin. 2 post not. 50, αἰσχυνεῖσθαι] Sic edidit Sav. αἰσχυνέσθε Com. Mor. quod in αἰσχύνεσθαι non monito lectore mutavit Montef. Αἰσχύνεσθαι etiam in meis G, M legitur, et, ut videtur, in Parisiensibus, quanquam de his non ausim affirmare.

P. 512 (col. 504, lin. 1), οὐδὲν παρὰ τοῦτο, supple γένοιτ' ἄν ; *nihil hinc mali eveniet*. Vox est parva delicta excusantis. Vide infra pp. 814, 815. Tom. IX, p. 554 : Ὁ γὰρ καθ' ἕκαστον ἁμάρτημα μαθὼν λέγειν, Οὐδὲν παρὰ τοῦτο, κατὰ μικρὸν πάντα ἀπολεῖ. Τοῦτο γοῦν τὴν κακίαν εἰσήγαγε, τοῦτο τὰς θύρας ἀνέῳξε τῷ ληστῇ, τοῦτο τῆς πόλεως τὰ τείχη κατέβαλε, τὸ καθ' ἕκαστον λέγειν, Οὐδὲν παρὰ τοῦτο. Dio Chrys. p. 404, 48 : Καίτοι με οὐ λέληθεν, ὅτι ἴσως ληρεῖν με νομίζουσι τὰ τοιαῦτα ἐξετάζοντα, καὶ μηδὲν εἶναι παρὰ τοῦτο. Plutarch. in libro, Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ, Opp. II, p. 85, οὕτως ἐν τοῖς πρὸς ἀρετὴν πράγμασιν, ὁ μὴ πολλὰ συγχωρῶν τῷ, Τί γὰρ τὸ παρὰ τοῦτο ; καὶ, Νῦν μὲν οὕτως, αὖθις δὲ βέλτιον· ἀλλὰ προσέχων ἑκάστῳ, κἂν εἰς τὸ μικρότατον ἡ κακία ποτὲ τῶν ἁμαρτημάτων ἐνδῦσα συγγνώμην πυρίζηται, δυσανασχετῶν καὶ δυσκολαίνων. Ubi formulam nostram vertit Wyttenb. *Quid enim id est, quod per hoc mihi fiet? Nullum ex hac re fructum percipiam : hæc res sive adsit, sive absit, tantumdem erit*. Sed semper, ni fallor, in malam partem dicitur. Conf. *Casaub.* ad Pers. Sat. v, 67, qui vertit, *Quid tum postea?*

Ibid., not. 75, κρείττους σχημάτων. « Boisio magis probatur χρημάτων. » *Sav.* Id ipsum in pluribus codd. et Arm. legitur, sed nolim mutare. Tom. IX, p. 639, τὸ δὲ τῆς ἀρετῆς οὐ σχῆμα, ἀλλὰ μορφή τις ἀληθὴς φυσικὴν ἔχουσα κάλλος, οὐ δεόμενον τῶν ἔξωθεν ἐπιτριμμάτων τε καὶ σχημάτων, τῶν ὁμοῦ τε φαινομένων καὶ ἀπολλυμένων. Mox lin. 2 post not. 76 male post μάλιστα interpungunt Edd.

P. 513 (ead. col.), not. 79, πάντων] Sic H, K, L. Edd. tacite πασῶν.

AD HOMILIAM L.

Savilius in notis paucas lectiones ex hujus Homiliæ exemplari nuper, ut ait, ex Oriente allato excerptas retulit; quæ fere omnes *singulares* sunt.

P. 517 (col. 507), γ', not. 98. « Omnes pene mss. ὁ Θεὸς ἀναγεννᾷ, *regenerat*, et sic utique legendum. Morel. et Savil. ὁ Θεὸς γεννᾷ. » *Montef.* Revocavi veterem lectionem, altera pro interpretatione habita. Vide var. lect. ad pp. 711, 787.

P. 517 (col. 508, lin. 17). Totus locus sic legitur in Edd. Τοῖς μὲν Ἰουδαίοις κατ' ἐνιαυτὸν ὑπόμνημα τῶν οἰκείων εὐεργεσιῶν τὰς ἑορτὰς ἐνέδησεν ὁ Θεός. « Alii, Τοῖς μὲν οὖν Ἰουδαίοις κατ' ἐνιαυτὸν ὑπομνήματα. » *Montef.* Ergo in locutione τοῖς Ἰουδαίοις τὰς ἑορτὰς ἐνέδησε, quam vertit, *Judæis solemnitates instituit*, nihil vidit, in quo hæreret. Ex Georgii versione, *Et Judæis quidem singulis annis beneficiorum suorum monimenta per festos dies Deus proposuit*, quid legerit iste, vix colligas. « Doctiss. Boisius pro ἐνέδησεν legi posse probabiliter putat εἶναι ἠθέλησεν, aut εἶναι ἐνομοθέτησεν. Exemplar Orientale lexit ταῖς ἑορταῖς ἐνέδυσεν [et sic Barocc. 189]. » *Sav.* Hesychius quidem ἐνδεῖ per ἐντέλλεται interpretatur, nota vel a sacra Scriptura translatione, qua præcepta et ritus quasi onera portantibus imponi et alligari dicuntur. Sed hoc, ut mihi quidem videtur, vulgatam lectionem excusare non potest. Quare alteram a bonis libris testatam ταῖς ἑορταῖς ἐνέδησεν non sine dubitatione quadam recepi. Nunc autem video hanc locutionem ex hoc ipso opere stabiliri posse. Nam infra p. 783, ait, ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τῆς εὐεργεσίας ἐγκατέδησε τὸ μνημόσυνον τῷ μυστηρίῳ. Ubi mutatis singulis vocabulis, structuram plane gemellam adhibuit auctor.

P. 518 (col. 509), not. 33. Præter notissimam formulam ποτήριον ψυχροῦ, duas alias ποτήριον ψυχρὸν, et ποτ. ψυχροῦν frequentare solet aut auctor ipse, aut descriptores ejus. Atque illa quidem omnium consensu legitur supra p. 501 ; hanc autem vidimus in adnot. ad pag. 401, et sæpius in Chrysostomi scriptis videbimus : e. g. Flores pag. 343, εἰ γὰρ ποτήριον ψυχροῦν μόνον, et p. 344, εἰ γὰρ ποτ. ψυχροῦν ἐμμισθον. Etiam in loco Matth. x, 42, in paucis subsidiis ψυχροῦν legitur, quod, si usquam, in nostro loco propter soni similitudinem probandum esset.

P. 519 (ead. col.) proxime notam 37. Insolitam locutionem ἀργυρᾶς ἁλύσεις διὰ λαμπάδων ἐξάπτειν codices non mutant. « Catenas argenteas memorat, ex quibus aut lampades dependent, aut quibus plures lampades deinceps junctæ sunt. » *Matth.* Nov. Eclog. p. 132.

Ibid., not. 39. « Ut nunc legitur, jungenda sunt, οὕτος γὰρ ὁ ναὸς ἐκείνου (τοῦ ναοῦ) τιμιώτερος. Quanquam vero in N. T. homines appellantur ναοί, tamen in Chrysostomo hoc mihi durum videtur. Forte ergo legendum, οὗτος γὰρ ἐκείνου, sublato prorsus ὁ ναός. » *Matth.* ibid. p. 133. Quæ miror a Viro sagacissimo scribi potuisse. Omnem dubitationem tollit lectio pene omnium codicum κυριώτερος, quæ absente ναὸς stare non potest.

AD HOMILIAM LI.

P. 520 (col. 510), not. 46. Edd. ὥστε μὴ κατηγορίαν, κ. τ. ἐ. nulla codicum mentione facta. « Quam secutus sit lectionem Vetus, nescio. Si locus sit integer, sensus iste est : *Eo jam impudentiæ devenisse, ut vel divinas ipsas leges infringere, superstitiones suas observandi causa, res non vide-*

retur reprehensione digna. » *Sav.* Cum veteribus Versionibus, tum ad lectionem, tum ad interpretationem standum esse puto.

P. 521 (col. 511, lin. 24), τὸν νόμον, *legem ipsorum* Ge. τὸν νόμον τὸν τῶν πρεσβυτέρων Ep. τὴν τοιαύτην παράδοσιν Euth.

P. 522 (col. 512, lin. 28). Si sanum est vulgatum, notandum est nomen προῖξ de *quovis dono* positum, quod rarissimum puto. Eustath. ad Od. ρ, 352, ἡ προῖξ τουτέστι τὸ δῶρον· οὕτω γὰρ οἱ παλαιοὶ ἐχρῶντο, εἰ καὶ ὕστερον ἐπὶ γαμηλίου μερικεύεται δωρεᾶς.

Ibid., not. 59. Edebatur ἀπὸ τῶν γραμμάτων, sine nota; quanquam et Vetus vertit, *ex rebus ipsis*, et codex L, ex quo Montefalconius plurimas lectiones excerpsit, πραγμάτων habet. Cf. p. 523. *Ex Scripturis* vertit Montef. quod vereor ne ἀπὸ τῶν Γραφῶν prorsus requirat. Ne quis mihi objiciat Nostri locum p. 706. μήτε μετ' ἐκείνους τοὺς ἀπελθόντας, καὶ ἐν τοῖς γράμμασι κειμένους, sciat eum recte a Vetere intellectum fuisse, *quorum res gestas lectitamus.* Mecum quoque facit Apostolus, τὰ ἱερὰ γράμματα dicens. Confusio horum vocabulorum ex tritissimis est. Vid. Indicem Greg. Cor. Ed. Schæf. Supra p. 9, πραγμάτων dedi cum Sav. et pluribus codd. pro vulgato γραμμάτων. Cf. var. lect. ad p. 621. *Montef.* Bibl. Coislin. p. 130 : Εἰς τοῦτο καινὸν ἐγχαράττει βιβλίον, τοῖς εὐσεβοῦσι πρᾶγμα μυρίου πόθου. Sic ille : sed in meo ejusdem codicis apographo γράμμα lego.

P. 523 (ead. col.), not. 63. Lectio τότε ἐνομοθέτησεν, etsi minus probanda, non delebat a prioribus Editoribus prorsus sperni. Νομοθεσία autem illa de sermone montano (qui dicitur) intelligenda est. Vide supra p. 210.

P. 523 (col. 513, lin. 8), πρότερον αὐτὸ μεταχειρίζονται, κ. τ. ἑ. Montef. *primo illam adhibuerint, deinde abrogarint.* Vetus : *magna dispensatione atque tractatione ad dejiciendam indiguerint.*

P. 256 (col. 515), lin. 7-8 post not. 86. Τὰ μὲν γὰρ, ἔξωθεν εἰσιόντα. Post γὰρ virgulam posui, ne quis cum Montefalconio erret, qui vertit : *Nam quæ de foris ingressa sunt.* Eadem res etiam Savilio fraudi fuit, qui pro τίκτεται, τικτόμενα conjecit.

Ibid., post 4 lineas. Ὁ δὲ Μάρκος φησὶν, ὅτι καθαρίζων τὰ βρώματα, ταῦτα ἔλεγεν. Loci Marci qui ex difficillimis est, veram, ni fallor, rationem hic nos docuit Chrysostomus; cujus tamen enarrationis, *cum ex Commentario ad aliud Evangelium facto petenda esset*, ex tot Sacri Codicis Interpretibus ne unus quidem, quod sciam, mentionem fecit*. Idem dicendum est de loco Origenis in Matth. p. 249 D, unde sua hausisse videtur Chrysostomus, καὶ μάλιστα ἐπεὶ κατὰ τὸν Μάρκον ἔλεγε ταῦτα ὁ Σωτὴρ, καθαρίζων πάντα τὰ βρώματα. Ergo horum duumvirorum ad mentem verba Marci sic legenda et distinguenda sunt : Καὶ λέγει αὐτοῖς· Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; οὐ νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι; ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν, καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται· καθαρίζων πάντα τὰ βρώματα. Ubi participium καθαρίζων ad præcedentia λέγει αὐτοῖς spectat. *Hæc dixit*, inquit Marcus, *purgans* (i. e. *puros declarans*, cf. omnino Act. x, 15), *omnes cibos.* Lectionem καθαρίζων pro vulgari καθαρίζον ab optimis vetustissimisque codicibus testatam pro *calami errore* habuerunt Griesbachius, aliique; nimirum quia nomen masculinum, cui referri posset, nullum viderunt. Sed operæ pretium erit, verba Matthæi, quem per totam hanc pericopam ante oculos habuit Marcus, hic apponere.

Matth. xv. 17, 18.

Οὔπω νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ
εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα,

εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ,
καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται;

τὰ δὲ ἐκπορευόμενα ἐκ τοῦ στόματος,
ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχεται,
κἀκεῖνα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Marc. vii, 18-20.

Οὐ νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν
εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον,
οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι;
ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν,
ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν,
καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται·
καθαρίζων πάντα τὰ βρώματα.
Ἔλεγε δὲ,
ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενον,

ἐκεῖνο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Ubi post interpositam suam animadversionem, Marcus ad verba Domini redit, hac formula, Ἔλεγε δέ. Quæ verba, quia loci nexum, ut vulgo enarratur, interpellare videbantur, pauci in ἔλεγον δὲ mutarunt, solus Syrus Interpres, probante Beza, prorsus omisit. Aliud addam, idque gravissimum, quod ipsa locutio καθαρίζειν τὰ βρώματα provectiorem doctrinæ Christianæ gradum sapit, et ab indole et ratione sermonis Dominici plane abhorret. Nam, ut verissime observavit Noster, p. 523, ad Christi institutum non pertinebat, κατατολμῆσαι τῶν βρωμάτων, discrimen ciborum a Mose illatum audacter et palam explodere, sed oblique et per ambages rem innuendo, viam ad perfectiorem doctrinam aperire. Itaque nomen ipsum τὰ βρώματα ne ponit quidem, ne auditoribus fastidium moveat, sed involucris verborum, τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, quæ de illotis manibus accipi poterant, sententiam tegit. Difficultates, quæ vulgarem lectionem καθαρίζον premunt, consulto tacui.

P. 526 (col 516, lin. 3). Post ἀρεταῖς hæc de suo, ut videtur, addit Vetus : *Sordescunt quippe manus homicidio, cæterisque operationibus pravis.*

P. 527 (ead. col., not. 97). « Unus habet πληθύνεσθαι. Neutrum placet : nec video quæ sit in his consonantia, in lecto diaboli lavari in conviciis et contumeliis. » *Montef.* Vetus : *in conviciis et injuriis delectari.* Pro πλύνεσθαι, *ardere*, *inflammari* habet Arm., sed in marg. *lavari.* Locutio πλύνεσθαι ἐν ὕβρεσι ejusdem generis est, ac notiores πλύνειν τινὰ ὀνείδεσι, λοιδορίαις, etc. Vid. pp. 132, 374, 502. Quod vero ad lectum diabolicum attinet, id Nostri indolem plane refert. Nam cum hæc duo posuisset ἀπὸ συνουσίας ὧν τῆς γυναικὸς et ἀπὸ λοιδορίας ὧν, statim conviciorum jactationem quasi concubitum quemdam animo informat, quam comparationem more sibi proprio longius prosequitur atque ornat.

P. 528 (col. 517, ς', lin. 11). Οὐδὲ γὰρ ἕτερος, κ. τ. ἑ. « In hanc pulcherrimam sententiam orationem edidit Chrysostomus exsul, hoc titulo, « *Quod nemo læditur nisi a seipso*, quam habes supra tom. III, p. 444 sqq. » *Montef.* Plura Chrysostomi loca, ubi eamdem doctrinam inculcat, congessit *J. van Voorst*, Chrysostomi Selecta, tom. II, p. 151 sqq.

Etiam Critici in hoc loco tractando negligentius versati sunt, siquidem Origenis lectionem primus indicavit Matthæius, Nov. Test. (Rigæ, 1788) Tom. II, p. 117. Idem V. D. in minore Ed. (Wittenb. 1803) Tom. I, p. 211, tandem de loco Chrysostomi monuit.

Digitized by Google

AD HOMILIAM LII.

P. 529 (col. 519, lin. 2), τὸ προσερχομένους διώκειν. « Aptius huic loco φεύγειν, quod contrarium est τῷ διώκειν. Certe διώκειν, ut ex proxime sequentibus apparet, stare hoc loco non potest. Boisius ex conjectura ἀποδιώκειν. » *Sav.* Idem in margine aliam conjecturam διωθεῖν proposuit. Vetus, *repellere;* qua significatione verba διακρούεσθαι et διωθεῖσθαι (non διωθεῖν) usurpat Auctor. Sed et διώκειν, quod h. l. summo consensu tuentur codices et Epit., haud raro cognatam vim exserit. Tom. VI, p. 182 : Ἐπειδὴ γὰρ ἐδίωκε τοὺς διὰ τῆς καπηλείας εἰς τὸν ναὸν ἐξυβρίζοντας. Tom. XI, p. 609 : Τί ταύτης τῆς ἀλογίας χεῖρον, ἀνθρώπους διώκειν, ἵνα τὸ κτῆνος μετ' εὐρυχωρίας παρέλθῃ; ubi ἀνθρώπους ἐλαύνειν καὶ διώκειν dedit Flor. p. 169. Thom. M. p. 893, διώκω δὲ, τὸ κατηγορῶ, καὶ τὸ ζητῶ, καὶ τὸ ἀπωθοῦμαι. Sed jure reprehendendus est Noster, qui hoc verbum intra duas lineas sensibus plane contrariis posuerit. Nam διώκειν τοὺς φεύγοντας est *fugientes amice prosequi*. Cf. adnot. ad p. 295.

P. 531 (col. 520, β', lin. 12), ἀπηναισχύντησε καλὴν ἀναισχυντίαν. « In uno codice καλὴν ἀναισχυντίαν deest. » *Montef.* Scriba codicis H, primum ἀπηναισχυντίαν omissis interpositis exaravit, quod postea in ἀπηναισχύντησε mutatum est, unde evadit lectio a Montef. notata. Hic tamen codex non est ex numero eorum, quos a se tractatos fuisse dixit.

Ibid., not. 34, ταύτῃ... εἰ (unus ἤ). Cf. tom. X, p. 467. Καὶ ταύτῃ δὲ μάλιστα ἡ εὐωδία αὐτοῦ φαίνεται, ἤ (εἰ Reg. 741 et marg. Sav.) οἱ διεφθαρμένοι καὶ πονηροὶ ἀπόλλυνται.

P. 532 (col. 521 med.). Ἀλλ' οὐχ [οὕτως] αὕτη Com. Sav. Mor. et sine uncis Ben. Vide adnot. ad p. 512.

Ibid., lin. 4 ante γ'. Proba est locutio οὐχ ἁπλῶς ἦν τὰ ῥήματα, ab ipso Auctore testata, supra p. 58, οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἁπλῶς ἦν. Tom. XII, p. 307, δείκνυσι γὰρ ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνα ἁπλῶς, ἀλλὰ τύπος τις ἦν.

P. 533 (ead. col., lin. ult.), ὥστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι, τυφλοὺς [ἰδεῖν] βλέποντας, κωφοὺς καλοῦντας, κυλλοὺς ὑγιεῖς, [καὶ] χωλοὺς περιπατοῦντας [καὶ λεπροὺς καθαρισθέντας,] καὶ ἐδόξαζον τ. Θ. l. Com. Mor. quos sublatis uncis secutus est Montef. notans : « Hic tantilla varietas in verbis tantum observatur in Savil., ubi illud λεπροὺς καθαρισθέντας deest. » Quod quam accurate observatum sit, pro se judicet Lector : nam Savilii lectionem noster textus exhibet. Hanc habent præter textum N. F. receptum Barocc. 189, et Mosqq. ρ, η. Reliquorum codicum lectiones sic commode ad nostram exigi possunt.

θ. βλέποντας κωφ. λαλ. κυλ. ὑγ. χωλ. περ. καὶ τυφ. βλέποντας.

θ. βλέποντας κωφ. λαλ. κυλ. ὑγ. καὶ χωλ. περ. καὶ τυφ. βλ. K.

θ. βλέποντας κωφ. λαλ. κυλ. ὑγ.... καὶ τυφ. βλ. G.

θ βλέποντας κωφ. λαλ... καὶ χωλ. περ. καὶ τυφ. βλ. L.

θ. βλέποντας κωφ. λαλ. . καὶ τυφ. βλ. καὶ χωλ. περ. M.

Alter codex H et Mosqq. 2, 9, cum Ed. Com. consentiunt, nisi quod vocabula ἰδεῖν et καὶ (ante χωλοὺς) non habent. Postremo Interpres Arm. hæc vertit : θ. τυφλοὺς βλ. κωφ. λαλ. καὶ κυλ. ὑγ. χωλ. περιπατοῦντας. In tanta librorum turba, summæ temeritatis foret, quid dederit Auctor pro certo affirmare. Matthæius tamen laudata unius Mosquensis γ lectione, quæa ceteris omnibus discedit, ὥστε τὸν ὄχλον θαυμάσαι, τυφλοὺς βλέποντα ὁρῶντας, κωφ. λ. χωλ. περιπατοῦντας, addit : « Hæc vera lectio Chrysostomi videtur : Chrysostomi dico, non Evangelistæ. » Mox ait : « Miror autem, cur Chrys. in interpretatione πηροὺς permutaverit cum τυφλούς [scilicet in verbis τοὺς πηροὺς οὐ χρείαν ἔχοντας χειραγωγούντων]. Sed hujusmodi ambiguis vocabulis plerumque utitur, cum fumum facit. Πηροὺς certe melius permutare poterat cum κυλλούς. » Hic fumum ipse sibi facit Vir eruditus quidem, sed paulo festinantior, nec satis candidus Chrysostomi æstimator. Nam nomen πηρὸς *proprie* de cæco dici, vel pueris, qui Æsopum manibus ferunt, notum est. Cf. adnot. ad p. 712.

P. 534 (col. 523), not. 53, δεῖ *opus est;* sed p. p. δεῖται *eget*, sc. ἡ ἐλεημοσύνη. Male ceperunt Interpp. Mox vulgo legitur κἂν δῷς μάζαν ἄρτου, quod vereor ut lingua patiatur. Nam aliud est μάζα, aliud ἄρτος, et hoc illud vilius. Tom. X, p. 375, οὐδὲ μάζης μιᾶς τῷ πεινῶντι μεταδόντες.

P. 535 (ead. col.), not. 57, τὸν ἀθάνατον θάνατον. Tom. XI, p. 631, de monachis : Ἀποθνήσκουσι μὲν γὰρ καὶ ἐν αὐτοῖς· οὐ γάρ εἰσιν ἀθάνατοι τὸ σῶμα. ἀλλ' οὐκ ἴσασι θάνατον τὸν θάνατον. Ultima vertit Montef. *sed mortem non pro morte habent.* Frigide. « Videtur legendum, ἀλλ' ἴσασι θάνατον τὸν θάνατον τοῦ σώματος. » *Dounæus.* Scripsit Chrysostomus, ἀλλ' οὐκ ἴσασι θάνατον τὸν ἀθάνατον.

P. 536 (col. 524), not. 63. Notanda erat lectio Edd. Com. et Mor. καὶ συγγενεῖς [καὶ] προσήκοντας. Sic, sed sine uncis, Ben. At προσήκοντας in nullo cod. legitur. Cum Arm. consentit lectio codicis H, καὶ συγγενεῖς οἱ προσήκοντες. quæ fortasse meliuscula est.

—

AD HOMILIAM LIII.

P. 537 (col. 525), lin. 2 post not. 76, νῆστεις G, K, M, νῆστις H, νήστις L, cum tribus Mosqq. Et sic sæpius in hac Homilia.

P. 538 (col. 526), not. 86. « Hic exemplaria multum variant. Manuscripti aliquot habent διὰ τοῦ νεῖμαι τοὺς κοφίνους. Alii διὰ τοῦ εἶναι τοὺς κοφίνους ἰσαρίθμους αὐτοῖς. Alii διὰ τοῦ διανεῖμαι τοὺς κοφίνους. Morel. [post Com.] διὰ τοῦ εἶναι τοὺς κοφίνους. Savil. διὰ τοῦ ἐναπομεῖναι τοὺς κοφίνους. Postremam lectionem sequi visum est. » *Montef.* Itaque fatetur Montef. in loco vexato constituendo, se Savilium contra omnes suos codices secutum esse. Hic autem pro inepto εἶναι, quod in impresso invenerat, ἐναπομεῖναι dedit, de auctoribus ne verbum quidem monens. Vertit Montef. *et quod cophini remanserint.* Sed verbum ἐναπομένειν semper, ni fallor, dativum comitem habet. Ergo tum ad sensum, tum ad auctoritatem explodenda est hæc lectio. Nunc de codicibus videndum. Hi inter νεῖμαι et διανεῖμαι dividuntur, ut plures tamen, videlicet G, K, L. pro νεῖμαι pugnent. His accedit Epitomator, cujus verba sunt, καὶ διὰ τοῦ νεῖμαι καὶ διὰ τοῦ βαστάσαι τοὺς κοφίνους. Postremo alterum horum verterunt Vetus et Arm. *quomodo eis corbes distribuerit.* Non abs re erit monere, in meo codice Epitomatoris illud ἐναπομεῖναι legi in margine, glossematis modo, ad vocem ὑπολελειμμένον, supra (lin. 2-3 post not. 81).

P. 539, β', lin. 22-23. Edd. διεγείρων. « Assentior Boisio reponenti διεγείρει; vel explendum τοῦτο ποιεῖ, ut habeat διεγείρων verbum aliquod, quo sustentetur. » *Sav.* Hic nihil animadversionis habet

Digitized by Google

Montef. cum potuisset διαγείρει ex uno certe codice L, reponere; quod fecit tandem ex Reg. 694 recentissimus Editor.

P. 540, lin. 20 ante pag. 541, ὑποκριτὰς ἑτέρωθι καλεῖ, nempe in cap. XXIII, et alibi. Nam in hoc loco XVI, 3, Chrysostomus ὑποκριταὶ non legit, in qua re secum consentientes habet plures N. F. codices.

Ibid. post sex lineas. Voculæ ἢ τὸν a præcedenti verbo ἤτουν absorptæ esse videntur. Epit. ἢ ἵνα στήσῃ τὸν ἥλιον. Euthym. ἢ περὶ τὸν ἥλιον. Nihil de hac lectione monuit, qui cod. L contulit, Montef.

Ibid., lin. 3 ante pag. 541, ἐν γαλήνῃ εὐδινῇ. Platonem expressit de Legg. XI, p. 919, εὐδιεινὴν γαλήνην παρασχών. A nomine εὐδία adjectiva plurium formarum derivarunt Græci, maxime recentiores. E. g. in Chrysostomi scriptis in una eademque formula leguntur εὔδιος (λιμὴν), εὐδιεινὸς, εὐδεινὸς, εὐδινός. Aliam formam εὐδινὸς dat Etym. M., quæ pro vitiosa scriptura τοῦ εὐδιεινὸς habenda est. Nunc de cæteris dicam. De duabus prioribus nulla est controversia. Tertia εὐδεινός, a *Dorvill.* ad Charit. p. 376 in clientelam recepta, tenuem a libris, a Grammaticis nullam auctoritatem habet. Postremam εὐδινὸς damnat *Toup.* ad Suid. v. εὐδιεινὸς, sed diserte agnoscunt Lexicographi. Suidas: εὐδιεινὸς, ὁ καιρὸς καὶ ὁ ἄνεμος, καὶ εὐδινὸς ὁμοίως. Hesych. εὐδινά, πραέα, κατεσταλμένα. Formæ εὔδιος, εὐδιεινὸς, εὐδινὸς, ut in talibus fit, passim a librariis permutantur. Vide Nostri Opp. tom. I, p. 420; tom. V, p. 264. Apud Euseb. H. E. IX, 7 codices inter εὐδινοτάτης, et εὐδινωτάτης et εὐδεινοτάτης fluctuant, quorum primum εὐδινοτάτης a recenti Editore Oxon. receptum vereor ut probari possit. Nam εὐδινὸς, si forma legitima est, penultimam corripere necesse est *.

P. 541, lin. 11, post not. 92, διδασκαλίας; Σαφῶς βούλεται Edd. Mutavi distinctionem cum codd. K, L et Ge.

P. 542, not. 23. Particula ἀλλὰ, nisi quidem sententia, rectius abest. Sic etiam Vetus. Aliter sentit Matthæius. « Lectio germana erat paulo durior. Ergo alius [Chrys.] mollivit addendo ἀλλὰ, alius [Origenes] mutando προσίχετε δέ. »

Ibid., not. 26. Non video, quo commodo sensu ponatur τῆς φιλοτιμίας. Hic nihil animadversionis dederunt Editores; sed in versione ornanda nullam hujus vocis rationem habuit Montef.

P. 544, ε', lin. 5. Unus K scripturam γάνυται præbet, quæ hodie a Viris eruditis magis probatur. Cf. adnot. ad p. 592.

Ibid., post tres lineas. Ordinem horum verborum secundum lectionem codicum K, L, M et Interpp. reformavi. Edd. ἐμαλακίσθη, οὐ δόξης, οὐ βασιλείας, οὐ τραπέζης πολυτελοῦς ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ δ.

P. 545, lin. 1, not. 49. Lectio, quam dedi, est Editionis Com. quam *non monito lectore* ad syntaxin commodius refinxit Savilius, h. m. καὶ δορυφορίαν ἧς ἀπέλαυσε, καὶ θεραπείαν πολλὴν. Hunc sine animadversione secutus est Montef. Morellus, ut solet, Commelinum expressit, nisi quod δορυφορίαν pro δορυφορίας dedit. In veteri scriptura genitivus δορυφορίας, ipse ex attractione pronominis ἧς natus, alterum accusativum θεραπείαν in suam societatem seduxit.

Ibid., not. 54. « τῶν παραγενομένων. [Sic Edd.] Boisius suspicatur legendum τότε παραγενομένους. » *Sav.* Exquisitior est constructio per genitivum, subaudito ἐκ.

AD HOMILIAM LIV.

« Accessere huic Homiliæ correctiones ex ejusdem fragmento e Bibliotheca Cæsarea Viennæ allato. » *Sav.*

P. 546, lin. 9, post not. 57. Vitiosum προσῆσαν in omnibus Edd. sine suspicione excusum est. Mox (post 13 lineas) unus, L, πεπλασμένην pro πεπλανημένην habet.

P. 547, β', lin. 18-19. Edd. αὐτοὺς εἰσάγων ὁμολογῆσαι, sine nota. Cum H facere videtur Vetus: *discipulos istud fateri inducit.*

P. 548, lin. 9 10. Pro verbis Evangelii, καὶ δώσω σοι, Matthæius ex uno Mosquensium protulit καὶ ἐγὼ δέ σοι δώσω, e cæteris autem ἀλλ' ἐγώ σοι δώσω. Scilicet incidit oculus inspicientis in alium locum (ibid. post quinque lineas).

Ibid., lin. 8-9, post not. 75. Edebatur Ἡδέως ἂν ἐροίμην. « Boisius et Interpres, ἡδέως οὐκ ἄν. » *Sav.* Mox (ibid., post 5 lineas), « ἐσπειρε] Sensus postulat et Interpres videtur legisse σπείρειν. » *Idem.*

P. 549 (col. 536, lin. 7-8), ὅτε τὴν ἀρχὴν τῶν ἐθνῶν εἰσήγαγε. Vetus: *tunc de passione incepit dicere.* Quasi legisset, τότε τὴν ἀρχὴν τῶν παθῶν εἰσήγαγε. Infra not. 90, ἑαυτὸν tuentur Mosquenses omnes.

P. 551 (col. 537), not. 1. Edd. καὶ δι' ἃ ζῶμεν, καὶ δι' ὃ ἐσμεν, quæ lectio est codicis G.

P. 554 (col. 540, lin. 7), καὶ πῶς ὠδίνει τὰ ἀγαθὰ αὐτὰ προελθεῖν. Vetus: *quodque muneribus plenus* (Deus) *ex largiendi festinatione quasi prorumpit.* Montef. *et quam gestiat* (Deus) *bona illa proferri.* Perperam uterque: nam nominativus est τὰ ἀγαθὰ αὐτά. Verbum ὠδίνειν gestire, sequente infinitivo, a Lexicographis pæne prætermissum, valde amat Noster. Vide pp. 172, 723, tom. IX, p. 139: « Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς. » Ὁρᾷς καὶ ὠδίνοντα αὐτοὺς ἰδεῖν, κ. τ. ἑ.

AD HOMILIAM LV.

P. 556 (col. 541), proxime notam 40, διαθρυλλεῖν. Alteram scripturam per simplex λ præbent H, L. Cf. adnot. ad p. 590.

Ibid., post tres lineas. Καὶ ἐφ' ὑμῶν συμβαῖνον. Vetus: *ac vobis conveniens.* Montef. *et vobis congruens esse.* Quem sensum verbis non inesse, recte vidit Boisius, hæc notans: « Quid si ἐφ' ὑμῶν συμβαίνειν δυνατὸν, vel ἐφ' ὑμῖν, vel ὑμῖν? » Sed interpretis eget hic locus, non emendatoris. Procul dubio vertendus: *si vobis quoque idem contingat,* scilicet τὸ παθεῖν πολλὰ καὶ ἀποκτανθῆναι. Jam dixerat p. 555, ὅτι καὶ ἐφ' ὑμῶν τὸ μὲν μὴ θέλειν ἀποθανεῖν, δεινόν· κ. τ. ἑ.

P. 557 (col. 542, not. 49). Τοῦτο γάρ ἐστι φείσασθαι. H. e. illud *non parcere* est vere *parcere.*

Ibid., not. 51. Mihi quidem valde arridet lectio ἀράτω τὸν θάνατον αὐτοῦ, altera pro interpretatione habita. Hanc quoque in *uno* certe suorum codicum delitescentem in lucem non protraxit Montef.

* Vox εὐδινὸς (vel potius εὔδινος) a δίνη, *vortex*, ex sola, ut videtur, conjectura *Heringæ*, Obs. Crit. p 277, ad locum Orph. Hymn. XXI, 5, nuper in Lexica recepta est.

Digitized by Google

P. 558 (col. 543), not. 65. « καὶ τοὺς ἔνδον αὐτοῖς προσαπολεῖ. Αὐτοῖς regitur vel a πρὸς in verbo composito [hoc verum], vel a particula σὺν Attico more subaudita. » *Bois.* Idem τοὺς ἔνδον de *civibus* recte interpretatus est.

P. 559 (col. 544), not. 70. Ἡ εὐθυμία, *rerum copia.* Sic Georgius Trapezuntius. Hoc puto commode exprimi per prosperam et bonam valetudinem. » *Montef.* Frustra; nam εὐθυμία de *corpore* nemo dixit. E contrario εὐθηνία κτημάτων καὶ σωμάτων dixit Aristot. Rhet. I, 5, 3; τὴν σωματικὴν εὐθηνίαν Philo de migrat. Abr. p. 390; πᾶσαν τῶν ἐπιτηδείων εὐθηνίαν Joseph. Antiq. VII, 9, 8; quæ loca indicavit *Lobeck.* ad Phryn. p. 466 sq. Adde Chrysost. tom. I, p. 781, de Lazaro, μετὰ τὸν λιμὸν εὐθηνία πέρας οὐκ ἔχουσα.

P. 560 (col. 545, ε', lin. 6), λέγοντές τινας εὐχαριστηρίους ὕμνους. Mos pius preces ante et post cibum fundendi, a Judæis traditus (Tractat. Berachoth c. 6—8), exemplo Salvatoris commendatus, inde ab antiquissimis temporibus apud Christianos invaluit. Schol. cod. 34 apud *Wetsten.* ad Matth. XIV, 19, ἡμᾶς παιδεύων, μὴ πρότερον ἅπτεσθαι τραπέζης, ἕως ἂν εὐχαριστήσωμεν τῷ τὴν τροφὴν ἡμῖν παρέχοντι; quæ verba ex nostro opere, supra p. 506, desumta sunt. Justin. M. Apol. I, p. 83: Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα, εὐλογοῦμεν τὸν Ποιητὴν τῶν πάντων διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ Πνεύματος ἁγίου. Ibid., p. 50, λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν, ὅση δύναμις, αἰνοῦντες τὸν Θεόν. Quæ loca ad hanc rem pertinere, recte perspexerunt *S. Thirlby* et *Car. Ashton*, Cantabrigienses. Vulgus interpretum tum Latinorum, tum vernaculorum fefellit usus verbi προσφέρεσθαι, *cibum sumere.*

P. 561 (col. 546, lin. 18), ἐπάδωμεν αὐτὸν τῇ τραπέζῃ: *illum in mensa canamus* Ge. Ben. Sed reconditius aliquid hic latet. Hunc hymnum, inquit Chrysostomus, *quasi* ἐπῳδήν τινα *ad noxam pinguis mensæ amoliendam adhibeamus.* Particulam καὶ ante αὐτοὶ, a Morello *casu* (nam habet Com.) omissam, non reposuerunt Benedictini.

P. 562 (col. 547), lin. 3, post not. 94, καὶ ταύτην δὲ αὐτὴν ζητοῦντας διὰ τὰ πνευματικά. Hæc pessime vertit Montef. *hunc porro abundantiam in spiritualibus quærunt.* « Refertur ταύτην ad αὐτάρκειαν remotius, non ad propius ἄρτον. » *Sav.* Immo refertur ad τὴν ῥῆσιν modo laudatam, vel si sensum spectes, τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον. Ergo non male Vetus: *quem panem etiam propter spiritualia quærunt.*

P. 564 (col. 548), not. 10. Ediderunt Sav. Ben. οὕτως ἐπὶ ὕπνον βαδίζουσι, τοσοῦτον ὑπνοῦντες, exemtis priorum Editionum vitiis, ὕμνον (ita cod. M) et ὑμνοῦντες. Cum illis consentiunt H, K, neque in hac lectione inest, quod alicui magnopere offendat. Sed scrupulum mihi olim injecit lectio duorum codd. G, M, τοσοῦτον αὐτοὺς ὑπνοῦντες, [ὑπνῶντας M), quam diu in omnes partes vertens frustra fui, donec alter codex, L, in subsidium venit. Scilicet in hoc habetur, τοσοῦτον αὐτοῦ σπόντας (sic); unde genuinam scripturam τοσοῦτον αὐτοῦ σπῶντες elicere, cujusvis erat. Inter flosculos recentioris Græcitatis censenda est locutio σπᾶν ὕπνον. Heliodor. Æth. II, 16, ἐπεὶ δὲ μικρὸν ἐσπάσαντο ὕπνου, καὶ τοσοῦτον ὅσον τὰ ἄκρα τῶν βλεφάρων ἐπιλεᾶναι. Ibid. V, 1, ὀλίγον δὲ καὶ ὕπνου σπάσωμεν. Philostr. Vit. Apoll. VII, 30, ταῦτα εἰπὼν ὕπνου ἔσπασε κομιδῇ βραχὺ, καὶ ὅσον ἐπ' ὀφθαλμοὺς ἦλθεν.

—

AD HOMILIAM LVI.

P. 566 (col. 550), not. 23, ταύτην νομίσαι χαρίσασθαι μείζονα τοῖς Ἰουδαίοις M. Utrum alter codex, L, vocem μείζονα prorsus omittat, an post χαρίσασθαι rejiciat, nunc non affirmarim. Epit. ὡς καὶ τὸν Ἡ. ἐν τούτῳ νομίσαι χαρίζεσθαι τοῖς Ἰ. εἰ ἐ. ἀ. Euth. ὡς καὶ τὸν Ἡ. ὕστερον ἀνελόντα τοῦτον, χάριν μείζονα ἀπονεῖμαι τοῖς Ἰ.

Ibid. (col. 550, lin. 13 ab imo, ad col. 551, lin. 1). Καὶ γὰρ... εἰς μέσον ἄγει. Hæc omnia desunt in cod. G, propter homœoteleuton.

P. 568 (col. 552, lin. 5 ante γ'). Non video quid sibi velint hæc verba, Ἔλεγεν ἐν ἀσφαλείᾳ. Aut ἐν ἀσφαλείᾳ cum sequentibus jungenda, aut legendum, Ἔλεγεν ἐν ἀσαφείᾳ. Vetus: *Hæc cum dicere non auderet aperte, occultius adstruit, dicens.* Haud infrequens est horum vocabulorum permutatio. Vide Nostri Opp. tom. II, p. 562, tom. VI, p. 54. Et in proximis præcesserat ἀσφάλεια.

P. 569 (col. 552, γ', lin. 9). « Παρεβουλεύετο illud Apostoli respicit, παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ, Philipp. II, 30. » *Montef.* Utinam dictionis apostolicæ meminisset V. D. ad alium Nostri locum, tom. X, p. 192, Οὐ γὰρ εἶπεν, Εἰ ἐκινδυνεύσαμεν ἢ παρεβουλευσάμεθα; ubi pessime vertit, *si insidiis impetiti sumus.* Tom. XI, p. 487, καὶ εἰδὼς ὅτι ζήσεται μὲν μὴ παραβουλευσάμενος, τεθνήξεται δὲ τοιαῦτα τολμῶν. Hæc loca exscripsit *Wetstenius* ad Phil. II, 30; sed summa audacia παρεβολευσάμεθα et παραβολευσάμενος de suo dedit, scilicet ut eidem lectioni apud Apostolum fidem faceret. Frustra; nam ibi quoque παραβουλευσάμενος a Chrysostomo lectum fuisse ostendit *Matthæi.* ad loc. Contrarium tamen sibi persuaserunt Griesbachius et qui eum secuti sunt, dolis Wetstenii, ut videtur, decepti.

Ibid. (col. 553), not. 46, ὅτι θεὶς νέφος Com. Mor. Ben. Nostram lectionem ex Sav. et Reg. 694 recepit Editor Ben. 2da.

Ibid., post 4 lineas. Ἵν' οὖν πιστεύσωσι, κ. τ. ἑ. Vetus: *Ut igitur credant ab ipso Deo vocem venire, a nube vox emittitur, quæ lucidissima erat. Adhuc enim*, etc, Pro iisdem hæc posuit Epit. Ἵνα οὖν πιστεύσωσιν, ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡ φωνὴ φέρεται, διὰ τοῦτο ἀπὸ τῆς νεφέλης ἠνέχθη. Νεφέλη δὲ φωτεινὴ ἐπειδὴ φοβῆσαι οὐκ ἐβούλετο, ἀλλὰ διδάξαι. (Cf. infra lin. 6 ante pag. 570.)

P. 571 (col. 554, lin. 21, ab imo). « Savil. et cod. 694 a prima manu ὁμώροφοι, corrector recens ὁμωρόφιοι. Com. et Montef. ὁμορώφιοι. » *Editor* Ben. 2da. qui ὁμωρόφιοι excudit. Ita mei H, L, ω ὁμόροφοι K, M, ὁμορροφοι (sic) G. Eadem varietas in scriptura vocis ὑπωρόφιος, infra p. 684, notanda est.

P. 573, proxime notam 66, καὶ τῇ χρείᾳ καὶ τῇ ἀναγκαίᾳ τροφῇ καὶ ἀφορμῇ εἰς καπηλείαν ἀν. ἀπ. Com. Mor. Montef. Copulam ante ἀφορμῇ tacite recidit Sav. Verba τροφῇ καὶ desunt in K, L, M. Præterea unus L ἀνάγκη pro ἀναγκαίῃ præbet; atque hunc codicem secutus sum. Si quis probet τροφῇ καὶ ἀφορμῇ, quod præter Edd. habent G, H et Reg. 668, tunc ἀφορμὴ de *facultatibus*, vel, ut nos dicimus, *mediis vivendi* intelligi oportet.

Digitized by Google

AD HOMILIAM LVII.

P. 575, homil. incip., not. 80. De lectione codicum Regiorum hodie subdubito, quia in schedis meis hic nonnihil confusionis video. Certe in G, M et Mor. ἐκεῖνοι ἑαυτοὺς διεσάφουν legitur; Regii vero utrum ἑαυτοὺς an ἑαυτοῖς habeant, pro certo affirmare non ausim. Ἑαυτοῖς, quod cum verbo διασαφεῖν facilius construitur, habet Bodl. 3019. In prima autem Ed. excusum est, ἐκεῖνοι σαυτοὺς δ. Lectionem ἐκεῖνοι αὐτοῖς, nempe Scribæ discipulis, a Montefalconio e *quibusdam Mss.* receptam, frustra quæsivi.

P. 577, lin. 4, αὐτὸν τὸν Ἠλίαν φησὶ Ep. invitis codicibus.

P. 579, lin. 2-3 post not. 4, καὶ τοῦ πιστεῦσαι] καὶ παρασκευάζων πιστεῦσαι Nicetas, ex interpretatione. Facilius foret καὶ (εἰς) τὸ πιστεῦσαι; sed non opus. Vertendum, *et ut crederet*, qui usus particulæ τοῦ ex sacris Scriptoribus notissimus est.

Ibid., not. 5. Edd. præter Sav. οὐδὲν ἀντάξιον τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐφθέγξατο, quæ codicum quoque plurimorum lectio est. Sed ἀντάξιον, *æquiparandum*, *instar*, non videtur esse hujus loci. Dixit quidem Auctor tom. IX, p. 658 : Ἡ μὲν γὰρ ἡμετέρα (ψυχὴ) οὐδὲ τῆς γῆς ἐστιν ἀξία, ἡ δὲ ἐκείνου καὶ τῶν οὐρανῶν ἀνταξία; sed ibi quoque propriam vim exserit vocabulum, ut locum inspicienti constabit.

Ibid., proxime notam 9. Ὁ γὰρ δαίμων, κ. τ. ἑ. Vetus Scholiasta apud *Matthæi*. N. T. tom. I, p. 60 : Ἀδιαφόρως ὁ εὐαγγελιστὴς τοὺς δαιμονιζομένους, σεληνιαζομένους ἐκάλεσεν· οὐκ ἐπειδὴ ἡ σελήνη πάθους ἐστὶ περιποιητική, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ δαίμων κατά τινας αὐτῆς περιόδους ἐπιτίθεταί τισιν, ἵνα ἐπὶ τὸν αὐτῆς δημιουργὸν, ὡς κακῶν ποιητὴν, ἡ βλασφημία ἔλθῃ. Nota est Matthæii sententia, Chrysostomum in commentariis ornandis hujusmodi Scholia ad manum habuisse, et quidem, si Matthæio credas, ea ipsa quæ hodie in margine codicum N. F. leguntur. Cf. adnot. ad p. 662.

P. 580, not. 11. Totum locum sic ediderunt Com. Mor. : Διὸ καὶ ἐρωτῶσι. Κατιδίαν αὐτῷ προσέρχονται, οὐκ αἰσχυνόμενοι· εἰ γὰρ τὸ ἔργον ἐξῆλθε καὶ ἠλέχθησαν [ἠλέγχθησαν Mor.] ἄν, περιττὸν ἦν αἰσχύνεσθαι λοιπὸν τὴν ὁ. τ. λ. ὁμολογίαν· [ἀλλ'] ἐπειδὴ π. ἀ. κ μ. π. ἤμελλον ἐρωτᾶν. Τί οὖν, κ. τ. ἑ. Quæ sic tacite mutavit Sav. : Διὸ καὶ ἐρωτῶσι κατ' ἰδίαν αὐτῷ προσελθόντες, οὐκ αἰσχυνόμενοι, ἐπειδὴ π. ἀ. κ. μ. π ἐμελλον αὐτὸν ἐρωτᾶν. Εἰ γὰρ τὸ ἔργον..... ὁμολογίαν. Τί οὖν, κ. τ. ἑ. Hunc usque ad minutissimum apicem imitatus est Montef. cum hac notula : « Hic quædam in Morel. perplexa erant, quæ ex Manuscriptis [?] restituimus, ita tamen, ut aliquid adhuc obscuritatis supersit. Nos Latine, nec sine scrupulo totum expressimus. » De meis codicibus hoc tantum addam, ne unum quidem transpositionem a Savilio illatam agnoscere. Idem de Georgio Interprete et Niceta dictum sit.

Ibid., post 4 lineas. « Quinque codd. Chrysost. vulgatum habent, sed sextus, γ, ita dissentit : Τί οὖν ὁ Χριστός; Οὐκ εἶπε, Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν, ἀλλὰ, Διὰ τὴν ὀλιγοπιστίαν ὑμῶν, φησίν. Atque hanc genuinam Chrysostomi lectionem esse suspicor, quam ipse fluxit, ut centum alias. » *Matthæi*. Sed iste codex, quantum ex locis a Matthæio excerptis colligi potest, talium *singularium* lectionum refertus est.

P 581, lin. 7-8 post not. 25. Οὐδὲ γὰρ χασμᾶται καὶ διατείνεται. Vetus : *Non enim oscitat neque* extenditur. Montef. *Non enim oscitat, non* expanditur. Neutri Interpreti videtur innotuisse usus rarissimus verbi διατείνεσθαι, *pandiculari*. Tom. XI, p. 695, Ἵνα παρισκευασμένους ἡ ἡμέρα εὕρῃ, καὶ μὴ, ἀνισχούσης [f. τῆς] ἀκτῖνος, τότε ἀρξώμεθα ἀνίστασθαι καὶ διατείνεσθαι; quæ lepidissime vertit Montef. *surgere et* operi manum admovere! Adde tom. XI, pag. 629. Mœris : σκορδινᾶσθαι, Ἀττικῶς· διατείνεσθαι, Ἑλληνικῶς.

P. 582, not. 31, καὶ πάντα ἁπλῶς καταγώγια ὀχετοῦ καὶ ἀμάρας ἐργάζεται Edd. « Duo Mss. ἁπλῶς ὀχετοὺς ἀμάρας ἐργ. » *Montef.* Hanc scripturam a meis H, K, L et Flor. testatam haud dubitanter recepi. Eamdem, si ὀχετοῦ pro ὀχετοὺς ponas, habent G, M. In vulgari, quam solus tuetur Reg. 688, καταγώγια ex glossemate vocis ὀχετοὺς fluxisse, nemo non videt. Vocabula ἀμάρα et ὀχετὸς, quorum utrumque *cloacam* notat, nunc separatim, nunc conjunctim a Chrysostomo adhibentur. Infra p. 796, ἀμάραις καὶ ὀχετοῖς ἔοικεν ἀκαθάρτοις. Sed tom. X, p. 415, καὶ ἀμάρας ὀχετὸν (q. d. *cloacæ aquæductum*) τὸ στόμα ποιῇ. Rursus tom. XI, p. 625 : Ἀπόφραξον τοὺς ὀχετοὺς τῶν ἀμαρῶν, καὶ ὄψει λοιμὸν εὐθέως τικτόμενον. In nostro loco ridicule vertit Vetus, *amarissimas cloacas*.

P. 582, lin. 2 post not. 38-39. « Verba διὰ τὰς πυκνὰς... τὰς πονηρὰς adjecimus e Codice 694 et Savil. Exciderant enim in Com. [Mor.] et Montef. propter ὁμοιοτέλευτον. » *Editor* Ben. 2da. Habentur in omnibus meis.

P. 583, not. 41. Quod partim ex conjectura dederam, σκοτοδίνῳ, nunc didici ex ipsius Chrysostomi usu firmissime stabiliri posse. Nam σκοτοδίνῳ κατεχόμενος legitur tom. VI, p. 158, ubi tres codices apud Montef. σκότει δεινῷ dant. Rursus p. 168, σκοτοδίνῳ κατέχονται, sed in codd. σκότῳ δεινῷ. Postremo tom. VIII, p. 141 : Οὐδὲν γὰρ οὕτω ποιεῖ σκοτόδινον. « Ita Savil. Morel. σκοτόδεινον. Alii σκότος δεινόν. Boisius legendum putat σκοτοδινιᾷν. » *Montef.* Cum nostro loco conferri potest Athen. IV. p. 156, ἡ ἐνθάδε πάντα, ὥσπερ τοὺς πυρέσσοντας, περιφερόμενα ὁρᾶν. « Morbi genus est σκοτόδινος vel σκότωμα dicti, Latinis *vertigo*, quo laborantes omnia cernunt se moventia et rotantia. » *Casaub.* ad loc.

AD HOMILIAM LVIII.

P. 585 (col. 567), not. 58. Εἰπόντος δὲ... ἔφη] Sic Sav. Mosqq. et mei præter M. Ἔφη· ἀπὸ τῶν ἑλλοτρίων. Ὁ δὲ εἶπεν Mor. Ben.

P. 586 (col. 568, lin. 21). Hic plurima non monito lectore novavit Savilius, auctoritate, ut videtur, Bodl. 3019, locum sic constituens : Διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπισημαίνεται τοῦτο λέγων, Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, δηλονότι ὅτε πάντων αὐτὸν προετίμησε, καὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου, ὧν θάτερος, κ. τ. ἑ. Ita codex modo dictus, nisi quod δηλῶν ὅτι pro δηλονότι habet. Idem non raro circa hanc operis partem de isto Editore observandum est.

P. 589 (col. 570) not. 81. Etsi longe usitatius dicitur περιτιθέναι δόξαν τινὶ, tamen vulgatum ferri posse videtur. Notæ sunt locutiones ἐπιτιθέναι ζημίαν, τιμωρίαν, etiam αἰτίαν, a quibus nostra non multum distat. Adde Sirac. XI, 31, καὶ ἐν τοῖς αἱρετοῖς ἐπιθήσει μῶμον.

Ibid., post duas lineas, τρίπηχυς ὤν. « Mensuram tricubitalem solet Chrysostomus homini assignare.

Digitized by Google

Sic supra tom. V, pp. 214, 517. » *Montef.* Ultimus **locus** est : Ἀπέρχεται εἰς τὸν τάφον ὁ πάντα ἁρπάζων· εἰς τρεῖς πήχεις θάπτεται, καὶ πλέον οὐδέν. **Scilicet** tum τρίπηχυς esse dicitur homo, cum **statu**ram ejus *deprimere* Scriptori propositum est. **Contra** cum major vero exhibendus est, statim uno **cubito** procerior evadit. Aristoph. Vesp. 553, ἄνδρες μεγάλοι καὶ τετραπήχεις. Philostr. Imag. I, 25, καὶ καλοὺς, καὶ τετραπήχεις ἐκ μικρῶν. « Ejus statura **homines** trans Caucasum se vidisse narrabat Apollonius, trans Indum autem πενταπήχεις. Vit. Apoll. II, 4, p. 52, ubi vid. *Olear.* Heroes δεκαπήχεις secundum Heroic. p. 668. » *Jacobs.* ad Philostr. Imag. I. l. *Longus homo*, in cujus magno corpore ne **mica** inest salis, est ἀνὴρ τρισκαιδεκάπαχυς, Theoc. Id. XV, 17. Sed ut ad veram historiam redeamus, **legitur** in Martyrio S. Eusignii, apud *Montef.* Pal. Gr. p. 27, ἀποδύσαντες οὖν αὐτὸν οἱ στρατιῶται εἰσήγαγον· καὶ ἰδοὺ, ἦν ὁ ἀνὴρ τριῶν ἡμισυ πηχῶν, πυρράκις [sic apud Montef., sed cf. I Reg. XVI, 12, Vers. LXX] ὅλος μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν. De Goliatho Gathensi narratur, I Reg. XVII, 4. ὕψος αὐτοῦ ἓξ [Cod. Vatic. absurde τεσσάρων] πήχεων καὶ σπιθαμῆς. Postremo ad locum Matth. VI, 27, Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα ; hæc notat Euthymii Interpolator : Καὶ μὴν οὐδὲ σπιθαμὴν, οὐδὲ δάκτυλον. Λοιπὸν οὖν πῆχυν εἶπε, διότι κυρίως μέτρον τῶν ἡλικιῶν ὁ πῆχύς ἐστι. Quare neutiquam audiendi sunt, qui vocem ἡλικίαν in loco Evangelii de *ætate* ceperunt.

Ibid., not. 83. Edd. ἐπιγνώσεται ἁμαρτάνων, altera lectione ne memorata quidem. Vetus : *peccata sua cognoscet.* Locutionem ἐπιγινώσκειν ἁμαρτάνων legere non memini ; alteram firmat Apostolus ad Rom. III, 20, διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας.

P. 590 (col. 571), not. 90, καὶ μετ' ἐκεῖνον τοιοῦτος. Recte cepit Montef. *post illum talis futurus ;* nempe tum, cum iterum ante extremum judicium in terras redibit.

P. 590 (ead. col.), lin. 7 post not. 92, τὰ ὦτα διαθρυλλούμενον. Hic quoque scriptura per simplex λ auctoritatem codicum H, K, L nacta est. Cf. adnot. ad p. 556. Tota locutio ex Platone de Rep. II, p. 558 adumbrata est.

P. 591 (col. 572), not. 98. Ἀλλ' οὐχ ὁ Ἀπόστολος sc. τοιοῦτος. Cf. adnot. ad p. 312. « Totum locum sic habet codex unus, συνηδόμενοι, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος. » *Montef.* « Vetus Interpres : *sicut Apostolus ait.* Hic fortasse est ille codex unus, quem notat Montef..... Codices consulendi erant a Montefalconio. » *Matth.* Nov. Eclog. p. 149. Hic quidem consuluit codices Montef., sed non omnes. Nam lectionem ὥς φησιν ὁ Ἀπ. haud dubie ex codice hausit ; sed de lectione mei L (qui ei est Reg. 1934) nihil monuit.

P. 592 (col. 573, lin. 6), γάννυται] Sic G, H, L, M et Edd. præter Sav. Scripturam γάνυται, quæ est unius codicis K, tacite excudit Editor Ben. 2da. Cf. adnot. ad p. 514.

—

AD HOMILIAM LIX.

P. 594, lin. 1-2, οὐ δυσχεραίνων μόνον, h. e. οὐ μόνον οὐ δυσχεραίνων. Perperam Vetus : *non modo molestiam quamdam ex duritia adversariorum capiebat.*

Ibid., not. 20. Μιλησίοις. « Cod. vulg. [i. e. Ed. Commel.] Φιλιππησίοις, male. Boisius rectius legi putat Ἐφεσίοις. Etsi enim Mileti tum commorabatur Paulus, tamen verba hæc, quæ citantur, non ad Milesios, inquit, sed ad Ephesios dicta fuisse constat. » *Sav.* Μιλησίοις tacite recepit Montef. *Milesios* vocat, qui isti concioni aderant, Noster tom. X, pp. 660, 709. Sed in alio loco tom. IX, p. 433, quem nemo adhuc Editorum ad nostrum illustrandum excitavit, in Edd. quidem legitur, Καὶ Μιλησίοις δὲ δημηγορῶν, ἔλεγεν· ἐν ᾧ ἔθετο, κ. τ. ἑ., sed invitis, ut videtur, libris scriptis. Nam hæc ibi monuit Montef. : « Duo Mss. nostri [*et Reg.* 751, ait novus Editor] Φιλιππησίοις. Savil. legendum conjicit Ἐφεσίοις, quia in Epistola ad Ephesios quid simile habetur [hoc quidem non dixit Savilius, sed tantum Ἐφεσίοις in margine appinxit] : at vox sequens δημηγορῶν indicat in concione quadam vel colloquio, quale Mileti habuit, hæc verba reperiri, et vere ibidem habentur. » Error scribis, ut videtur, non Auctori tribuendus est.

Ibid. (col. 574, lin. ult.), ἦλθον· καὶ προλέγει] ἦλθε καὶ προλέγει Edd. quæ vertit Montef. *venit ille et prædicit ea quæ futura erant.*

P. 595 (col. 575), not. 29, ταχέως ἀναστάντα] Sic Reg. 688 et Barocc. 189. καὶ ταχέως ἀναστάντα G, ταχέως δὲ ἀναστάντα M (qui codex p. p. γὰρ αὐτὸν om.), ταχέως ἀνιστᾷ K, L, καὶ ταχέως ἀνιστᾷ H. Vulgaris lectio est, καὶ οὐ μόνον τὸν φυλαττόμενον, ἀλλὰ καὶ τὸν περιπεσόντα ταχέως ἀνιστᾷ. Sed ut alia omittam, quomodo ipsa scandala eum, qui in ea inciderit, erigere possint, equidem non video. In nostra lectione ad verba τὸν περιπεσόντα ταχέως ἀναστάντα, *eum qui in scandala inciderit et cito resurrexerit*, intelligendum aut διεγείρει, aut verbum aliquod, quo generalis notio *juvandi* insit. Locum sic vertit Vetus : *non solum eum, qui sibi diligenter cavit, verum etiam eum, qui forte incidit ; nam posteaquam inde se eripuerit, cautior atque tutior redditur.* Cæterum pro τὸν περιπεσόντα ταχέως ἀναστάντα fortasse prætulerit aliquis τὸν περ. καὶ ταχέως ἀν. quod ex uno codice notatum est. Cui non assentior. Nam et codicum vestigiis plane repugnat, et moris est Nostri duo participia hoc modo sine copula componere. Exempla sunt p. 285, καὶ τοῖς μυρίων κακῶν ὑπευθύνοις οὖσι τοῖς ἀνευθύνους διαβάλλουσιν ; p. 709, καὶ μέσον αὐτὸν λαβόντες [καὶ] μὴ περιγενόμενοι. Tom. XI, p. 208, καθάπερ.σῶμα .. θερμοτέρᾳ προσπαλαῖσαν ἀκτῖνι κατατρυχόμενον ; ubi particulam copulativam inter προσπαλαῖσαν et κατατρυχόμενον frustra requirit *Matthæi.* Nov. Eclog. p. 540.

Ibid. (ead. col., β'), not. 32, τοῦτο] Sic Sav. τοιοῦτος Com. Mor. Ben. Sed τοῦτο hic tantundem est. Vid. adnot. ad p. 650.

Ibid. (col. 576, lin. 1), not. 38. Vulgata vertit Vetus : *immunis est ergo ipse ejus culpæ, quam ei natura invexit.* Nihilominus verissima mihi videtur lectio codicis M : Οὐκοῦν τὰ τῆς φύσεως ἐγκλημάτων ἀπήλλακται. Locutio ἀπαλλάττειν ἐγκλημάτων vel τῶν ἐγκλημάτων Chrysostomo valde familiaris est. Vide pp. 100, 433, 454, 451.

P. 596 (ead. col.), not. 43. Καὶ hic valet *etiam*, quod non viderunt Interpretes, vertentes : *mortales omnes sumus et passibiles.*

Ibid., not. 46, πάντας. Πόθεν οὖν τὰ κακά; Sic ediderunt Com. et Mor. quibuscum concinunt L, M, nisi quod hic Καὶ πόθεν οὖν habet. Hunc locum variis explementis auxerunt librarii aliique, qui verba præcedentia Τίνος δὲ ἕνεκεν, κ. τ. ἑ., pro objectione ab adversariis proposita habuerunt. Perperam ; nam inest iis novum argumentum prioribus corollarii loco additum. Itaque duo codices G, K locum sic constituunt, πάντας ; Καὶ γὰρ ἐποίησε. Πόθεν οὖν τ. κ. Alius, Reg. 688, πάντας ; Καὶ μὴν φαύλους οὐκ ἐποίησε. Πόθεν οὖν τ. κ. Hanc lectionem recepit Savilius, quem secutus est Montef. hæc in margine notans : « Totum locum longe pluribus, expressum sic habet codex unus : ποιῆσαι πάντας. Καὶ μὴν φαύλους οὐκ ἐποίησε. Διπλοῦν γὰρ ἐνταῦθα τὸ ἁμάρτημα· ἓν μὲν, εἰ φαύλους ἐποίησε· δεύτερον

Digitized by Google

δὲ, εἰ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ φαύλους, καὶ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε · ποῦ γὰρ ὁ τοῦ δικαίου φαίνεται λόγος ; Πόθεν οὖν, κ. τ. ἑ. Verum cum unus tantum codex sic habeat, cæteros sequimur. » Quæ hic ex uno codice attulit, eadem totidem verbis habet meus H. Sed quod ait se *cæteros* secutum esse, quasi cæteri omnes in una eademque lectione conspirassent, id quam accurate dixerit, ex supra allatis judicet Lector. Quod reliquum est, locum intemeratum, ut videtur, in suo invenit Vetus, totum sic vertens : *Cujus autem rei gratia malos natura nos ab initio creasset, præsertim cum posset bonos creare?* Nullius profecto. *Unde igitur mala? inquies*, etc. Ubi hæc, *Nullius profecto*, ad majorem argumentationis evidentiam ab ipso Interprete addita sunt.

Ibid., not. 48. Hæc sic vulgo contra sententiam leguntur : Ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὰ ἀναιρήσει, φησὶ, ποτέ. Πῶς δὲ, κ. τ. ἑ. Vetus : *Sed Deus, inquies, vires eorum enervat. Quomodo enervabit, aut omnino quomodo destruet*, etc. Codices interpunctioni, quomodo a me mutata est, favere videntur.

P. 601 (col. 581), not. 4. In lectione, οὐ λευΐτης, οὐ τοῦ λαοῦ τις, suspiceris διττογραφίαν inesse, ut scripserit Chrysostomus, οὐ λευΐτης, οὐχ ἱερεύς, respecto notissimo Evangelii loco, Luc. x, 31, 32. Ex λευΐτης proclivi corruptione factum esse potest λαοῦ τις. Vetus hæc habet : *non e vulgo aliquis, non presbyter, non pontifex.*

P. 603 (col. 582), not. 20. Edebatur ἄνεισι τὰ θηρία, *conscendunt* Ge. haud absurde. Sed præstat, mea quidem sententia, quod e codicibus eruî, ἀνεῖται. Nam verbum ἀνεῖναι in hac re proprium est. Plat. Soph. p. 235, νῦν γὰρ ἡμέτερον ἔργον τὴν θῆρα μηκέτ' ἀνεῖναι. Isocrat. p. 213, τόν τε ταῦρον τὸν ἀνεθέντα μὲν ὑπὸ Ποσειδῶνος, τὴν δὲ χώραν λυμαινόμενον.

P. 604 (col. 583), not. 33. Optimam lectionem καταλαβὼν pro absurdo καταβαλὼν, a prioribus Editoribus prætermissam, confirmat locus simillimus p. 270 : Ὥσπερ γὰρ ἀκρόπολίν τινα αὐτῶν καταλαβὼν τὴν διάνοιαν ὁ τῶν χρημάτων ἔρως. Præiverat Plat. de Rep. VIII, p. 560, τελευτῶσαι δὲ, οἶμαι, κατέλαβον τὴν τοῦ νέου τῆς ψυχῆς ἀκρόπολιν. Vetus tamen vulgatum vertit.

P. 605 (col. 584), lin. 6 post not. 36. Lectionem καλεῖν pro λέγειν ex uno codice attulit Montef. Sed scribere voluit λαλεῖν, quæ est lectio mei L.

AD HOMILIAM LX.

P. 608 (col. 586), not. 55. Edd. διπλαῖς κατεδίκασεν ἀνάγκαις. « Interpres legisse videtur κατέδησε vel κατεδέσμευσε. » *Sav.* Nimirum vertit, *duplici necessitate vinxit.* Sed animadvertas, quæso, Montefalconii indiligentiam, qui ne monitus quidem codices suos inspexerit. Nam vulgatum κατεδίκασεν unus tantum meorum G habet; κατέδησεν vero H, K, L, M [κατέδισεν pr. H, κατεδίκασεν, ut videtur, pr. K, sed a scribentis manu corr.] et Nicetas. Adde Ep. διπλαῖς καταδεσμῶν ἀνάγκαις.

P. 608 (col. 587, lin. 8). Ἡ ἀνάξιοι τῶν ταῦτα ἀκηκοότων εἰσί. Montef. *Aut illi qui petunt non digni sunt qui exaudiantur.* Vetus : *Aut indigni exaudiri sunt.* Hujus versionem sic castigavit Montanus : *Aut non æquales et pares ii* [l. *iis*] *sunt, qui ista audiverunt.* Hoc unice verum. Neque aliter Boisius : *indigni quibus locus detur inter eos, qui hæc audiverunt.*

Ibid., not. 61. Ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία nescio an Chrysostomica sit locutio. Certe altera ei in deliciis est, maxime autem de vita ascetica. Vide pp. 144, 321. Hinc corrigendus est locus Theodoreti tom. III, p. 1195 : Ἓν τούτῳ νάπην εὑρών τινα πρὸς θάλασσαν ἀποκλίνουσαν, βραχύν τινα οἰκίσκον οἰκοδομήσας, μόνος τὴν εὐαγγελικὴν ἠσπάζετο πολιτείαν. Lege ἀγγελικὴν, ut ibid. p. 1151, τούτους ἀμφοτέρους ἐν οἰκίσκῳ καθείρξας βραχεῖ τὴν ἀγγελικὴν πολιτείαν ἐπαίδευσε.

P. 609, proxime a nota 70. Errorem Commelini πάθη sine iota subscripto excudentis frustra sustulit Savilius. Nam etiam in novissima Ed. Græce legimus : Κἂν γὰρ μυρία πάθῃ ὁ οὕτω φιλῶν πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀγάπης ὁρῶν οὐκ ἀποστήσεται. Latine vero : *Etiamsi enim qui sic amat ærumnas mille viderit amoris causa sibi impendere, non tamen desisteret.* (l)

—

AD HOMILIAM LXI.

P. 611 (col. 589), not. 84. Notabilis est lectio duorum codicum, κἀκεῖνος κινήσας τὸν δεσπότην, quam tamen a correctore profectam esse nullus dubito. Repugnat ei tum narratio Evangelica, tum ipsius Chrysostomi locus Homiliæ cujusdam a Matthæio editæ, Mosq. 1776, καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν, κ. τ. ἑ. Οὐκ ἐκεῖνος ὁ πεπονθὼς · πῶς γάρ ; καθειργμένος ὢν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἀλλ' οἱ σύνδουλοι p. 129.

P. 613 (col. 590), not. 94. Non sollicitandum videtur μαινόμενοι, nisi putes Auctorem scripsisse λυμαινόμενοι, quod cum altero permutatum videbis, infra p. 721. Contrario errore p. 675 unus G, τῶν περὶ ταῦτα λυμαινομένων habet.

Ibid. (col. 591), not. 98. Edd. σφόδρα τῷ πάθει μεθύειν. « Alii σφόδρα ἐν αὐτῷ τῷ πάθει μεθύειν. » *Montef.* Sed Savilii sigla, quod alias ei accidit, minus intellexit.

P. 615 (col. 593, lin. 9-10). Ἐξελθὼν γὰρ εὐθέως, οὐδὲ μετὰ πολὺν χρόνον, ἀλλ' εὐθέως. Hinc certo conjiciat aliquis, Chrysostomum illud εὐθέως in suo Evangelii exemplari legisse ; quod tamen ægre crediderim. Infra p. 648 : Τότε ἠγανάκτησαν. κ. τ. ἑ. Τότε · πότε ; Atqui in Evangelio τότε non exstat. Et sic centies.

P. 618 (col. 596), not. 48. Dedi ἠτίμασε cum uno cod. pro vulgato ἠτίμωσε. Nam distinctionem ab Ammonio positam, ἀτιμοῦται μέν τις ὑπὸ τῶν νόμων ὁλοσχερεῖ ἀτιμίᾳ, ἀτιμάζεται δὲ ὁ ὑβριζόμενος ἔν τινι πράγματι, a sacris Scriptoribus, e. g. Marc. XII, 14, violatam, constanter, ni fallor, observat Noster. Falsus est Phavorinus, ἀτιμῶ, ὦ· τὸ ἄτιμον διὰ λόγου ποιῶ · ἤτοι δι' ἀτίμου λόγου ὑβρίζω ; nec minus Scholiasta apud *Boisson.* ad Philostr. p. 420, ἀτιμάζω, περιφρονῶ · ἀτιμῶ, ὑβρίζω.

—

AD HOMILIAM LXII.

P. 621 (col. 597, lin. penult.), not. 87, συνεπιτίθεσθε] ἀνεπιτίθεσθε Com. Mor. invitis codd. Verba αὐτοὶ συνεπιτίθεσθε τοῦτο δρᾶν, quæ ad sententiam non prorsus necessaria sunt, nec per codices, nec ipsa per se suspicione vacant. Vertit quidem Montef. *vos id facere tentatis.* At verbum συνεπιτιθεσθαι

Digitized by Google

neque *tentandi* significatione gaudet, neque alia quavis significatione cum infinitivo construitur. Cum dativo rei vel personæ valet *una aggredi rem*, vel *una adoriri hostem*; unde οἱ συνεπιθέμενοι, *conjurati*, absolute dixit Diod. Sic. I, 21. Phavor. συνεπιτιθεμένων, συνεδρευόντων. Si hæc verba abessent, variis modis *mente* expleri posset constructio. Simplicissimum est, ut mihi videtur, τοῦτο γίνεται assumere. Aliam viam monstravit Euthym. παρὰ νόμον δὲ, ὅτι τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος ἓν εἶναι, διασπῶνται. Vetus, ut dixi, vulgatum legisse videtur, vertens: *ipsi contra Dei præcepta ausi estis*.

P. 622 (col. 599), not. 98, ἵνα ἓν ὦσιν, εἰ ἐκεῖνο αἰτίαν ἐπὶ τούτοις ἀναλήψεται ὁ ἀνὴρ Com. Mor. ἵνα ἓν ὦσιν, εἰ δι' ἐκεῖνο αἰτίαν λήψεται ἐπὶ τούτοις ὁ ἀνὴρ Sav. ἵνα ἓν ὦσιν· εἰ δι' ἐκεῖνο αἰτίαν ἐπὶ τούτοις ἀναλήψεται ὁ ἀνὴρ Montef. Itaque partim hunc, partim illos secutus est, de codicibus prorsus silens. Locum misere luxatum haud absurde tentavit Boisius, sic legens, ἵνα ἓν ὦσιν· ἢ καὶ ἐκεῖνο, εἰ αἰτίαν λ., a quo proxime abest id ipsum, quod nos ex codicum tenebris eruimus. De his nunc dicendum. In extremis αἰτίαν λήψεται ἐπὶ τούτοις ὁ ἀνὴρ omnes cum Savilio amice conspirant. Pro veteri lectione εἰ ἐκεῖνο αἰτίαν hæc habent: καὶ εἰ αἰτίαν G; ἢ τοῦτο, εἰ τὴν αἰτίαν L; ἢ ἐκεῖνο, εἰ αἰτίαν H; ἢ ἐκεῖν (sic) εἰ αἰτίαν pr. K; ἢ οἰκεῖν εἰ αἰτίαν idem ex corr. rec. Ex duobus ultimis nostra sumpsimus, ubi ἢ ἐκεῖνο ad prægressum τουτέστιν, vel si mavis, τοῦτ' ἔστιν spectat. Lectionem, ut nunc emendata est, egregie confirmat Epit. cujus verba sunt: ἢ τοῦτο ὅτι (add. εἰ) διὰ τοῦτο συνήφθη, ἵνα ἓν ὦσιν· ἢ ἐκεῖνο, ὅτι εἰ αἰτίαν λήψεται καὶ παρανομεῖ ὁ ἀνὴρ, ἐπὶ τούτοις ἐκβάλλων τὴν γυναῖκα, κ. τ. ἑ.

Ibid., not. 99. Vulgo legitur, ναὶ, κουφότερον· καὶ ποιεῖ τοῦτο, ἵνα μὴ νομίσωσιν, κ. τ. ἑ. Verba καὶ ποιεῖ τοῦτο non vertit Vetus. Montef. *atque id facit, ne legem*, etc. Hujus quoque loci levissima mutatione (ποίει pro ποιεῖ) sanitatem restituimus. Ponitur autem ποίει, *fac*, singulari numero, ut mox ἐνόησον et εὐχαρίστει.

P. 624 (col. 600), not. 16. Vulgarem lectionem, καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔτι σφόδρα, vertit Vetus. Nostræ, quæ multo aptior est, ne meminerunt quidem Editores.

Ibid., not. 21, τῦφον καταπατεῖν κοσμικὸν Com. Mor. τὸν τῦφον κ. τὸν κοσμικὸν Sav. τύφον κ. τὸν κοσμικὸν Ben. Libri aut τῦφον κ. κοσμικὸν, aut τὸν τῦφον κ. τὸν ἀνθρώπινον habent.

P. 625 (col. 601), lin. 5 post not. 26, τοὺς μεσασμοὺς, *incessus medios* Ge. « *Medios incessus* significat, qui locus est inter ambulandum honoratissimus. » *Sav.* Tom. VI, p. 14: Οὐκ ὀλίγα περὶ μέτρων καὶ αὐτὸς διείλεκται, καὶ τῶν τούτων εὐτελεστέρων εἶναι δοκούντων, ἀσπασμῶν καὶ μεσασμῶν καὶ πρωτοκλισιῶν. Vim vocis non assecutus est vir doctus apud *Steph.* Thes. p. 6093, Ed. Valp.

P. 626 (col. 602, lin. 13), σφόδρα περὶ αὐτὸν διέκειτο. Montef. *bene erga eum affectus*. Verbum διακεῖσθαι absolute positum notionem *amoris* et *affectus* continet, quod etiam de nomine διάθεσις notandum est. Tom. IX, p. 595, τῷ δὲ Θεῷ πάλαι τοῦτο ἔδοξε, καὶ ἄνωθεν πρὸς ἡμᾶς διέκειτο; quæ non vertenda, *pro nobis ita affectus erat*, sed, *erga nos benevole affectus erat*. Sed multo frequentius est quod h. l. legitur, σφόδρα διακεῖσθαι, *peramanter affectus esse*. Tom. XI, p. 305, τοῦτο δὲ ἀπὸ ψυχῆς γίνεται εὐγνώμονος καὶ σφόδρα διακειμένης πρὸς τὸν Θεόν. Ibid. p. 190, διέκειντο γὰρ σφόδρα περὶ αὐτόν; ubi nullo jure Montef. ex nescio quo codice δ. γὰρ σφόδρα ἀγαπητικῶς περὶ αὐτόν edidit.

Ibid., not. 58, ἐκ τῶν νυνὶ γενομένων. Vetus: *a præsentibus*. Montef. *ex iis quæ nunc geruntur*. Quæ si vera essent, unice probandum esset γινομένων. Sed vertere debuerant, *ex iis quæ modo facta sunt*; scilicet circa Pharisæos et parvulos.

P. 627 (col. 603, lin. 1), not. 46. Veterem lectionem, a Savilio ex codice, ut videtur, novatam, revocare visum est. Quin et ipse Savilius, quantum ex notis ejus colligo, postea sententiam suam mutavit. De codicibus unum restat monendum. Vetustissimus L post magnam lacunam denuo incipit cum verbis εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι; deinde reliqua, ut nos edidimus, legit. Ergo hic quoque lectionem Commelinianam habuit. Montefalconius, qui in cæteris, deserto archetypo suo, Savilium imitatus est, rursus ad veterem rediit in verbo ἐξενήνεκται, quod Saviliano ἐξενίκησεν prætulit. Sed ἐξενίκησεν, *evaluit*, in quo consentiunt omnes codices, etiam Reg. 688, huic loco aptius videtur. Vid. *Budæi* Comm. L. G. p. 96, *Wesseling.* ad Diod. Sic. V, 57. Alia est ratio loci, qui legitur supra p. 341, ὅθεν δὴ καὶ παροιμία εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξενήνεκται. Ad sententiam vero dignissimus est, qui cum nostro conferatur, totus iste locus. Proverbium exstitisse videtur, Μικρὰ κέρδη μεγάλαι ζημίαι, vel simile quid. Nam nihil huc pertinet Hesiodeum, Κακὰ κέρδεα ἴσα ἄτῃσιν, a Savilio excitatum.

—

AD HOMILIAM LXIII.

P. 629 (col. 604), lin. 3 post not. 64. « Editi ἠγρίαινον. Mss. plurimi ἠγριαίνοντο, melius. » *Montef.* Utrumque æque probum est. Paulo post, Ἀλλ' οὐχ οὕτως οὕτως. Edd. Sed οὕτως deest in duobus codd. favente Ep. Vid. adnot. ad p. 312.

Ibid. (col. 605, lin. 12). « δεικνὺς] Vel δείκνυσι legendum cum doctissimo Boisio, vel post πλέον ponendum comma, et continuanda sententia, deleto δὲ post θησαυρὸν, quam lectionem secutus videtur Interpres. » *Sav.* Neutri emendationi accedunt libri scripti. Nec opus, si apodosin a verbis καὶ πλείονα, *etiam plura*, incipere cogites.

P. 631 (col. 606), lin. 2 ante γ', τῶν καλῶν τούτων ἄθλων, τῆς ζ. ἑ. Sic Sav. Ep. et codices. τῶν τοιούτων ἄθλων, καὶ τῆς ζ. ἑ. Com. Mor. Ben.

P. 633 (col. 608, lin. 1, 3), not. 10. Nomen ambiguum θεραπεία, quo vel *famulitium* vel *remedium* significari potest, gravissimo Patri ludendi occasionem præbuit.

Ibid., not. 16, ἀργυρενδέτων καὶ χρυσεμπαστῶν Sav. Debuerat χρυσεμπάστων. Reliqui Editores in utriusque vocis accentu ponendo peccant, ἀργυρενδέτων καὶ χρυσεμπαστῶν contra codicum fidem scribentes. Χρυσόπαστος et χρυσέμπαστος alibi quoque permutantur; e. g. pp. 682, 835. Probum videtur utrumque, sed longe frequentius illud. Rarissimum ἀργυρόπαστος Polyæno vindicavit *Koen.* ad Greg. Cor. p. 454 Ed. Schæf. *Casaub.* Animadv. ad Athen. p. 811: « Joan. Chrysostomus Homil. quinquagesima in Matth., τί τὸ ὄφελος, εἰπέ μοι, τῶν λίθων τῶν τιμίων τούτων καὶ τῶν χρυσεμπαίστων ἱματίων. Lego χρυσεμπαίστων. Vestes auro squalentes et clavis aureis insignes χρυσεμπαίστους appellarunt, translato verbo ab arte fabrorum et cælatorum. » Duo nostri operis loca imprudens commiscuit vir magnus; unum Homiliæ L, p. 518, ubi in omnibus libris tum editis, tum scriptis legitur, καὶ τί τὸ ὄφελος, χρυσόπαστα ἐπιβλήματα, κ. τ. ἑ.; alterum Hom. LXXXIX, p. 835, cujus ipsissima verba, ut in exemplari hujus Homiliæ Mussiponti anno MDXCII excuso leguntur, laudavit Casaubonus. Sed ibi χρυσεμπαίων vitium typographicum est pro χρυσεμπάστων, quod unus meorum habet; Edd. autem cum cæteris codd. χρυσοπάστων legunt. Vocem χρυσεμπαίστων confinxit, ut videtur, ipse Animadversor. Præterea cum ἐμπάσσειν pro ἐμποικίλλειν in re

Digitized by Google

textoria vel ex Homero Il. γ, 126, notum sit, non opus est ad cælatoris artem dissimillimam confugere.

Ibid., not. 17, καὶ οἰκουμένην ἕκαστος (εἶχεν). Infra p. 685, ὥσπερ ἑτέραν οἰκοῦντες οἰκουμένην. Tom. XII, p. 249 : Ἡκέτω τοίνυν πᾶσα ἡ οἰκουμένη, μᾶλλον δὲ δύο, καὶ τρεῖς, καὶ τέσσαρες, καὶ δέκα, καὶ εἴκοσιν οἰκουμέναι.

Ibid., post 13 lineas, θημωνίαν] θημονίαν pr. G, θιμωνίαν K, θημονίαν L. Plures scripturas θειμωνειὰ, θημονιὰ, θιμωνιὰ exhibet Hesychius.

P. 634 (ead. col. 608, lin. antepenult.), ἀκρόπολιν κακῶν. Stobæus, p. 130, 52 : Βίων ὁ σοφιστὴς τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶναι. Idem dictum Diogeni Cynico tribuit Diog. Laert. VI, 50, τὴν φιλαργυρίαν εἶπε μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν; ubi doctissimus Menagius, allato Chrysostomi loco ait : « Male in vulgatis ἀκρόπολιν editum est, quod vel ipsa Aniani, veteris interpretis, interpretatio manifestum facit, qui vertit *metropolim*. » De *Aniani* versione utinam plura nos docuisset vir eruditus; ἀκρόπολιν autem una cum omnibus libris tuetur *Georgius Trapezuntius*.

—

AD HOMILIAM LXIV.

P. 634 (col. 609), not. 29. Monendus est Lector, consensum duorum codicum G, M et Veteris Interpretis circa hanc operis partem non magni faciendum esse, cum constet eos ad manifesta vitia defendenda quasi conjurasse. Notabile exemplum ponam, ex hac ipsa Homilia sumptum, p. 638, ubi pro verbis ἐφ' ἑτέρων παραβολῶν in dictis codicibus ἀφ' ἑτέρων παραζήλων absurde legitur. Idem tamen in suo habuit Vetus, vertens, *aliis æmulationibus*. Vid. etiam p. 636 (col. 610), not. 45.

P. 636 (col. 611), not. 49. Notandus est usus adverbii ἐντεῦθεν pro ἐνταῦθα, in Chrysostomi sermone tritissimus, præcipue vero ubi de præmiis aut pœnis *in hac vita* percipiendis agitur. Adeas, si tanti est, pp. 44, 191, 292, 302, 303 : Καθάπερ γὰρ τῆς ἀρετῆς κάντεῦθεν ἔδειξε τὰ ἔπαθλα, οὕτω καὶ τῆς κακίας τὰ ἐπίχειρα. Interdum ponitur ἐντεῦθεν ἤδη, eodem sensu; e. g. pp. 301, 634, 636. In nostro loco ἐνταῦθα dederunt Edd. et pars codicum, quod huic locutioni non raro accidit. Interpretum in talibus errores perstringere nihil attinet.

P. 637 (col. 611, proxime notam 61), εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ Edd. præter Sav. Spiritum lenem habent mei et Mosqueuses omnes. Cf. adnot. ad p. 22.

P. 638 (col. 612, lin. 13-8, ab imo). Verba Evangelii *possunt*, pæne dixi *debent*, abesse, ut totus locus sic constituatur : Ἰδόντες γὰρ αὐτοὺς τῶν αὐτῶν ἀπολελαυκότας, φησὶ (καὶ ταῦτα μηδὲν μέλλοντες ζημιοῦσθαι, μηδὲ εἰς τὸν ἑαυτῶν ἐλαττοῦσθαι μισθὸν), ἐδυσχέραινον, κ. τ. ἑ. In vulgari lectione pro ἐδυσχέραινον καὶ ἠγ. requiro ἀλλὰ δυσχεραίνοντες καὶ ἀγ. vel certe ἀλλ' ἐδυσχ. καὶ ἠγ.

P. 639 (col. 614, lin. 6). Non prætereundum est verbum activum ἀπονοεῖν, quod ex passivis ἀπονοηθῆναι et ἀπονενοημένος magis notum est. Gloss. Vet. ἀπονοῶ, *demento*. Hic valet, *superbire facio*. Minus recte Vetus : *ne rursus in* desidiam *illabantur*.

P. 640 (ead. col.), not. 99. Vulgatum ἐπὶ τῶν Εὐαγγελίων defendunt loca quæ sequuntur. Tom. VI, p. 64 : Ἐπὶ δὲ τῶν Εὐαγγελίων καὶ ἑτέρως μεθοδεύει τουτὶ τῆς ὠφελείας τὸ εἶδος. Ibid. p. 80 : Τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς πολλάκις ἐπὶ τῶν Εὐαγγελίων ἐποίησε. Lectio plurimorum codicum ἐπὶ τῶν εὐαγγελιστῶν, de iis ipsis Evangelii doctoribus, qui in judicium sistuntur, intelligi potest. In prima Editione εὐαγγελιῶν (sic) excusum est. Nihil hic animadversionis dederunt Editores.

P. 641 (col. 615), not. 12, παρ' οὐδὲν, *nihil* vel *minimum abest quin, propemodum*; rara locutio. Notiores sunt παρ' ὀλίγον, παρὰ τοσοῦτον, etiam παρ' οὐδὲν cum verbo ἔρχεσθαι. Chrys. de Sacerd. lib. I, Opp. tom. I, p. 369, ὡς μηδὲν αὐτοῖς πλέον ἀπὸ τῆς νίκης γίνεσθαι, ἀλλὰ παρ' οὐδὲν ἧττον τῶν ἡττημένων τοὺς κρατήσαντας δυστυχεῖν. Ubi Montef. « ἧττον deest in tribus Mss. » Sed veram lectionem ἀλλὰ παρ' οὐδὲν τὰ τῶν ἡτ. ex cod. Augustano recte recepit Bengelius, concinentibus tribus aliis, quorum collatio diligentissime facta tomo primo Ed. Ben. 2da ad calcem subjungitur. Eamdem lectionem etiam in tribus illis Montefalconianis exstitisse, vix dubium esse potest. Huc pertinere videtur Hesychii glossa : παρ' οὐδέν· εὔκολον, εὐχερές.

P. 641 (col. 615), not. 15. Ἀφέσεσι est vetus lectio, a Savilio et Montef. mutata. Eadem confusio est p. 543, ubi oblitus sum monere, in codd. G, H, καὶ ἡ ἀφαίρεσις legi.

P. 642 (col. 616), not. 27, ὑμετέροις] Sic G, M. De Regiis H, K, nihil compertum habeo.

Ibid., post sex lineas. Verba τοὺς εὐδοκιμοῦντας casu exciderunt in Edd. præter Savilianam omnibus.

P. 643 (col. 617), not. 28-35. Verba inclusa sic vertit Ge. *tum denique ex judicii nostri in nos ipsos sententia, quasi stimulo quotidie compuncti.*

—

AD HOMILIAM LXV.

P. 644 (col. 617), not. 41. Librorum auctoritas pro breviori lectione εἰ μὴ συνίεσαν οἱ πολλοὶ τῶν λεγομένων stare videtur. Sed vereor ut constructio συνιέναι τῶν λεγομένων, etiam apud exteros rarissima, a Chrysostomi usu defendi possit. Certe mox ait, οὐ συνίεσαν τὰ λεγόμενα. Quid si εἰ μηδὲν συνίεσαν οἱ πολλοὶ τῶν λεγομένων?

P. 644 (col. 618), not. 47. Vulgatum κατορθοῦν retinui, ut nominativus sit ἡ ἀνάστασις. Cf. p. 669. Minus recte Montef., *quæ præclare facturus erat* (Christus).

P. 645 (ead. col.), proxime a not. 50. Φησὶν] Sic Com. Sav. et codices; φασὶν Mor. Ben. In talibus verbum singulare multo libentius ponit Chrysostomus. Exempla in Indice dabo.

P. 646 (col. 619 med.). Προεπορεύθησαν γὰρ, φησὶν. « Non capio τὸ προεπορεύθησαν. Marcus X, 35 habet πρσπορεύονται. » *Matthæi*. Idem monuit Montanus in margine Versionis Latinæ ad v. *præcesserunt*. In codicibus nulla est varietas. Euthym. πρῶτα μὲν, ὡς ὁ Μάρκος φησὶν, αὐτοὶ μόνοι προσπορεύονται αὐτῷ, ἤγουν, προσέρχονται. Similia habet Theoph. ad h. l., sed προσπορεύονται per verba λάθρα καὶ ἰδίως ἔρχονται interpretatur. Aut προεπορεύθησαν scripsit Auctor, aut quod verius puto, in mente ei inhærebant verba Marci vers. 32, καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς; quem locum cum finitimo vers. 35 commiscuisse videtur.

Ibid. (col. 619, lin. ult.), προσδοκῶντες ἀκούσεσθαι ὅπερ ᾔτησαν. « Quid si π. λήψεσθαι ὅπερ ᾔτησαν? vel ut prius, ἐπιτεύξεσθαι οὗπερ ᾔτησαν? » *Bois*. Epit. προσδοκῶντες γὰρ, ὅτι εἰσακουσθήσονται,

Digitized by Google

περὶ οὗ ἦτουν; quasi legisset ἀκουσθήσεσθαι. Sed locum suum tuetur ἀκούσεσθαι, hoc modo: *sperabant se audituros esse, Si hoc potestis, concedo vobis* ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν μου κ. τ. ἑ.

Ibid. (col. 620, γ'. lin. 8). Savilius dedit, Ἂν τὸ πρότερον λύσωμεν κατὰ τὸ ἡμῖν ἐγχωροῦν, τότε καὶ τὸ δεύτερον κ. τ. ἑ. Verba insititia, ut multa alia, quæ non monito lectore novavit, ex Bodl. 5019 sumpsit.

P. 647 (col. 621, lin. 17-18). Μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν κ. τ. ἑ. « Hic locus est notandus contra eos qui dicunt Chrysostomum, neglecta gratia, plus æquo operibus tribuere, ut et in aliis locis gratiam aut fidem non excludi putent. Ex gratia enim largitur, sed dignos quærit, ut ait sequenti Homilia [p. 654]. » *Ph. Montanus.*

P. 648 (ead. col.), not. 77. Vetus: *Ita donec Christi sententia præferri eos videbant.* Euthym. Ὅτε μὲν γὰρ προετίμα τούτους πολλάκις ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐδυσφόρησαν, αἰδούμενοι τοῦτον· ὅτε δὲ οἴκοθεν ἠτήσαντο τὴν προεδρίαν, ἠγανάκτησαν. Uterque igitur vocem ἄδηλος ignorabat.

P. 650 (col. 623, ε'), not. 3. Ὑψηλὸς εἶναι λέγεταί τις, ὅταν τῷ μήκει τοῦ σώματος τούτου [ᾖ] Com. Mor. Ben. Olim conjeceram τοῦτο ᾖ, quod post a ex optimo codice L in lucem protraxi. Idem particulam ᾖ ante ὅταν aptissime supplet. In cæteris codicibus clausula posterior sic habetur, ἤτοι τῷ μήκει τοῦ σώματος τούτου, ut eam jampridem exhibuerat Savilius. Neque aliter Vetus, *aut proceritate corporis hujus.* In nostra lectione τοῦτο est ὑψηλὸς, quod librariis fraudi fuisse videtur. Supra p. 415: Πάλιν εὔκολοι καὶ κοῦφοι οἱ μέν εἰσι φύσει, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τρυφᾷ δουλεύειν καὶ μαλακίζεσθαι τοῦτο γίνονται; ubi similiter lapsus est Boisius, τοιοῦτοι pro τοῦτο conjiciens. Rursus p. 458: Ἥδει γὰρ αὐτῶν τὸ φιλοχρήματον, ὅτι τοῦτο μᾶλλον ἦσαν ἢ φιλάνθρωποι. Cf. adnot. ad p. 595.

—

AD HOMILIAM LXVI.

P. 654 (col. 626), not. 34. « Post κατορθώματα Editi addunt καὶ πολλῷ μείζονα ἀποφαίνειν τῶν ὄντων. Sed duorum MSS. auctoritate ducti illa expunximus, utpote et Christo et Chrysostomo indigna. An dixit unquam Chrysostomus, Christum accedentium bona opera multo majora prædicavisse, quam revera essent? » *Montef.* Sententia, contra quam tam graviter exarsit Montefalconius, meo quidem judicio innocentissima est. Si unum L excipias, hæc verba in omnibus meis leguntur. Leguntur etiam in Edd. nulla suspectæ fidei nota. Postremo legit Vetus, ut videtur, *revelabat et extollebat* vertens. Epitomatorem quidem, qui omne supervacaneum recidere solet, nihil moror.

P. 655 (col. 627, lin. ult.). Codices tantum non omnes pro lectione τὸν ὄνον καθίσαι pugnant, eamque hodie non multum abest quin admittendam putem. Certe simile est quod legitur tom. XI, p. 608, ὑψηλότερος ἔστη τοῦ καθημένου τὸ ὄχημα. Infra p. 657, τὴν ὄνον ἣν ἐκάθητο (omisso εἰς) habet Epit.

P. 656 (col. 628), not. 54. Ἡ ἡμετέρα εὐδοκίμησις ἐκείνους (sc. Ἰουδαίους) παρεζήλωσε. Locum Apostoli Rom. xi, 11, 14 adumbravit. Sententiam horum verborum misere corrupit Montef. vertendo, *quia magno studio ardebant* (Apostoli) *ut nos acceptos redderent.* Cæterum verbum παραζηλοῦν, quod hic vulgari modo Chrys. adhibet, mox cum significatione *intransitiva*, in verbis ἤξουσι κἀκεῖνοι παραζηλοῦντες, repetit. Hic usus, de quo Lexica silent, recentiorem Græcitatem sapere videtur. Nam Nostri Epitomator priorem quoque locum mutavit, h. m. τὸ δὲ ἀκολουθῆσαι τὴν ὄνον τῷ πώλῳ δηλοῖ, ὅτι ἡ ἡμ. εὐδ. ἐποίησε παραζηλῶσαι τοὺς Ἰουδαίους εἰς τὸ πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ. Rursus p. 665 verba καὶ πόρνας παρήγαγε καὶ τελώνας, ἵνα παραζηλώσωσι, quæ apud Chrys. ambigua sunt, *ut* (Judæi) *æmulatione moverentur* interpretatus est Epit.

P. 656 (col. 629, lin. 5). Locutionem, ἀντεῖπεν εἰς τὸ κατασχεῖν, quam non assecutus est Montef., sic intelligo, οὕτως ἀντεῖπεν, ὡς κατασχεῖν τὸν ὄνον. Nam, ut verbis Euthymii utar, ἐπεχείρησαν μέν τινες κωλῦσαι, ἦγουν οἱ κύριοι αὐτῶν, ὡς εἶπεν ὁ Λουκᾶς· ἀκούσαντες δὲ ὅτι ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει, παρεχώρησαν. Idem Enarrator τοὺς κατέχοντας τὰ ἴθνη *dæmonas* fuisse ait.

P. 658 (col. 630, δ'), not. 74. Etsi h. l. haud invitis codicibus μικρὸν sine præpositione scripsi, non tamen negarim formulam κατὰ μικρὸν, *paulatim*, aliquando pro μικρὸν, *paululum*, etiam apud bonos scriptores positam inveniri. Vid. *Ast.* Lex. Platon. t. II, p. 260. Adde hujus operis pp. 295, 675. Synes. p. 183 B: Διὸ [f. οὐ] παραπλήσιόν ἐστιν ἕνα κακόν τι μέγα ἐργάσασθαι, καὶ πολλοὺς κατὰ μικρὸν ἀδικῆσαι. Heliod. Aeth. IV, 17, δούπῳ τῶν ἀσπίδων τοὺς καὶ κατὰ μικρὸν αἰσθομένους ἐμβροντήσαντες.

—

AD HOMILIAM LXVII.

P. 661 (col. 632, lin. ult.). Optimam lectionem κατήγορον, λέγων, a prioribus Edd. prorsus neglectam, confirmat Nicetas in Catena, qui hæc Cyrillo incaute tribuit.

P. 661 (col. 633, lin. 16), τρανούσης κ. τ. ἑ. Hæc mirum in modum auxit Euthym. Ἐκπληκτικώτατον οὖν τὸ τοιοῦτον θαῦμα. Τότε γὰρ πρῶτον χορὸς παίδων ὑπομαζίων τρανῶς ἐφθέγξατο. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἦσαν παῖδες, ἀλλὰ παῖδες νήπιοι καὶ θηλάζοντες.

P. 662 (col. 634, lin. 4). Post ἄψυχον hæc addunt M. Ep. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων ὡς ἄπιστον διαμένουσαν διὰ τῆς συκῆς ἠνίξατο, ὡς ἄκαρπον κατακρίνας· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Ejusmodi Scholium legitur in margine codicum Euthymii, quod hic transcribere non abs re erit. Συκῆ, φύλλοις κομῶσα μόνοις, ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ, καρπὸν μὲν δικαιοσύνης οὐκ ἔχουσα, μόνην δὲ τὴν τῶν πεπλανημένων ἠθῶν ἐπίδειξιν, ὡς φύλλα, προβαλλομένη. Ἢ καὶ ἄλλως, ἡ ἐν σκιαῖς καὶ τύποις σωματικοῖς τοῦ νόμου λατρεία, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ παρατηρήματα. *Matthæi* N. T. t. I, p. 331: « Obiter notandus est locus Chrysostomi p. 662, εἰκῆ τινες τὸν νόμον δηλοῦσθαι ἐνταῦθα λέγουσι. Atque ita plane est in Scholiis vetustis: Τύπος δὲ ἡ συκῆ καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς καὶ τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς. καρπὸν οὐκ ἔχουσα βρώσιμον. Ex his ergo conflcitur, Scholia illa vetustiora esse Chrysostomo, et Chrysostomum istis usum esse. » Hæc mihi quidem non probavit Vir doctus. Nam Scholiastes iste, præterquam quod tanta brevitate usus est, ut a nemine, nisi qui aliunde eadem didicerit, intelligi possit, duas rationes allegoricas, a Scholiaste Euthymii probe discretas, in notula sua composuit; quarum alterius tantum meminit Noster. Altera autem, ut vidimus, in paucos Chrysostomi codices ex margine irrepsit.

P. 664 (col. 635), not. 30. Edd. ἀπέρχομαι. « Alii, εἶπεν, Ἐγὼ, κύριε, ἀπέρχομαι. » *Montef.* Codices inter ἐγὼ, κύριε et ἀπέρχομαι dividuntur; nullus, ut videtur, utramque lectionem conflat. Ergo Savilii sigla non intellexit Montef.

Digitized by Google

P. 666 (col. 637, lin. 3), ἐκεῖνα τὰ δίκτυα πλέκουσαν. Respexisse videtur Concionator locum pulcherrimum Xenoph. Mem. III, 11, 10.

Ibid., δ'. Hæc fœdissime in omnibus Editionibus tum ad lectionem, tum ad distinctionem jacent. Μηδεὶς τοίνυν τῶν ἐν κακίᾳ ἀπογινωσκέτω. Μηδεὶς ἐν ἀρετῇ ὢν νυσταζέτω, μήτε οὕτω θαρρείτω. Πολλάκις γὰρ αὐτὸν κ. τ. ἑ.

P. 667 (col. 638), lin. 5 ante ε'. Post ἐγένετο, addit H, καὶ πρῶτος παραδείσου πύλας ἀνοίξας εἰσῆλθε.

AD HOMILIAM LXVIII.

P. 669 (col. 639), in fine textus evang.) εἰς κεφαλὴν γωνίας. « Manuscripti plurimi Evangelii lectionem hic ulterius prosequuntur. » *Montef.* Scilicet ad finem v. 44, λικμήσει αὐτόν. Sic mei omnes, et Mosquenses, ut videtur, uno excepto, de quo hæc monuit Matth. : « Codex meus γ, ante hom. LXVIII habet versum 33 et 34. Continuo vero Homiliam ita incipit : Πάλιν ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλεῖ· μᾶλλον δὲ καλὸν ἀπαρτίσαι πᾶσαν, εἶθ' οὕτως ἐπαγαγεῖν τὴν λύσιν αὐτῆς καὶ τὴν σαφήνειαν. Tum subjicit textum sacrum a vers. 34 ad finem versus 44. Deinde sic continuat, Πολλὰ ἀπὸ τῆς παραβολῆς, quod est initium Homiliæ apud Montef. »

P. 670 (col. 640), not. 94, καὶ μικρὸν αὐτοῖς καταλιπεῖν Com. Mor. Ben. τὸ μικρὸν αὐτοῖς καταλιπεῖν Sav.

Ibid, post quinque lineas, καὶ νόμον... κατεσκεύασε.] καὶ νόμον ἔδωκε, καὶ θυσ. κατεσκεύασε, καὶ ναὸν ᾠκοδόμησε Com. Mor. καὶ νόμον ἔδωκε, καὶ πόλιν ἀνέστησε, καὶ θυσ. κατεσκ. καὶ ναὸν ᾠκοδ. Sav. Ben. Cf. not. 96. Confusio orta est ex similitudine clausularum, qua factum est ut hæc vel illa excideret, deinde alieno loco reponeretur. Ordo, quem ex uno cod. M dedi, et sua concinnitate, et Veteris Interpretis testimonio commendatur.

Ibid., not. 98, ἀπολαύσαντας] Sic G ; ἀπολαύσαντες H, K, M. De altero codice incertus sum. Illud post Sav. et Ben. dedi. Nunc autem ad veterem lectionem ἀπολαύσαντες revocandam inclino. Nam, ut verissime observavit *Dorvill.* ad Char. p. 52 [p. 230 Ed. Lips.], *Græci tenacissimi sunt nominativi, si præcedat vel intelligatur iste casus.* Pauca exempla ex nostro opere, eaque a librariis haud inviolata, proferam. Supra p. 138, ὥστε χαριεντιζόμενοι λέγειν, ubi oblitus sum monere, unum cod. A χαριεντιζομένους legere. Adde var. lect. ad pp. 378, 738, 834. Nostro simillimus locus est p. 393 : Ἐπλεονέκτησας, φησὶ, τῷ *πρότερός* μεὁμολογῆσαι ἐνταῦθα ; In alio loco p. 657, διὰ τὸ πολλάκις περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως; εἰπὼν, μηδὲν ἄξιον ἀνύσαι τῆς παραινέσεως, *solæcophanes* quiddam vidit Savilius. Tom. IX, p. 516, ὥσπερ οὖν τὸ κακῶς εἶναι τοῦ κολάζεσθαι χεῖρον, Savilius conjecit κακοὺς vel κακόν ; sed verius videtur, quod habet ex corr. Reg. 731, τὸ κακὸς εἶναι. Alterius constructionis, per accusativum scilicet, exempla congessit *Lobeck.* ad Phryn. p. 750.

P. 670 (col. 641, lin. 2), ἐπαγωνίζονται τοῖς προτέροις, ἐπαποδύονται τοῖς μιάσμασι. De vi et usu horum verborum cum nemo, quod sciam, eruditorum accurate disputaverit, in Lexicis autem omnia mista ac turbata sint, fas sit mihi paulo fusius disserere. Est igitur ἐπαγωνίζεσθαι ex origine nihil nisi *iterum certare*, vel *in certando perstare ;* sed usus invaluit, ut adjuncta sit notio *acrius et obstinatius certandi*, vel *ita certandi, ut priorem concertationem contendendo superes.* Cum hac significatione *vel* absolute ponitur, ut supra p. 621, ἀλλ' ὡς δῆθεν ἐπαγωνιζόμενοί φασιν, h. e. *novo et firmiori argumento probantes.* Adde t. X, p. 39 : Εἰ δὲ συσκιάσαι τὰ πρότερα ἐβούλοντο, ἔδει σιγῆσαι· ὡς τό γε ἐπαγωνίζεσθαι (*obstinate in incepto persistere*) μειζόνως ἀνῆπτε καὶ τὸν πόλεμον καὶ τὸν γέλωτα. Plutarch. I, p. 63 C : Χωρὶς δὲ τούτων ἑτέροις ἐπαγωνίζονται τεκμηρίοις, *aliis argumentis priora superare contendunt.* Philo. de Incorr. Mundi p. 946 A : Ἐπαγωνιζόμενος δὲ ὁ Κριτόλαος ἠρώτα καὶ τοιούτῳ λόγῳ. *Vel* sequente dativo, quod a præpositione regatur. Supra p. 134, εὐλαβέστερος πρὸς τὸ περαιτέρω προελθεῖν ἐγένετο, καὶ ἐπαγωνίζεσθαι τῇ παρανομίᾳ, *scelus scelere superare contendere.* Infra p. 807, ἐπηγωνίσαντο τῷ τολμήματι, τῇ προδοσίᾳ τὸν σταυρὸν προσθέντες. Tom. VI, p. 146, ἄκουσον πῶς ὁ προφήτης ἐπαγωνίζεται τῷ εἰρημένῳ, *majus quiddam subjungit.* Huc pertinet locutio a Chrysostomo vel maxime frequentata, ἐπαγωνίζεσθαι τοῖς προτέροις. Exempla si quæras, adeas pp. 130, 498, 694, 840. Rarius verbum est, sed quoad hunc usum ab altero vix hilum distans, ἐπαποδύεσθαι. Præter nostrum locum (ubi perperam vertit Montef. *in scelera sese immergunt*) duo tantum exempla, sed ea maxime apposita, ad manum habeo ; unum ex Epistola Chrysostomi ad Innocent. Papam, tom. III, p. 517 : Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα τὰ τῆς παρανομίας αὐτοῖς κατέλυσεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς προτέροις ἐπαπεδύετο· alterum ex Philone de Carit. p. 711 B : Ἐπαποδύεται αὐτὸς αὑτῷ καὶ ἐπαγωνίζεται. Alios hujus verbi usus nunc non attingo.

Ibid. (col. 641, lin. 10), ἀπέχεσθαι [καὶ] διὰ τοῦτο καὶ διὰ πολλῶν Com. Mor. ἀπέχεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ διὰ πολλῶν Sav. Ben.

P. 673 (col. 643, γ', lin. 15), ὁ τῶν μοναχῶν λέγω καὶ τῶν ἐσταυρωμένων. Tom. XII, p. 135 : Γελᾷς δὲ ὅλως, καὶ ἰαχεῖς τὸ πρόσωπον, ὁ μονάζων ; ὁ ἐσταυρωμένος, ὁ πενθῶν, γελᾷς, εἰπέ μοι ; Nec ad monachos solum, sed ad unumquemque fidelium ex Chrysostomi quidem sententia pulcherrimum hoc nomen pertinet. Tom. IX, p. 596, περὶ τῶν πιστῶν καὶ ἀκριβῶς ἐσταυρωμένων ; tom. XI, p. 627, ἡ παρθένος ἡ μὴ μετὰ ἀκριβείας ἐσταυρωμένη ; tom. X, p. 177, ὁ ἐκ τῆς καθ' ἡμέραν ἐργασίας τρεφόμενος, καὶ μηδὲ οἰκέτην ἔχων μηδὲ καταγώγιον. ἀλλὰ πάντοθεν ἐστερημένος. Sic Edd., sed pro insolenti locutione πάντοθεν ἐστερημένος legendum ex duobus Regiis πάντοθεν ἐστρωμένος, i. e. ἐσταυρωμένος.

Ibid. not. 34. Inter ἠρεμία et ἐρημία, quæ passim a librariis permiscentur (e. g. p. 218), interdum difficilis est electio. Infra p. 790, ἡσυχίαν καὶ ἠρεμίαν πολλὴν conjungit Noster. Contra tom. XI, p. 650, οἶδεν ἔστιν ἀκοῦσαι ἐν ἡσυχίᾳ βαθείᾳ καὶ ἐν ἐρημίᾳ τῶν ἁγίων ἀδόντων ἐκείνων.

P. 674 (col. 644), not. 38, πραγμάτων ὄχλος. Sic dicitur t. IV, p. 303, ὑπὸ τοσούτων ὀχλούμενος τραγμάτων, et p. p. καὶ πολὺς ἦν ὁ τῶν πραγμάτων ὄχλος. Synes. p. 171, ἐμαυτὸν ἐπιδοὺς ὄχλῳ πραγμάτων. Julian. Orat. in laudem Const. p. 20 B, τοσούτων κύκλῳ περιστάντων μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν κινδύνων, καὶ παντοδαπῶν θορύβου πραγμάτων : quæ propter hanc causam a Wyttenbachio pro vitiosis habita sunt, quia ipse in loco exscribendo vocabulum κινδύνων casu omiserat.

P. 675 (col. 645), not. 47. κατωρυομένων] κατορυωμένων Mor. Ben. κατορυομένων Sav. Correxit Editor Ben. 2ᵈᵉ. Verba καὶ χοίρων a Montefalconio nescio unde invecta, etsi in nullo codice apparent, firmiter teneo. Zenodot. apud *Valck.* ad Ammon. p. 229, ἐπὶ χοίρων γρυλλίζειν καὶ γρύζειν, et p. p. ὠρυγὴ κυρίως ἡ τῶν κυνῶν φωνὴ, καὶ ὠρύεσθαι.

Ibid., lin. 2-3 post not. 48, διὰ τοὺς τῷ πλήθει καὶ τῇ πλινθείᾳ προσηλωμένους. Locutio sumpta ex loco Exodi I, 14, καὶ κατεδύναν αὐτῶν τὴν ζωὴν ἐν τοῖς

ἔργοις τοῖς σκληροῖς, τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ. Cf. pp. 463, 727. Persona demenda est Monacho nescio quo, qui sub Æsopi nomine lusit, Fab. CXXXII, Ed. de Fur. (de asino, qui ab hortulano ad fugulum dominum transiit), ἐπειδὴ πολὺ πλέον ἀχθοφορεῖν ἠναγκάζετο ἐν τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ.

P. 677 (col. 646), not. 66, τὰ (στόματα) τῶν πολλῶν βορβόρου τινὸς προσεῖπον ὀχετούς. Eamdem constructionem verbi προσειπεῖν habet Noster pp. 61, 779, 821. Plat. Phileb. p. 19, τὸ προσρηθησόμενον ὀρθῶς ἄμεινον ἡδονῆς ἀγαθόν. Plut. II, p. 152, τὴν μὲν τοῦ Αἰθίοπος ἐπίταξιν οὐδὲν ἂν τις ἄλλο πλὴν ἀχνυμένην σκυτάλην προσείποι. Ad vulgarem lectionem προσεῖπον ὀχετοῖς hæc Savilius: « Vel προσείκαζον legendum, inquit Boisius; vel post ὀχετοῖς adlendum παραπλήσια, vel ὅμοια, vel tale aliquid. »

Ibid. (ead. col., lin. antepenult.), παραστήσει... ἐννοήσει] Sic Ge. Sav. et codices omnes; παραστῆσαι... ἐννοῆσαι Mor. παραστήσαι... ἐννόησαι (sic) Ben.

—

AD HOMILIAM LXIX.

P. 678, lin. 6 textus evang. Πάλιν ἀπέστειλε καὶ τὰ ἑξῆς (cæteris omissis) Sav. Ibid. lin. penult. ἡτοίμασα] ἡτοίμασται Mosq. ρ. ἡτοίμαστε (sic) Mosq. γ. invitis meis.

Ibid. text. evang. desin. καὶ ἀπέκτειναν καὶ τὰ ἑξῆς. Sic Com. Mor. Ben. Mei omnes, et Mosquenses, uno excepto, integram parabolam exhibent.

Ibid., not. 80. εἰς γάμους αὐτοὺς ἕλκει. Sic K, Com. Mor. Ge. In lectione καλεῖ καὶ ἕλκει, non difficile est augurari, unde irrepserit verbum καλεῖ. Scilicet cum in clausula sequenti οὐ πρότερα τὰ ἔθνη κ. τ. ἑ. verbum καλεῖ vel simile quid ægre abesse videretur, illud ipsum primum in margine scriptum, deinde in seriem non uno loco invectum, libros turbavit. Post ἔθνη, καλεῖται addidit Sav. προσκαλεῖται Com. Mor. Ben. Ego vero ex præcedentibus verba εἰς γάμους ἕλκει κ. τ. ἑ. repeto.

P. 679 (col. 648), not. 89. Cum verba καλούμενοι. . . ἀναιρεθέντος ob homœot. effluxissent, quod uni meorum quoque accidit, interpolatores, ut sententiam utcunque explerent, καλοῦντος inferserunt, quod in omnibus Edd. sine animadversione exhibetur. Tandem sua, ut centum aliis locis, recuperavit Chrysostomus.

P. 681 (col. 650), not. 11. Verba τοῦ δεσπότου etiam Nicetas respuit. Vid. adnot. ad p. 437.

Ibid., lin. 3 post not. 16. καὶ τῆς] καὶ γὰρ τῆς Sav. solus. Deinde sic pergunt Sav. Ben. τῆς κατασκαφῆς χαλεπώτερον μᾶλλον αὐτοὺς ἔκνιζε καὶ πολλῷ μεῖζον, τὸ ἀντ' ἐκείνων τοὺς ἐξ ἐθνῶν ὁρᾶν εἰσαγομένους. Hic audiendus est Montef. « Apud Morel. series hic admodum vitiata erat, quæ ex Manuscriptis [sic Reg. 638] et ex Savil. restituitur. Sic porro legitur ibi: καὶ τῆς κατασκαφῆς χαλ. ἔκνιζε τὸ εἰς τὰ ἐκείνων τοὺς ἐξ ἐθνῶν ὁρᾶν εἰσαγομένους. « Nunc de meis codicibus dicendum est. Sic igitur K, καὶ τῆς κατασκαφῆς χαλεπώτερον· τὸ τὰ εἰς ἐκείνων εἰς τοὺς ἐξ ἐθνῶν εἰσαγομένους ὁρᾶν. H, καὶ τῆς κ. χαλ. μᾶλλον ἔκνιζε, τὸ εἰς 'τὰ ἐκείνων τοὺς ἐξ ἐθ. εἰσ. ὁρᾶν. G, M, καὶ τῆς κ. χαλ. μᾶλλον ἐκνίζοντο εἰς τὰ ἐκείνων καὶ πολλῷ μεῖζον τὰ (τὰ om. M) τῶν ἐκείνων τοὺς ἐξ. ἐθ. εἰσ. ὁρᾶν. In his duobus etsi valde depravatis, manifesta tamen veræ lectionis vestigia exstant, quam solus intemeratam servavit L, καὶ τῆς κατασκαφῆς χαλεπώτερον ἔκνιζεν, τὸ εἰς τὰ ἐκείνων, καὶ πολλῷ μεῖζω τῶν ἐκείνων, τοὺς ἐξ ἐθνῶν ὁρᾶν εἰσαγομένους. Habes ipsissimam Morelli lectionem, repositis tamen, quæ ob homœot. exciderant, verbis καὶ πολλῷ μεῖζω τῶν ἐκείνων. Sed adverbium μᾶλλον, quod in hoc uno codice deest, non rejiciendum putavi.

P. 683 (col. 652), not. 35, ἀλλὰ δεῖ σχεδιάσαντα Sav. Ben. Sed δεῖ abest a codd. L, M et Edd. vett. et procul dubio insititium est. Dixi in adnot. ad p. 147.

Ibid., not. 36, πραγματεία; Sav. Ben. γραμματεῖα Com. Mor. Utrumque cum verbo συντιθέναι recte conjungitur. Vide pp. 198, 778.

—

AD HOMILIAM LXX.

P. 687 (col. 655), proxime a nota 82. Ἀλλὰ πάντα γίνονται. *Sed omnia ista fiunt* Ben. *Universa nempe ista insidiantes faciunt* Ge. Fefellit eos locutio optime Græca, πάντα γίνεσθαι, *alias ex aliis formas induere*; i. q. παντοῖος γίνεσθαι, de qua formula egit *Lehmann* ad Lucian. tom. II, p. 372.

P. 689 (col. 657), proxime a nota 8, ἀλλ' οἰωνίσαντο ἂν τὴν γυναῖκα. Verbum οἰωνίζεσθαι *abominari* cum eadem constructione legitur apud Suidam s. v. Οἰωνίζοντο· ἀπετρέποντο ὡς κακῷ οἰωνῷ. Τὸν δὲ ἡ μὲν νεότης ἐμίσουν τε καὶ οἰωνίζοντο· οἱ δὲ πρεσβύτεροι κατηςπάζοντο καὶ ἐπῄνουν. Chrysost. tom. VIII, p. 504: Καὶ γὰρ τὸ ξύλον (τοῦ σταυροῦ) οἰωνίζοντες, καὶ οὐδὲ θιγεῖν ἠνείχοντο. Quæ sequuntur τοιοῦτοι et τοῦτο πάσχουσι de superstitiosa ominum observatione intellige.

P. 692 (col. 659, δ'), not. 37, καὶ πάντα ἀναμέμικται κ. τ. ἑ. Locum valde perplexum sic vertit Vetus: *Omnia igitur jacent, quæ temulentia gignere solet: verba stolida, mens furiosa, superbiæ flatus, cæteraque hujusmodi.* Savilius lectionem suam, ut plures alias, ex Bodl. 3019 sumpsit. Quanquam locum, qualis a me constitutus est, haudquaquam pro sincero præstiterim, illud certe de Chrysostomo bene meruisse mihi videor, quod νοήματα ex omnibus meis pro vitioso νοσήματα dedi. Hoc tamen habent Reg. 688 et Bodl. modo dictus.

—

AD HOMILIAM LXXI.

P. 695 (col. 662), not. 58. Locus sic legitur in Edd. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἐρωτηθεὶς περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀναστάσεως, καὶ τί ἀνάστασις, ἐδίδαξε πλέον οὗ ἐπύθοντο, παιδεύων αὐτούς. Ubi præter molestiam verborum καὶ τί ἀνάστασις, non satis constat, quid illud sit, quod Christus ἐκ περιουσίας docuisse tradatur. Secundum nostram lectionem, interrogantibus de modo et qualitate resurrectionis, non solum responsum dedit (v. 30), verum etiam resurrectionem futuram esse argumentis (v. 31, 32) probavit. Cf. omninq p. 690.

P. 696 (col. 663), not. 79, προσστῆναι. Vide adnot. ad p. 319. Tom. XI, p. 324: Ἐμοὶ δοκεῖ πάντα ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀνατιθέναι, ὥστε μὴ εὐθέως αὐτοῖς προστιθέναι τὸν λόγον. Sic in Edd. « Reg. 743 et marg. Savil. προστῆναι. Reg. 731 προτιθέναι, quod recepimus. » *Ed.* Ben. 2da. Imperite. Lege προεστῆναι, *ut non statim eis* offendat *oratio*. Obiter

corrigo Basil. M. Hom. in Psal. XIV, tom. I, p. 112: Εἶτα ὥσπερ ἐπὶ τῆς χολερᾶς οἱ τὸ ἀεὶ προϊστάμενον ἐξερῶντες. Lege προσιστάμενον.

P. 698 (col. 665), not. 2, μοιχοῖς ἀνδράσι Sav. Ben. « Alii et Morel. μοιχοῖς ἀνθρώποις. » *Montef.* Itaque lectionem sui codicis L μονομάχοις ἀνδράσι aut non vidit, aut consulto præteriit. Hanc tamen ab ipso Auctore scriptam esse nullus dubito. Nam regia puella non *mœchis*, qui omnium ordinum, etiam amplissimorum sunt, sed *gladiatoribus*, vilissimo hominum generi, ut paulo ante δραπέταις καὶ οἰκότριψι, recte opponitur. Herodian. I, 16, de Commodo Augusto, μηθ' ἑαυτὸν ἐπιδόντα μονομάχοις καὶ ἀπεγνωσμένοις ἀνθρώποις κινδυνεῦσαι. Hic velim ignoscat mihi Lector, si conjecturam quamdam de alio Chrysostomi loco modeste propono. Exstat in Comment. in Epist. ad Hebr. Hom. XV (Opp. tom. XII, p. 154) et paulo altius repetendus est. In eo est Orator, ut comparatione facta avaros ipsis prostibulis impuriores et impudentiores esse ostendat: Καὶ τοῦτο δὲ τῶν πορνῶν ἴδιόν ἐστιν, ὅτι τοῦ τὸ χρυσίον διδόντος εἰσί· κἂν γὰρ δοῦλος ᾖ, κἂν ἐλεύθερος, κἂν μοναχὸς, κἂν ὁστισοῦν, προτείνῃ δὲ τὸν μισθὸν, καταδέχονται· τοὺς δὲ μηδὲν προτείνοντας, κἂν πάντων ὦσιν εὐγενέστεροι, χωρὶς τοῦ ἀργυρίου οὐ προσίενται. Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα οὗτοι ποιοῦσι· τοὺς μὲν ὀρθοὺς λογισμοὺς, ὅταν ἀργύριον μὴ ἔχωσιν, ἀποστρέφονται· τοῖς δὲ μιαροῖς καὶ ὄντως θεομάχοις συγγίνονται διὰ τὸ χρυσίον. Ex quo me ad Chrysostomi lectionem applicui, semper non tam hæsi, quam obstupui in illis, κἂν μοναχὸς ᾖ. Nam quid, quæso, *monacho* cum meretricula? Ecquis credat tam scurrilem jocum, tam frigidam παρὰ προσδοκίαν figuram, a Concionatore sacro, eoque monastica vitæ in primis fautore, profectam esse posse? Quid multa? Scripsit Chrysostomus, κἂν γὰρ δοῦλος ᾖ, κἂν ἐλεύθερος, κἂν μονόμαχος; quibus apte respondent, κἂν πάντων ὦσιν εὐγενέστεροι. Sed ne sic quidem locum sanum esse judico. Certe in verbis τοῖς δὲ μιαροῖς καὶ ὄντως θεομάχοις hæreat aliquis. Nam præterquam quod vox θεομάχος hic non valde apposita est, particulam ὄντως ad aliud quiddam, quod minus *vere* sic dici possit, respicere oportet. Itaque conjicio, ab Auctore scriptum fuisse, τοῖς δὲ μιαροῖς καὶ ὄντως θηριομάχοις, epitheto a præcedentibus κἂν μονομάχος arrepto. Nam μονομάχοι et θηριομάχοι idem genus hominum sunt. At quid sunt λογισμοὶ θηριομάχοι? Respondeo, *crudeles*, *truculenti*, quales possidebat Herodias, de qua supra legimus, p. 499, εἰ γὰρ καὶ ἐκείνη θηριομάχων ἀνδρῶν ψυχὴν ἐκτήσατο; h. e. ut paulo post subjungitur, ἀπάντων ἦν ἰταμωτέρα καὶ ὠμοτέρα. Quod vero ad avarum, vel potius τὸν πλεονέκτην attinet, istiusmodi hominum crudelitatem passim insectatur Chrysostomus. Nunc unum exemplum ponam ex Floril. p. 224 sumptum; ubi ait: Τὰ μὲν γὰρ θηρία τῇ φύσει ἐστὶ τοιαῦτα· οἱ δὲ πλεονέκται κατὰ φύσιν τὸ ἥμερον ἔχοντες, παρὰ φύσιν [l. εἰς] τὸ θηριῶδες ἑαυτοὺς ἐξάγειν βιάζονται. Habes, amice Lector, conjecturas meas, quibus si a libris scriptis suppetiarum aliquid accedet, vehementer lætabor. Unum addam, Mutianum, veterem harum Homiliarum Interpretem, priora sic vertisse: *sit ille servus, sit monachus, sit quilibet*, omissa clausula κἂν ἐλεύθερος: pro verbis autem τοῖς δὲ μιαροῖς καὶ ὄντως θεομάχοις suggerunt, hæc dedisse: *malis autem et vere bestialibus commiscentur*; quæ emendationi nostræ aliquatenus favent.

P. 699 (col. 665 desin.), proxime notam 7, ἂν παλαιστὴς μανθάνῃ. « Παλαίειν aut παλαιστικὴν [pro παλαιστήν?], inquit Boisius: recte. Sic paulo post ἂν πυκτεύειν μανθάνῃς. » *Sav.* Vulgatum ferri posse videtur. Ita certe locutus est Æsop. Fab. CXL, Ed. de Fur.: Τί γὰρ, τοῦ πατρός με μάγειρον διδάξαντος, ἰατρικὴν τέχνην ὑπελαβόμην;

Ibid., (col. 666, lin. 6-7). Hæc pessime sine distinctione in omnibus Edd. leguntur, ἐνταῦθα δὲ ἐν αἰωνίῳ ζωῇ γέγονας ὅμοιος Θεῷ κ. τ. ἑ.

Ibid., δ', lin 12, ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων. Cf. tom. X, p. 568. Ipsos Energumenos præsentes in Ecclesia sisti solitos esse, dum oratio pro illis fieret, alibi nos docuit Chrys., tom. I, p. 477, ἂν διδάξαμεν ὑμᾶς, τίνος ἕνεκεν ἐκείνη γίνεται πρὸ τῶν ἄλλων ἡ εὐχὴ, καὶ τί δήποτε τοὺς δαιμονῶντας καὶ τῇ μανίᾳ πονηρᾷ κατεχομένους εἰσάγεσθαι κελεύει τότε ὁ διάκονος, καὶ κλίνειν τὰς κεφαλάς.

P. 700 (cod. col.), not. 13, ἐγκληθῆναι. « Unus ἐκκλησιασθῆναι. » *Montef.* Lectio valde notabilis, et a pluribus codd. testata; unde tamen nullus sensus, qui ad hujus loci sententiam appositus sit, elici potest. Verbum ἐγκαλεῖν cum κολάζειν copulat Noster, tom. X, p. 14, καὶ δικάσταις προσάγομεν τοὺς ἐγκαλοῦσι καὶ κολάζουσι, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις τιμῶσιν. Inepte vertit Vetus: *quique peccare possunt.*

AD HOMILIAM LXXII.

P. 702 (col. 668, β', lin. 3), διδασκαλία; Edd. sine ulla animadversione. Supra p. 143 B, ubi recte legitur τὴν τοῦ νόμου δυσκολίαν, unus A διδασκαλίαν habet.

Superbia omnis malitiæ fons 186 c. m. Diabolo et protoplasto exitii causa 186 a. m. Mariæ virgini imputatur 467 c. m. Superbia veræ dignitati repugnat 650 a. m.

T

Templi partes aliquot tempore Chrysostomi supererant 723 init. Templi cultus ad exemplar Græcæ superstitionis adumbratus est 90 a. m. Templum est Christi caro 123 c. m. *not.* pauperis corpus 519 a. m. *not.*

Tentationes non ultro arcessendæ 168 c. m. 253 p. m.

Testamenti Veteris promissiones ad præsentem vitam spectabant 210 init. Testamentum Novum die Pentecostes datum 3 init.

Thasium vinum 501 a. m. 544 a. m.

Theatra struxit Diabolus 99 a. m. In theatris meretrices nudæ prodibant 101 init. 113 c. m. Vide *Spectacula.*

Themistocles Atheniensibus ut naves conscenderent suasit 382 c. m.

Theudas. Vide *Judas.*

Tibicines circumforanei, qui somnum hyemis tempore rumpebant 402 init.

Tonsorum tabernæ 61 c. m. *not.*

Transsubstantiatio. Vide *Cœna Domini.*

Tres pueri. Vide *Puer.*

Tricubitalis est homo 589 init. *not.*

Tyrrhenum fretum ob angustias formidolosum 780 p. m.

V

Valentiniani tacito nomine carpuntur, qui dicebant Christum per Virginis matricem quasi per canalem transiisse 51 init. Deum malum esse affirmabant 562 c. m. œconomiam negabant 783 c. m.

Vana gloria omnia bona corrumpit 697 p. m. in primis eleemosynam 698 init.

Vanitas rerum humanarum 739 a. m.

Velum. Vide *Judices.*

Versiones Græcæ V. T. plures 75 a. m.

Vicissitudo bonorum et malorum in vita humana 543 init.

Viliora hominum genera : coqui, agasones, caupones, sutores 589 c. m. 613 init.

Vinum Thasium 501 a. m. 544 a. m. Vinum non incusandum, sed vinolenti 582 a. m.

Virginitas a Christo commendata, saltem Apostolis 623 init. Virginitas quanta res sit, inde apparet, quod etiam in novo Fœdere non venit sub legis necessitatem 750 init. 751 a. m. Virginitas sine eleemosyna non est virginitas 753 c. m.

Virgines συνεισακτοι 244 init *not.*

Virtus nobis est secundum naturam 291 a. m. Virtutis *membra* quæ sint 490 pr. f.

Vita hæc bonis et malis permista 543 init. Vita instar maris est, varios sinus habens 780 p. m.

Vitia militum, artificum, prædiorum possessorum 613 init. mulierum 354 init. [« Locus illustris de recta ratione aliena vitia corrigendi. » *Casaub.* Ms.]

Vocatio divina necessitatem non infert 770 a. m.

Voluntas sine gratia nihil valet, ut nec gratia sine voluntate 737 init.

U

Usura ῥόπος dicebatur 574 a. m. Usura centesima 573 c. m. Vide *Fœnus.*

Z

Zachariam Baptistæ patrem pro Sacerdote summo habuit Chrys. 142 a. m. 761 pr. f. *not.*

Zenonis respublica 9 c. m.

Zonæ usus apud veteres 144 pr. f.

Zorobabel cur ita vocatus 105 init.

Digitized by Google

ANIANI

IN EXPOSITIONEM DIVI JOANNIS CHRYSOSTOMI

EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

SUPER EVANGELIUM BEATI MATTHÆI

PROLOGUS.

DOMINO VERE SANCTO ET BEATISSIMO ORONTIO EPISCOPO ANIANUS.

Piissimi patris affectum et sapientissimi artem magistri in me pariter exerces, quem inter has, quas pro fidei vobiscum amore perpetimur tentationum procellas, et a mœrore simul et a torpore subducis, animumque anxietate marcentem ad studium Scripturarum remittis. Jubes enim, beatissime, ut Commentarium sancti Joannis Constantinopolitani episcopi, quem in Matthæo evangelista nonaginta et uno libro explicuit, in Latinam linguam, quo possim sermone, transfundam. Quod utinam tam a nobis commode fieri possit, quam a te et opportune et utiliter imperatur! Quid enim vel ad prudentiam eruditius, vel ad exercitationem ignitius, vel ad dogma purgatius nostrorum auribus offeratur, quam præclara hæc tam insignis animi ingeniique monumenta? Et hoc maxime tempore, quo per occasionem quarumdam nimis difficilium quæstionum, ædificationi morum atque ecclesiasticæ disciplinæ satis insolenter obstrepitur. Pro qua certe beatus Joannes cum in aliis operibus, tum in hoc quoque tantus fere ubique, tamque alacer assurgit, ut evangelistæ dicta interpretando, pro evangelica perfectione nobiscum pugnare videatur. Quid enim ille magis hominibus inculcat, quam venturam suam nobilitatem, quæ adversus Manichæi rabiem omnium recta sapientium consensu concentuque laudatur? Laudatur autem vel in admirabilis gloriam Conditoris, vel ob concitanda studia virtutis, vel ad castiganda vitia voluptatis. Quid, inquam, pressius ille commendat, quam ingenitæ nobis a Deo libertatis decus, cujus confessio præcipuum inter nos gentilesque discrimen est? Qui hominem ad imaginem Dei conditum, tam infeliciter fati violentia, et peccandi putant necessitate devinctum, ut is etiam pecoribus invidere cogatur. Quid ille adversus eosdem magistros potius insinuat, quam Dei esse possibilia mandata, et hominem totius vel quæ jubetur vel suadetur a Deo capacem esse virtutis? Quo quidem solo, et iniquitas ab imperante propellitur, et prævaricanti reatus affigitur. Jam vero iste eruditorum decus, cum de Dei gratia disserit, quanta illam ubertate, quanta etiam cautione concelebrat! Non enim est in alterutro aut incautus, aut nimius, sed in utroque moderatus. Sic liberas ostendit hominum voluntates, ut ad Dei tamen mandata facienda divinæ gratiæ necessarium ubique fateatur auxilium: sic continuum divinæ Gratiæ auxilium commendat, ut nec studia voluntatis interimat. Cum autem in cunctis fere doctrinæ partibus, tum præcipue in exhortatione morali, atque in omnibus ecclesiasticæ regulis disciplinæ, ita nostrorum concinit per universa sententiis, ut eos pene quos numquam vidit, omnino ad omnem Scripturarum intelligentiam informasse credatur. Quanto enim exhortandi, id est, emendandi, vel etiam exornandi homines amore teneatur, hoc præcipue opere declarat. In quo cum susceperit commentatoris officium, certam uniuscujusque libri partem expositione complens, reliqua amica sibi, et quam perfectissima potest exhortatione, producit: in ipsis quoque expositionum locis, quæ quidem plena sunt acuminis, ponderis, consequentiæ, eruditionis, medullæ, nihil magis intendit aliud, quam ne vel exigua moralitatis puncta prætereat; quasi qui omnino pene solus consilium divinæ legis inspexerit. Quæ cum innumeris sit intexta causis, ad unum tamen finem omnia reducit, ut scilicet homines quibus data est, ad amorem Dei studiumque virtutis accendat. Quod vero istud non ad ostentationem quamdam faciat, et fœtentem illam gloriæ vanitatem cum tota et doctrinæ illius, et morum, qui etiam in scriptis ejus relucent, continentia, tum etiam vitæ finis ipse testatur: nempe omni ille sermone non solummodo emendat, sed etiam armat auditoris animum. Nempe tota ejus et principalis intentio est, non tam privatam istam, et inter prosperorum opaca latitantem honestatem docere, quam illam quotidie tamquam in acie dimicantem, et quæ absque ullo dispendio sui tribulationum et cædatur imbribus, et uratur ardoribus instituere virtutem. Hanc ipsam ita ille insignis Ecclesiæ magister et verus Christi discipulus implevit, ut illa omnia, quæ de asserenda etiam per mortem virtute disseruit, non tam aliis, quam sibi omnino soli inculcasse videatur. Denique vitam illam omni ab adolescentia sanctitate fulgentem, et in sacerdotio mille insignibus perfectionis ornatam, etiam passionibus pro justitiæ amore decoravit. Quod certe alicui Ecclesiis in pace degentibus provenire, ingentis animi, proculque ab omni hominum gloria remotæ mentis, rarœque omnino virtutis est. Quod autem in septimo istius libro operis in-

Digitized by Google

dicatur, adhuc Antiochiæ presbyter hæc, quibus illam tunc Ecclesiam ædificabat, scripta composuit. Ex quo magis magisque perspicitur, illum non temeritate quadam, aut dissonante a suis moribus libertate, in regali postea urbe pontificatum tenentem, nota illa et maxima adversum se commovisse certamina : sed ita se instituisse semper, tamque constanter atque firmiter contra omnes iniquorum catervas, pro veritatis ac justitiæ parte jurasse, ut quamlibet adversus eum vel sacerdotum nomina, vel regum arma concurrerent, depellere quidem illum sacerdotali possent throno, numquam tamen depellere possent veritate. Optimam itaque meditationem in occasione rebus exsequens, maluit pontificis honorem confessoris dignitate cumulare, quam adulatoris fœditate corrumpere. Jam vero illud quasi peculiare quoddam custodit, ac proprium, unde a te præcipue pro similitudine studii possit adamari, quod scilicet semper sollicitus, semper vigilans, semper noxiæ securitatis, vel potius mortiferi stuporis inimicus, ubique utilitatem compunctionis compunctus ipse commendat. Quocirca forsitan ejus oratio nusquam fere in pompam elevatur dicentis, sed tota ad utilitatem aptatur audientis. Est enim stylus ipse, quod quidem in suo opere magis animadverti potest, Ecclesiæ auribus accommodatissimus, priscum illud, sed eruditum dicendi genus exprimens : medius, æqualis, maturus, pudicus, alienus omni ab incuriæ culpa pompaque luxuriæ. Non squalidus quidem, nec tamen floridus : non impolitus, sed neque nimia subtilitate limatus : non asperitate horridus, nec tamen amœnitate lascivus : maximam ubique copiam admirabilemque indicans facultatem, nusquam tamen ambitionem loquendi : eo fit, ut illum magis simplex lector intelligat, et laudet disertus. Certe quod ab aliis quoque plurimis audire potuisti, omnes jam ecclesiasticæ Græcorum bibliothecæ, post tam varias veterum scriptorum splendidasque divitias, post tot insignium magistrorum tam clara lumina, hujus præcipue voluminibus ornantur. Denique et sancti Basilii admirabilem illam curam loquendi, et Antiochi plausibilem pompam, et sublimem illum Gregorii cothurnum, facile intelligas hac Joannis medietate superata. Ita enim stylum suum, inviolata, ut diximus, facultate regnantem, Scripturarum ubique et sapore imbuit, et tingit colore : ut illi quidem de apparatu eloquii remittere [1], iste vero de majestate Scripturarum coruscare videatur. Solæ ab eo forsitan adolescentulorum minus blande mulceantur aures, quibus in ludo positis literarum non tam placent solida, quam picta, quique pulchra potius, quam utilia sectantur, nec tam agentia diligunt, quam sonantia, magisque gaudent florum amœnitate conspergi, quam frugum ubertate nutriri. Hunc igitur si satis minorem se in Latino apparere feci, non tam mihi, Domine venerabilis, quam tibi imputare debes : qui me ad eum transferendum tanto et auctoritatis imperio et blandimento caritatis hortatus es, ut illi aliquid, imo vero plurimum de honore dumtaxat styli auferre mallem, quam crimen in te diutius recusando committere Sane pro qualicumque hac mea opera amplissimum orationum tuarum munus reposco, quo scilicet nos, ut exemplo, ita etiam precibus tuis juves, ut aliquid de illius viri virtute possimus imitari. Memor nostri esto semper in Christo. Domine merito beatissime.

[1] Forte, *renitere.*

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

IN MATTHÆUM COMMENTARII,

ANIANO INTERPRETE. HOMILIA I.

1. Oportuerat quidem nihil nos indigere auxilio literarum, sed tam mundam exhibere vitam, ut librorum vice gratia Spiritus sancti uteremur : et sicut atramento illi, ita corda nostra inscriberentur a Spiritu. Quia vero hanc a nobis excussimus gratiam, age vel ad secundam navigationem animum adjiciamus. Equidem quod primum illud fuerit profecto sublimius et ex verbis suis Deus, et ex operibus ostendit. Nam et Noe et Abrahæ, ejusque posteris, et Job et Mosi, non per literas, sed per semetipsum loquutus est, quia scilicet munda eorum corda repererat. Postquam vero omnis populus Judæorum in vitiorum ima delapsus est, necessario jam inde literæ dantur, ac tabulæ, et ea quæ per has administratur admonitio. Et hoc non tantum Veteris Testamenti sanctis, sed etiam Novi accidisse perspicimus. Siquidem nec apostolis scriptum aliquid tradidit Christus, sed pro literis, sancti Spiritus se illis daturum gratiam repromisit : *Ille,* inquit, *suggeret vobis omnia* (*Joan.* 14. 26). Atque ut discas, quia hoc multo sit illo melius, audi Dominum per prophetam loquentem : *Et disponam,* inquit, *vobis testamentum novum. Dabo leges meas in mente eorum, et in corda eorum perscribam eas, et erunt omnes docibiles Dei* (*Jer.* 31. 31. 33). Paulus quoque hanc eminentiam designando, dicebat se accepisse legem, *Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus* (2. *Cor.* 3. 3). Quia vero progrediente jam tempore, alii quidem propter dogmata, alii vero propter vitam et mores graviter impegerunt, ea rursus quæ constat

Digitized by Google

literis admonitione fuit opus. Jam ergo considera quam sit extremæ omnino dementiæ, ut qui tanta deberemus vitæ perfectione pollere, ut nihil prorsus literis egeremus, sed scribenda Spiritui sancto corda pro paginis præberemus; quale, inquam, est, si, posteaquam primam illam perdidimus dignitatem, atque eo redacti sumus, ut scriptis indigeamus, ne secundo quidem remedio ad nostram utamur salutem. Si enim literis egere, et non gratia Spiritus sancti splendere culpabile est, vide quanti sit criminis nec per istud auxilium velle proficere, sed quasi frustra ac vane posita cælestia scripta despicere, et majus absque dubio subire supplicium. Quod ne accidat, diligenter hæc, quæ scripta sunt, ponderemus; et discamus quemadmodum vetus lex promulgata sit, quemadmodum etiam Novum conditum sit Testamentum. Quonam igitur tunc modo illa lex data est, et ubi, et quando? Post Ægyptiorum profecto perniciem, in eremo, in monte Sina, et fumo et igne ascendente de monte, et tuba terribiliter insonante, et tonitruo crebrius comminante, et coruscante fulgure, et Mose in ipsam caliginem nubis intrante. In Novo vero non ita. Non enim neque in eremo, neque in monte, non cum fumo et caligine, non cum tenebris et procellis: sed sumente initium die, in domo sedentibus cunctis, multa cum mansuetudine, universa fiebant. Siquidem adhuc illis ferocioribus et effrenioribus humano quodam terrore opus erat, ut solitudine, monte, igni, fumo, tubarum sono et cæteris talibus: sublimiores vero ad perfectiora doceri faciles, et qui jam corporalium intellectum usu virtutis excesserant, horum quæ diximus, non egebant. Quod si et super apostolos factus esse sonus refertur, non propter ipsos tantum, sed ob præsentiam factus est Judæorum: propter quos et divisus ille in specie linguarum ignis apparuit. Si enim post hæc etiam mirabilia dixerunt quod pleni essent musto apostoli (*Act.* 2. 13), quanto magis ista dixissent si nihil tale vidissent? Et in Veteri quidem Testamento cum Moses ascendisset in montem, descendit Deus: in Novo vero cum nostra in cælum, imo in ipsum regalem thronum esset elevata natura, Spiritus sanctus descendit de cælo. Qui si esset minor (ut etiam blasphemat impietas), numquam illa, quæ adventu ejus facta sunt, majora essent, magisque miranda. Nam et tabulæ istæ sunt absque dubio meliores, et virtutum merita clariora. Non enim descenderunt apostoli de monte, tabulas lapideas afferentes in manibus sicut Moyses; sed sanctum Spiritum mente portantes, et thesaurum quemdam dogmatum donorumque gestantes, cunctorumque fontem ex se effundentes bonorum, omnia circuibant, vivi quidam libri, vivæque leges effecti per gratiæ largitatem. Sic tria millia, sic etiam quinque millia hominum, sic innumerabiles populos toto terrarum orbe attraxerunt, Deo per illorum linguam cunctis accedentibus disserente (*Act.* 2. 41. *et* 4. 4), a quo etiam Matthæus repletus Spiritu ista conscripsit. Matthæus ille publicanus; non enim ab arte sua illum erubuerim nuncupare, nec illum omnino, nec reliquos. Hoc est enim quod maxime ostendit Spiritus sancti gratiam, eorumque virtutem.

2. Evangelium vero, non abs re quidem, scriptionem suam vocavit. Siquidem pœnarum sublationem, veniam peccatorum, sanctificationem, atque justitiam, redemptionem, adoptionem etiam filiorum, et cælorum hereditatem, et cum Dei Filio fraternitatem, omnibus tum inimicis, tum improbis et in tenebris sedentibus nuntiavit. Num quid possit esse æquale his tam bonis nuntiis? Deus in terris, homo in cælo: facta est omnium una permixtio, angeli cum hominibus jungebant choros, homines choris addebantur angelicis, atque cælestibus aliis, supernisque virtutibus. Erat cernere antiquum repente prælium dissolutum, Deum hominibus reconciliatum, diabolum vero confusum: dæmones cum tremore fugientes, mortem peremptam (*a*), paradisum apertum, maledictionem remotam, peccatum de medio sublatum, exagitatum errorem, veritatem reversam, pietatis sermonem ubique seminatum, ubique crescentem, cælestem conversationem in terræ regione plantatam, virtutes supernas familiariter nobiscum loquentes, et ad terras sæpe angelos ventitantes, exque his spem firmam futurorum. Propterea igitur Evangelium ista vocatur historia, quasi scilicet omnia alia verba inania doceantur ac vacua, quibus solent præsentia ista promitti: ut copia divitiarum, ut potentiæ magnitudo, ut principatus et gloriæ, vel honores, et quæcumque alia bona esse homines arbitrantur. Quæ vero piscatorum sunt annuntiata verbis; proprie ac vere evangelia nominantur, non tantum quia firma sunt, ac penitus immobilia, supraque nostram eminentia dignitatem: sed quia cum omni etiam facilitate nobis donata sunt. Non enim laboribus nostris, atque sudoribus, non doloribus et ærumnis: sed per Dei in nos tantummodo caritatem, tam grandia hæc promissa suscepimus. Sed principio requirendum est, quænam illa causa sit, quod cum tam multi sint discipuli, duo tantum ex apostolis scribant, et duo eorum qui apostolos sunt sequuti: unus enim Petri, alter Pauli discipulus, præter Joannem atque Matthæum Evangelia condiderunt. Quia scilicet nihil ambitione moti faciebant, sed omnia ad utilitatem referebant. Quid igitur? Non sufficiebat unus evangelista cuncta memorare? Sufficiebat quidem, sed cum quatuor sint qui Evangelia conscribant, nec eisdem certe temporibus, aut in eisdem locis, neque pariter congregati, neque mutuo colloquentes, et tamen quasi uno ore omnia pronuntiant: fit hoc sine dubio veritatis grande documentum. Verum e contrario, inquis, ista res accidit: in multis enim diversi inter se inveniuntur, ac dissoni. Imo hoc ipsum maximum est testimonium veritatis. Si enim ex toto et in omnibus consonarent, et cum nimia diligentia, atque cura, atque ad tempora, ac loca omnia, usque ad singula æqualiter verba concurrerent, nemo inimicus credidisset um-

(*a*) In Græco legitur, θάνατον ἄθεσμον, quod significat, *mortem derinctam.*

Digitized by Google

quam quin illi communi ad decipiendum consilio congregati, quasi ex humana quadam conspiratione evangelium condidissent. Non enim simplicitatis fuisse tam sollicitam consonantiam judicarent. Nunc vero quæ videtur in rebus exiguis dissonantia, ab omni illos suspicione defendit, et satis clare scribentium existimationem tuetur. Si vero aliquid de temporibus ac locis varie dixerunt, nihil quidem dictorum præjudicat veritati. Sed tamen prout donaverit Deus progredientes, etiam ista declarare tentabimus : illud post hæc quæ diximus postulantes, ut diligenter notetis : quod in illis principalibus causis, in quibus et vita nostra et prædicationis summa consistit, nusquam aliquis illorum vel in minimo discrepare convincitur. Quæ vero ista sunt? Nempe quod Deus homo factus sit, quod mirabilia operatus, quod crucifixus, quod sepultus, quod resurrexit, quod ascendit in cælum, quod judicaturus est, quod salutaria præcepta constituit, quod non contrariam legem intulit priori, quod Filius Dei est, quod Unigenitus, quod germanus et verus, quod ejusdem cum Patre substantiæ, et quæcumque sunt talia. In his quippe omnibus maximam illorum inveniemus esse concordiam. Si vero in miraculis non omnes omnia dixerunt : sed hic quidem illa, alter vero alia narravit, nihil te omnino conturbet. Nam si unus universa dixisset, superfluus jam fuisset numerus cæterorum : sin varia omnes inter se scripsissent ac nova omnia, nullum potuisset convenientiæ apparere documentum. Propterea et communiter multa dixerunt, et nihilominus quisque proprium aliquid ac speciale conscripsit, ut neque superfluus esse videretur et temere adjectus, ac simul veritatis dictorum exactum præberet nobis indicem.

3. Lucas igitur etiam causam ponit, propter quam venerit ad scribendum : *Ut habeas*, inquit, *eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem* (*Luc.* 1. 4) : id est, Ut sæpe commonitus certus sis, ac in certitudine permaneas. Joannes vero, ipse quidem causam scriptionis tacet : ut autem habet majorum sermo, et a patribus ad nos delatus, nec ipse ad scribendum absque certa ratione descendit. Sed quia illa jam trium fuerat intentio, ut in suscepti morarentur hominis sacramento, et de ipsa deitate dogma periclitabatur taceri, ad scribendum Christo inspirante motus accessit : quod ex ipsa historia, et de Evangelii declaratur exordio. Neque enim ab inferioribus cœpit, ut cæteri : sed ad superiora continuo, ad quæ urgebatur, ascendit, propter quæ librum ipsum profecto composuit. Neque enim solum in principiis, sed per totius fere Evangelii textum grandior cæteris ingreditur, atque sublimior. Matthæus accedentibus iis qui ex Judæis Christo crediderant, et rogantibus, ut quæ verbis docuisset, hæc eis in literis servanda dimitteret, Hebræo dicitur Evangelium scripsisse sermone. Marcus quoque in Ægypto idipsum rogantibus traditur fecisse discipulis. Et idcirco Matthæus quidem, utpote Judæis scribens, nihil amplius studuit ostendere, quam quod ex Abrahæ et David Christus stirpe descenderat. Lucas vero, quippe qui omnibus in commune loqueretur, sermonem superius extendit, ad ipsum usque Adam generationes retrorsum numerando perveniens. Et ille quidem statim ab ipsa generatione Christi sumit exordium. Nihil enim magis delectare Judæum poterat, quam si Christum Abrahæ et Davidis nepotem esse diceret : hic vero diverse. Nam prius multa commemorat, et tunc demum generationum catalogum texit. Horum igitur omnium consonantiam, orbe quoque ipso teste monstramus : quia ea quæ sunt dicta suscepit, testibus quoque ipsis veritatis inimicis. Siquidem multæ post illos hæreses pullularunt, contraria iis quæ scripta sunt opinantes. Et earum quidem aliæ omnia, quæ evangelistæ scripserant, receperunt : aliæ vero quibusdam sententiis a reliquo opere amputatis, sic apud se scriptas conservant. Quod si pugna aliqua esset in dictis, neque istæ quæ ex adverso loquuntur hæreses omnia recepissent; sed tantummodo illam partem, quam sibi cernerent convenire : neque istæ quæ partem aliquam receperunt, de eadem adversus alias disputassent. Quippe cum nec ipsæ clausulæ lateant, sed palam præ se ferant eam quæ est cum toto orationis corpore cognationem. Ut enim si partem aliquam sumas ex latere, et in exigua portione cuncta invenies, ex quibus totum constat animal; id est, et carnem, et ossa, et nervos, et venas, arterias, et sanguinem; et totius, ut ita dixerim, massæ vim atque naturam ex ipsius parte cognoscas; sic etiam in Scripturis, in unaquaque particula dictorum, totius potes cernere affinitatem. Si vero inter se evangelistarum sententiæ dissonarent, nequaquam hoc receptum fuisset, et olim jam ipsum dogma fuisset destructum : *Omne enim regnum*, inquit, *divisum adversus sese desolatur* (*Luc.* 11. 17). Nunc vero vel hoc ipso sancti Spiritus clarius majestas refulget, suadens hominibus, ut erga principalia illa magisque necessaria vacantes, nihil ab his minutis lædantur.

4. Ubi autem eorum unusquisque degens scripserit, non valde est cur contendamus : quod vero adversus se non scripserint, ex toto operis contextu docere tentabimus. Tu vero tale est quod facis semper hujusmodi dissonantia accusando, quale esset, si illos juberes per omnia eisdem uti eloquutionum modis, eademque verba semper proferre. Taceo quod hi ipsi, qui ad omnem pompam de rhetorica et philosophia gloriantur, multos et plurimos, et de eisdem causis scribentes libros, non modo simpliciter discreparunt, sed etiam sibi contraria pleraque dixerunt. Et certe aliud est diverso modo quid dicere, aliud adverso. Nihil, inquam, horum loquor; procul a me absit, de illorum insipientia pro evangelistis satisfactionem parare. Neque enim volo de mendacio adstruere veritatem. Illud sane libenter rogarim, quonam modo auctoritatem dissona meruissent, quonam pacto obtinere potuissent? unde admirationi essent pugnantia inter se atque adversa dicendo? Credebatur inaudita loquentibus, toto orbe laudabantur docentes. Cumque multi testes eorum prædicationis exsisterent, tum etiam inimici, hostesque plurimi : non enim in uno aliquo scribentes an-

Digitized by Google

gulo, ea quæ scripserant occultaverunt : sed terras mariaque lustrantes, in conspectu et auribus omnium volumina sacra replicabant : quæ sicut etiam nunc fieri videmus, ipsis quoque præsentibus legebantur inimicis : nec quidquam tamen ex iis quæ dicta sunt, quemquam offendit : nec immerito. Erat enim divina virtus quæ aderat ubique, et apud omnes cuncta peragebat. Cæterum si non istud fuisset, unde publicanus, unde piscator, unde illiteratus quivisset umquam tam sublimiter philosophari ? Quæ enim sapientes sæculi ne per somnum quidem aliquando imaginari potuerunt, hæc isti cum asseveratione manifesta annuntiant atque persuadent, idque faciunt non tantum in vivis agentes, sed etiam ubi fato functi sunt : et non duobus, non viginti hominibus, non centum aut mille, aut decem millibus : sed urbibus, et gentibus, et populis, et terræ prorsus ac mari, Græciæ simul ac barbaræ, et habitabilibus partibus orbis, ipsique deserto. Et certe ea persuadebant quæ naturam nostram longe probantur excedere. Siquidem relinquentes omnino terram, de cælestibus disserebant, docentes nobis aliam superesse vitam, victumque alium, et divitias et paupertatem, et libertatem et servitutem aliam, sed et vitam aliamque mortem, alterum mundum, et conversationem novam, omniaque mutata. Non sicut Plato qui ridiculam illam condidit rempublicam, aut Zeno, vel si quis alius de republica conscripsit, legesque composuit. Siquidem hæc ipsa sunt, quibus facile monstratur, quoniam malignus spiritus, et dæmon quidem ferus, hostisque naturæ nostræ, et impugnator castitatis, totiusque honestatis inimicus, omnia sursum deorsumque permiscens, eorum mentibus inspiravit. Cum enim communes omnibus faciant conjuges, nudasque ad palæstram virgines ducant, ad spectaculum hominum, et libidinis irritamentum, cum occultas concilient nuptias, omnia simul miscentes et conturbantes, ac pervertentes leges, finesque naturæ : quid de his aliud pronuntiari potest ? Nam quod omnia illa inventa sint dæmonum, et contra naturam probentur esse quæ dicunt, poterit nobis esse testis ipsa natura, quæ talia audire non patitur : cum ista non sub persecutionum metu, non cum periculis et præliis, sed cum omni securitate docentium licentiaque dicantur, multa insuper cura, ambituque magno sermonis ornata. Hæc vero quæ a piscatoribus prædicata sunt, exagitatis undique, sæpius verberatis, inter pericula jugiter constitutis, absque ullo loquentibus cultu et arte verborum ; et imperiti et eruditi, et servi et liberi, et reges et milites, et Græci et barbari, omni cum reverentia susceperunt.

5. Neque vero dicere poteris, parva hæc esse, nimisque humilia, et ideo facile a cunctis susceptа : cum utique multo hæc sint illorum dogmatibus celsiora. Virginitatis enim illi nec in somno imaginati sunt dignitatem, nec contemptum habendi atque jejunia, nec quidquam aliud de sublimiore doctrina. Nostri autem magistri non solum opus turpe condemnant, neque tantummodo concupiscentiam prohibere contenti sunt : sed et aspectum impudicum, et inhonesta verba, risumque lascivum, sed et habitum inordinatum, incessum inconditum, atque clamorem ; et omnino usque ad humilia præcepta deducunt diligentiam disciplinæ. Itaque universum prorsus orbem virginitatis plantatione complerunt, et de Deo rebusque cælestibus caphilosophari docent, quæ illorum nullus aliquando potuit vel mente concipere. Unde enim sapere hæc illi possent, qui monstrorum atque serpentium, aliorum etiam viliorum imagines, deitatis nomine consecrarunt? Attamen tam sublimia illa nostrorum dogmata et suscepta, et credita sunt, et florent quotidie, atque succrescunt ? eorum vero exagitata sunt, passimque disperdita, et aranearum telis facilius dissoluta. Idque merito : siquidem dæmones illa prædicabant. Propter quod ibi, præter lasciviam morum, multa etiam dictorum obscuritas et caligo est, et ad intelligendum grandis afflictio. Quid enim irrisione magis dignum, quam illa est disciplina, in qua, ut cætera omittam, cum innumeris versibus philosophus disputaverit, multa et obscura oratione suam cumulat prolixitatem dicendi, ut quid sit justum, possit ostendere? Ita etiam ut si utile quid haberent, tantæ tamen obscuritatis titulo, valde id vitæ hominum esset incommodum. Si enim vel agricola, vel ærarius, si faber aliquis, vel nauta, aut quispiam cæterorum qui manuum suarum opere pascuntur, velit quidem ab arte propria justoque labore discedere, ut consumptis tot annis studeat scire quid justum sit, et forte antequam discat, interimatur fame : peregrinabitur profecto propter hoc justum, neque aliquid aliud utile addiscens, et vitam violenta morte dissolvens. At non etiam nostra sunt talia, sed justum, honestum, utile, omnemque omnino virtutem in paucis syllabis, in brevibus verbis atque manifestis nos Christus edocuit : tum dicendo quoniam in duobus mandatis tota pendet lex et prophetæ : id est, in Dei et proximi caritate : tum jubendo, *Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, hæc et vos facite illis* (*Matth.* 22. 40). *Hæc est enim lex et prophetæ* (*Matth.* 7. 12). Quæ certe et servo et rustico, et viduæ, et puero, et ei qui valde imprudens videatur esse, facilia ad intelligendum sunt, et prorsus exposita. Tales quippe sunt sententiæ veritatis : idque exitus rerum ipse testatur. Siquidem omnes fere quæ sunt agenda didicerunt, nec didicerunt modo, verum etiam quæ didicerant efficere curarunt : et non in urbibus solum, atque in medio foro, sed in ipsis quoque verticibus montium. Etenim ibi maxime evangelicam videas florere philosophiam, et angelorum choros in humano corpore refulgere, conversationemque omnino cælestem in terris micare. Nobis siquidem piscatores disciplinam scripsere vivendi, non ex pueris eligi aliquos ad discendum jubentes, ut philosophis moris est, neque certum numerum annorum præfinientes ad consummanda studia virtutum : sed cunctis generaliter ætatibus disserentes. Illud enim puerorum ludus est, hoc veritatis. Locum quoque disciplinæ huic certum dederunt, cælum profecto : et informatorem ejus Deum proculdubio esse docuerunt. Qui etiam leges, quibus utimur, dedit, quales et oportuit. Præmia vero virtutum in hac disciplina, non ramus oleæ, nec corona oleastri foliis im-

Digitized by Google

mixta, nec publice in prytaneo apparata convivia, nec æreæ statuæ, nec imagines coloribus adumbratæ, et frivola ista atque vanissima : sed vita nullo umquam fine claudenda, et filiorum Dei collata nobilitas, cumque angelorum choris jungenda lætitia, et ante regalem thronum secura præsentia, et perpetuum esse cum Christo.

6. Doctores vero istius disciplinæ ac principes, publicani sunt, et piscatores, pelliumque sutores, non qui exigua ætate vixerint, sed qui adhuc vivant, in æternumque permaneant. Et idcirco defuncti quoque multum valent prodesse discipulis. Huic itaque disciplinæ non cum hominibus bellum est, sed adversus sævissimos dæmones, contraque incorporeas illas potestates. Propter quod et dux talis exercitus nullus est hominum, nullus est angelorum, sed ipse proculdubio Deus. Arma quoque istorum militum naturam ipsius belli consequenter imitantur. Non enim ex ferro parantur ac pellibus, sed ex veritate, fide atque justitia, cæterisque virtutibus. Quoniam igitur de hujusmodi disciplina etiam hic liber est conscriptus, et nobis de ipsa disputare propositum est, diligentius audiamus Matthæum perspicue super eadem disserentem. Non enim sunt ejus dicta, sed Christi, qui ipsius informator est disciplinæ. Hanc ergo sollicite consideremus, ut in illa etiam mereamur adscribi, et in eorum fulgere numero, qui prius eam servando nituerunt, et immarcescibiles illas acceperunt coronas. Et multi quidem hunc librum satis apertum esse opinantur ac planum; solos prophetas intellectu putantes esse difficiles. Sed hoc quoque eorum est, qui altitudinem sensuum sibi penitus reconditorum prorsus ignorant. Propter quod obsecro, ut multo cum studio sequamini nos, ut ipsum Evangelii pelagus intremus, Christo nobis præbente in hoc itinere principatum. Ut autem sic facilior iste ad intelligendum liber, rogamus ac hortamur (quod in aliis quoque Scripturis facere consuevimus) ut præveniatis animo, atque volvatis eum qui a nobis elucidandus est locus, ut intellectui lectio viam parans, quod etiam in eunucho illo factum est, multam nobis conferant facultatem docendi. Etenim plurima sunt quæ inquiruntur, ac varia. Considera igitur quanta in ipso Evangelii principio quæstionum silva nascatur. Primo quidem, cujus rei gratia per Joseph generationum ordo decurrat, de quo non nascitur Christus. Secundo, unde manifestum sit, quod a David originem ducat, cum parentes Mariæ, ex qua certe natus est, habeantur incogniti : neque enim generationes ex Virginis parte numerantur. Tertio, quam ob causam Joseph quidem generatio, qui certe nihil ad generationem contulit Christi, tam diligenter asseritur : Virgo autem, quæ etiam mater ejus effecta est, non ostenditur ex quibus parentibus, avis, proavisque nascatur. Post hæc etiam illud inquirendum esse videtur, qua de causa generationes per viros nominans, meminerit etiam feminarum. Et quia semel id fieri placuit, cur non omnes feminas nominarit. Nam meliores quasque transcurrens, ut Saram et Rebeccam, earumque similes : eas tantummodo quæ de aliquo vitio celebratæ sunt, eduxit in medium : id est, si qua adultera, vel meretrix ; si qua etiam ex nuptiis non legitime copulata, si qua alienigena aut barbara fuit. Siquidem non modo Uriæ uxorem, sed etiam Thamar, et Ruth evangelista commemorat : quarum alia quidem erat alienigena, alia vero scortum, quæ cum affine rem habuit, non tantum non lege illi conjuncta conjugii, sed furata concubitum, et intra habitum meretricis abscondita. Uriæ quoque uxorem nullus ignorat, propter factum illud insignis audaciæ. Et tamen omnes alias evangelista præteriens, tantummodo istas generationum catalogo comprehendit. Quod si meminisse oportuit feminarum, cunctæ debuerant nominari : si vero non omnes erant, sed aliquæ proferendæ, eas magis poni decuit, quæ non de peccatis, sed de virtute celebrantur. Vidisti nempe quanta nobis attentione opus sit etiam inter ipsa principia. Et certe supra cætera esse manifestum illud videbatur exordium, forte autem aliquibus etiam superfluum, quia solum ibi numerum putabant nominum contineri. Supra hæc etiam illud inquisitione dignum est, quæ causa compulerit, ut tres reges in enumerandis generationibus præteriret. Si enim quasi nimis impiorum nomina reticere maluit, nec aliorum quidem similium meminisse debuerat. His additur etiam illa quæstio, quod generationes quatuordecim cum dixisset, in tertia parte numerum non servavit. Deinde quænam illa ratio persuaserit, ut Lucas quidem aliorum faceret nominum mentionem, et non modo non eorumdem omnium, sed multo etiam plurium. Matthæus vero non paucorum modo, verumetiam diversorum, cum utique adusque generationem Joseph numerum etiam ipse perducat, in quo finem fecit et Lucas. Jam ergo perspicite quanta nobis opus sit vigilantia, non solum ad exponendum evangelium, verumetiam ad discernendum quænam illa sint, quæ expositione indigeant. Nec parum est enim posse invenire ea quæ in dubio sunt, et de quibus controversia est. Illud quoque inter dubia numeratur, quomodo Elizabeth de Levitica exsistens tribu, Mariæ cognata dicatur.

7. Verum ne multa pariter colligentes, memoriam vestram subito quæstionum oneremus aggestu, hic sermoni nostro terminum statuamus. Sufficit enim nobis, et valde sufficit ad audiendi interim studium suscitandum, ut quæ in quæstionem solent venire discantur. Si vero etiam solutionem ipsam desideratis addiscere, et hæc, nobis dicentibus (*a*), in vestra est potestate. Si enim vos intellexero suscitatos, et audire cupientes, etiam solutionem afferre tentabo. Si vero oscitantes videro, et ab intentione laxatos, abscondam non solutionem solam, verumetiam quæstiones, divina lege commonitus : *Nolite*, inquit, *sanctum dare canibus, neque projiciatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis* (*Matth.* 7. 6). Quis est modo, inquis, qui ista conculcet? Ille utique, qui non ea pretiosa credit esse, atque præclara. Et quis est, inquis, ita infelix, qui non hæc pretiosiora esse [illegible] ibus, et

(*a*) In Græco legitur, [illegible], *antequam loquamur*.

Digitized by Google

clariora fateatur? Ille sine dubio, qui non vel tanto studio eis vacat, quanto in diabolicis illis theatris meretricibus occupatur. Ibi enim plurimi totos etiam dies peragunt, propterque illam occupationem vanissimam multa etiam domi detrimenta patiuntur. Et tamen cum omni diligentia, quod audierint, memoriæ commendant, eaque ad animæ suæ perniciem penitus infixa custodiunt. Hic vero ubi loquitur Deus, ne exiguum quidem patienter tempus exspectant. Cur hoc? Quia nihil commune habemus cum cælo, sed omnis nostra religio verbo tenus peragitur. Et certe propter hoc Deus gehennam minatur, non ut eam nobis inferat, sed ut fugere persuadeat illam gravissimam consuetudinem. Nos vero e contrario cuncta agimus, et quotidie in illam viam, quæ illuc ducit, irruimus. Nam præcipiente nobis Deo, non modo ut audiamus quæ dicuntur, verum ut cum omni etiam devotione faciamus, nos nec audire curamus. Quando igitur ea quæ dicentur implebimus? Responde, quæso, quando incipiemus operari, cum nec sermonem quidem super his patienter audiamus, sed indignemur offendamurque hac exercitatione tametsi brevissima. Deinde nos quidem de frivolis sæpe rebus loquentes, nisi eos qui nobiscum sedent, viderimus attentos, incuriam illorum nostram arbitramur esse injuriam: Deum vero non putamus offendi, quando eo de tantis rebus loquente, ea quæ dicuntur contemnimus, facileque ducimur ad alia omnino, atque convertimur? Et sæpe quidem aliquis e senibus qui multas circuierit terras, marisque regiones, non solum stadiorum numerum, sed et urbium situs, et formas, et portus, ac forum diligenter nobis enarrat: nos vero nec quam procul simus a cælesti urbe cognovimus. Nam profecto ad iter hoc superandum properassemus, si nota esset distantia. Non enim tantum a nobis civitas abest, quantum inter cælum terramque discrimen est: sed multo etiam longius distat, si utique negligamus: ut e contrario, si studium commodemus, etiam in exiguo tempore ad ipsas ejus januas pervenire poterimus. Non enim locorum longinquitate, sed instituto morum hæc spatia metienda sunt.

8. Sed tu præsentis quidem gesta vitæ diligenter tenes, nosti et nova et vetera, ac etiam prorsus antiqua potes enumerare, non solum principes, sub quibus anteactis temporibus militasti, sed etiam omnes militiæ duces: sed etiam editores munerum, et eos qui in spectaculis certaverunt, quique vicerunt, nihil utique ad te pertinentia, nihilque tuis utilitatibus profutura. Quis vero in hac, de qua loquimur, sit civitate princeps, quis apud eum primus, aut secundus, aut tertius, vel quanto quisque tempore, vel quid sit virtutis operatus, numquam vel per somnium cogitasti. Quæ vero leges in hac urbe sunt positæ, nec aliis quidem dicentibus sustines audire et attendere. Qua ergo fiducia, dic mihi, illis te aliquando speras promissis bonis potiturum, ad quorum magnitudinem nec quando promittuntur, intendis? Sed et si ante numquam, saltem nunc id facere curemus. Etenim si concedatur a Deo, auream ingrediemur urbem, imo facile omni auro pretiosiorem. Nunc ergo discamus fundamenta ejus, et portas ex sapphiro margaritisque compositas: habemus quippe optimum ducem, Matthæum profecto. Per ipsius namque portam nunc ingredimur, multoque nobis studio est opus. Si quidem enim aliquem non intentum viderit, continuo eum a civitate propellit. Est siquidem urbs ipsa maxime regia, et tota prorsus illustris, et non sicut videmus apud nos, in palatia, domos plateasque distincta: sed quidquid est illius urbis, aula regia est. Pandamus igitur portas animi, aperiamus auditum, cumque tremore plurimo primas æternæ urbis januas intraturi, regem qui in ea est suppliciter adoremus. Etenim primus ipse congressus potest cernentibus terrorem incutere. Modo quidem nobis portæ istæ occlusæ sunt: cum vero eas reseratas viderimus (hoc enim est solutio quæstionum), tunc plurimum omnino poterimus intus fulgorem aspicere. Etenim spiritus te oculis ducens, omnia tibi publicanus iste promittit: quod videlicet ostendat ubi rex ipse sedeat, quorumque illi militum assistant cohortes, ubi angeli, ubi vero habeantur archangeli, et quis novis civibus in hac urbe sit deputatus locus, et quonam illuc itinere pergatur: et quanto honore donandi sint ii, qui primi illius civitatis jus fuerint consequuti: quanto quoque ii, qui illos secundo sequuntur loco: quanto etiam ii qui tertio, et quot sint illorum ordines civium, quamque diversi in illo gradus distinguantur senatu, et quam variæ ibi splendeant differentiæ dignitatum. Non igitur cum tumultu ingrediamur, non cum turbatione, neque cum strepitu: sed cum silentio atque reverentia, quæ tantis est exhibenda mysteriis. Si enim in theatro, cum multum silentium ante præcesserit, tum demum literæ regis leguntur: multo magis in hac urbe omnes cohiberi oportet et comprimi, et erectis auribus atque animis adstare sollicitis. Non enim terreni regis, sed angelorum Domini scripta recitanda sunt. Si enim ita nos voluerimus aptare, ipsa nos Spiritus sancti gratia cum omni diligentia ad penetralia interiora perducet, atque ad ipsum Regis perveniemus thronum, ac bonis omnibus perfruemur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, cum Patre et Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA SECUNDA EX CAPITE I.

Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.

1. Igitur meministis admonitionis ejus qua ad vos superiori die sumus usi, cum hortaremur ut summo cum silentio et quiete tantis congruente mysteriis, omnibus Evangelii verbis commodaretis auditum. Siquidem jam incepimus cælestes adire januas, propter quod vos præteritæ denuntiationis admonui. Etenim si Judæi accessuri ad montem ardentem, et ignem,

Digitized by Google

et caliginem, et tenebras, ac procellas, imo non accessuri ad illa, sed ea et audituri eminus et visuri, triduum ante se continere jubebantur a feminis, ac vestes abluere, et tamen in timore erant maximo; tremoreque, cum certe illos plurimum Mosis præsentia confoveret (*a*): multo magis nos qui talia incipimus audire verba, et non procul a monte fumante consistere, sed in ipsum omnino introire cælum, majorem philosophiam debemus ostendere, non indumenta corporis abluentes, sed stolas animæ candidantes, nosque ab omni sæculi hujus commixtione purgantes. Nor enim caliginem hic, non fumum videbitis, non procellam, sed Regem sedentem super thronum illius ineffabilis gloriæ, et angelos ei atque archangelos pariter assistentes, et sanctorum populos innumeris illis angelorum cohortibus copulatos. Talis quippe est civitas Dei, habens Ecclesiam primitivorum, et spiritus justorum, et frequentias angelorum, et sanguinem aspersionis, per quem reconciliata sunt omnia. Nam et cælum ea quæ in terra sunt accepit, et terra ea quæ in cælo : et desiderata olim angelis atque sanctis pax aliquando donata est. In hac urbe tropæum constitit crucis, clarum scilicet atque conspicuum. In hac item spolia sunt Christo parta, humanæ scilicet naturæ exuviæ, Regis nostri præda: quæ omnia diligenter Evangelii lectione discetis. Et si cum silentio et moderata sequaris quiete, circumducere te per cuncta poterimus, ac diligenter ostendere, ubi quidem mors jaceat crucifixa, ubi peccatum suspensum, ubi plurima illa atque præclara ex hoc bello fulgeant monumenta victoriæ. Videbitis et hic tyrannum revinctum, et multitudinem captivorum sequentem, et arcem, ex qua sceleratus ille dæmon omni retro tempore in perniciem hominum procurrebat, repente subversam. Videbitis etiam revulsas latronis speluncas, antraque patefacta : nam ibi quoque præsentia Regis affulsit. Sed nihil est, dilectissime, quod horum fatigeris auditu. Neque enim si quis istius temporis bellum tibi et victorias, tropæaque recenseret, ulla umquam caperere satietate, sed neque cibum, neque potum illi narrationi aliquando præponeres. Quod si illa jucunda est narratio, multo magis hæc. Considera enim quam sit audire magnificum, quomodo Deus surgens de sede regali, e cælo venit ad terras, et ad ipsum descendit infernum : et in acie dimicans stetit; quemadmodum autem illi diabolus repugnavit : imo non Deo nudo, sed Deo in natura hominis abscondito. Quodque mirabile est, videbis mortem morte peremptam, et maledictum esse maledicto exstinctum : et per quæ diabolus jam ante maxime valebat, per ea ipsa tyrannidem illius esse destructam. Exsurgamus igitur, et somnum animi longius repellamus. Ecce enim video portarum nobis claustra reserata : sed tamen cum omni moderatione et tremore mentis ipsas continuo januas intremus. Quæ vero sunt istæ januæ? *Liber generationis*, inquit, *Jesu Christi filii David, filii Abraham*. Quid ais? de unigenito Dei Filio dicturum te esse promiseras, et David mentionem facis, ejusque illum filium esse commemoras, hominis qui post mille generationes natus traditur, ipsumque et patrem Christi dicis, et proavum? Verum cohibe te paulisper, et comprime, nec velis repente omnia simulque discere, sed sensim atque paulatim, siquidem adhuc in vestibulis constitisti, ante ipsa prorsus initia portarum. Quid igitur ad penetranda interiora festinas? Necdum bene omnia quæ foris sunt considerasti. Neque enim nunc tibi ipsam generationem Domini conor exponere, imo vero nec cum ista narravero : est enim inexplicabilis tota, neque ulli prorsus effabilis : et hoc tibi ante me Isaias propheta denuntiat. Siquidem ipsius prædicans passionem, et plurimam pro toto orbe terrarum piissimamque curam, atque admiratus quis cum esset, quid factus sit, quove descenderit, maximo sono vocis exclamavit et dixit : *Generationem ejus quis enarrabit* (*Isai.* 53. 8)?

2. Verum nobis non de divina generatione nunc sermo est, sed de hac inferiore, quæ in terra facta est, quæque testibus celebratur innumeris. Sed super ista quoque prout accipientes sancti Spiritus gratiam, potuerimus effari, ita profecto narrabimus. Neque hanc enim perspicue satis explicari possibile est, quippe cum sit etiam ipsa maxime stupescenda. Non igitur exigua te aliqua opineris audire, cum hanc generationem audis edisseri : sed totam in te mentem prorsus exsuscita : et continuo totus horresce, cum Deum venisse audis super terras. Usque adeo enim istud mirabile erat, et nulli ante prorsus auditum, ut etiam angeli in chorum earum rerum gratia collecti, totius orbis nomine propter ista gloriam concinerent, faustamque attollerent acclamationem ; et prophetæ porro ante cum admiratione prædicerent : *Quoniam super terram visus est, et cum hominibus conversatus est* (*Baruch* 3. 38). Valde etenim audire mirabile est, quod ineffabilis Deus, et qui nec sermonibus explicari potest nec cogitationibus comprehendi, Patrique per omnia coæqualis, per Virginis ad nos venit uterum, et fieri ex muliere dignatus est, et habere progenitores David et Abraham. Et quid dico, David et Abraham? Etiam illas, quod horribilius est, feminas, quas paulo ante memoravi. Hæc igitur audiens, mente consurge : verum nihil humile suspiceris, sed potius propter hæc ipsa maxime mirare, quia cum germanus et verus Filius sempiterni esset Dei, etiam filius David esse dignatus est, ut te filium faceret Dei ; servum patrem habere dignatus est, ut tibi servo patrem faceret Dominum. Vides arbitror ab ipso statim principio, quam læta sint hæc nuntia. Quod si ambigis de iis quæ ad tuum spectant honorem, de illius humilitate disce credere etiam quæ super tuam dignitatem dicuntur. Quantum enim ad cogitationes hominum pertinet, multo est difficilius Deum hominem fieri, quam hominem Dei filium consecrari. Cum ergo audieris quod Filius Dei filius sit et David et Abrahæ : dubitare jam desine, quod et tu qui filius es Adæ, futurus sis filius Dei. Non enim frustra nec vane ad tantam humilitatem ipse descendit, sed ut nos ex humili sublimaret. Natus est enim secundum carnem, ut tu nascerere spiritu : natus est ex muliere, ut

(*a*) Interpretatio Aniani hic a Graeco Paulum deflectit.

Digitized by Google

tu desineres filius esse mulieris. Propterea duplex facta generatio est, hæc scilicet nostræ similis, illa nostram eminenter excedens. Quod enim natus ex femina est, et nobis competit : quod vero non ex sanguine, neque ex voluntate carnis aut viri, sed ex Spiritu sancto, aliam nobis sublimiorem futuramque et Spiritu consequendam generationem promittit. Sed alia quoque omnia ex simili diversitate constabant. Nam et baptisma profecto tale suscepit, quod haberet quidem aliquid veteris, haberet et aliquid novi. Quod enim baptizatus est a propheta, expressit vetus : quod autem descendit Spiritus, adumbravit novum. Ac proinde ut si quispiam in arena consistens, duos aliquos invicem dissidentes, extenta manu utraque utrinque prendens conjungat : ita fecit et Christus veteri novum, divinam naturam humanæ, suis nostra jungendo. Vides nunc puto fulgorem urbis procul coruscantis, vides quanto inter ipsa principia splendore lucet, quomodo tibi regem ipsum humana specie, sic mortalibus velut exercitui admixtum ostendit. Neque enim in bello semper propriam habere rex cernitur dignitatem, sed purpura et diademate relictis, militis habitum frequenter induitur. Sed illic, ne cognitus hostes in se convertat; hic contra, ut ne agnitus ante congressum in fugam vertat hostem, suosque majestatis fulgur conturbet : salvare enim, non terrere studuit. Et idcirco illum hac appellatione continuo nominavit, Jesum utique nuncupando. Jesus enim non est Græci sermonis vocabulum, sed Hebraica lingua Jesus dicitur, quod est in nostro sermone Salvator : Salvator autem ab eo, quod salutem populo suo præstaturus advenerit.

3. Jamne igitur intelligis, quemadmodum evangelista auditorem in excelsa subvexerit, et ea certe quæ in usu esse viderentur loquutus, per quæ tamen ipsa longe nos majora, quam omnes sperare poteramus, edocuit. Utriusque igitur istius nominis apud Judæos erat celebrata notitia. Quia enim incredibilia erant quæ promittebantur futura : etiam nominum præcesserunt figuræ, ut porro ante omnis ex invidia novitatis tumultus oriturus exstingueretur. Jesus namque etiam ille dicitur, qui post Moysem populum in terram repromissionis induxit. Vides figuram, perspice veritatem. Ille in terram repromissionis, hic vero introduxit in cælum, et ea quæ sunt in cælis bona. Ille postquam Moyses mortuus est, iste postquam lex per Moysem lata cessavit. Ille ducis dignitate pollens, iste vero regis majestate præfulgens. Sed ne Jesum audiens, de societate nominum patereris errorem, continuo subjunxit et Christum, *Jesu Christi*, inquit, *filii David*. Ille enim non erat ex David, sed ex alia tribu. Cujus vero rei gratia librum ipsum generationis Christi vocat, ubi non sola utique generatio, sed tota prorsus ipsius mysterii dispensatio continetur? Quia totius scilicet dispensationis caput et radix, atque principium omnium nobis in hoc consistit bonorum. Ut enim Moyses librum cæli appellavit ac terræ, cum certe non de cælo solum terraque loqueretur, sed de cunctis quæ inter ipsa subsistunt : ita etiam evangelista ab ipso omnium fonte et capite bonorum librum vocavit. Omni siquidem admiratione plenissimum est, et super spem exspectationemque mortalium, quod Deus homo factus est. Hoc autem impleto, illa omnia quæ sequuntur, juxta ordinem et rationem consequuntur. Qua vero de causa non eum ante filium Abrahæ, et postea filium David nuncupavit? Non sicut opinantur aliqui, ab inferioribus volens ad superiora conscendere : alioqui fecisset quod fecit et Lucas; nunc autem e contrario facit; cur ergo commemoravit priorem David? Quia ipse proculdubio in omnium versabatur ore, ob insigne honoris et gloriæ, ob ipsius quoque temporis spatia junctiora. Non enim olim defunctus fuerat sicut Abraham. Etsi enim utrique promiserat Deus, sed tamen illud quasi antiquum reticebatur, hoc vero quasi novum et recens ab omnibus celebrabatur. Ipsi namque Judæi dicunt : *Nonne ex semine David, et Bethlehem castello, ubi erat David, venit Christus* (*Joan.* 7. 42)? Nemo igitur illum filium Abrahæ, sed omnes filium David nominabant. Etenim propter tempus, ut dixi, propterque regnum hic magis in hominum memoria vigebat. Simili etiam ratione honorabiliores quosque de sanctitate reges, qui post David fuisse referuntur, ab illo omnes vocabant. Nec ipsi solum, verum etiam Deus. Nam et Ezechiel et alii Prophetæ dicunt David surrecturum esse eis, atque venturum : non de illo utique mortuo jam loquentes, sed de iis qui illius virtutem erant imitaturi. Et Ezechiæ quidem dicit : *Protegam civitatem istam propter me, et propter David puerum meum* (4. *Reg.* 19. 34). Salomoni vero dicebat : *Quoniam propter David regnum ejus ipso vivente non dirumperet* (3. *Reg.* 11. 34). Multa enim illius viri et coram Deo erat et coram hominibus gloria. Propterea igitur a notiore interim et celebratiore persona sumit exordium : et tum demum ad antiquiorem recurrit parentem, superfluum, quantum ad Judæos spectat, esse judicans, sermonem superius ordiri. Isti enim erant præcipue maximeque mirabiles : ille quidem quod esset rex et propheta, hic vero quod propheta et patriarcha. Et unde, inquis, manifestum est ex David esse Christum? Si enim non ex viro, sed tantummodo est natus ex Virgine, de cujus certe generatione reticetur, quomodo scire poterimus illum ex David stirpe descendere? Duo sunt enim, quæ pariunt quæstionem : unum, quæ causa sit, ut in generationum catalogo Virgo sileatur; alterum vero, qua ratione Joseph memoretur ab eis, cui certe nihil cum Christi generatione est commune. Videtur enim et unum abundare, et alterum deesse. Quid ergo dicemus? Quod utique primum illud necesse fuerit memorari, quemadmodum ex David Virgo descenderit. Unde hoc itaque discemus? Audi ad Gabriel loquentem Dominum : *Vade ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Joseph, ex domo et familia David* (*Luc.* 1. 27). Quid igitur vis audire manifestius, cum ex domo et familia David illam Virginem esse cognoscas?

4. Unde patet quod inde utique erat etiam Joseph. Fuerat quippe in lege præceptum, ex diversis tribubus non licere usurpari conjugium. Sed et patriarcha Jacob de Judæ stirpe illum venturum esse prædixit : *Non deficiet*, inquit, *princeps de Juda, nec dux de femoribus*

Digitized by Google

ejus, donec veniat cui paratum est : et ipse erit exspectatio gentium (*Gen.* 49. 10). Hæc ergo prophetia ex tribu quidem Juda illum fuisse declarat, non tamen quod ex David genere descendat. Putasne igitur ex tribu Juda, unius familiæ tantum, id est solius David, propagatum genus ac non aliorum etiam multorum? Imo usuvenire videmus, ut quis sit ex tribu Juda, qui tamen a David genus non trahat. Sed ne istud hic diceres, præveniens evangelista prorsus exclusit suspicionem tuam, non solum ex domo, verum etiam ex familia David illum esse confirmans. Si vero nunc aliunde quoque vis istud addiscere, nec altera probatione deserimur. Non solum enim de alia tribu, sed ne de familia quidem, hoc est cognatione altera fas erat conjugia copulari. Ita istud quod dicitur, ex domo esse et familia David, sive Virgini copuletur, constabit dictum, sive ipsi Joseph potius aptetur, illud idem conficitur. Si enim ex domo David atque familia erat, non aliunde accepit conjugem, nisi ex ea tribu, de qua etiam ipse descenderat. Quid vero, inquis, si legem ille transgressus est? Sed idcirco evangelista præveniens, Joseph justum esse testatus est, ne tu ei temere crimen impingeres : sed ut virtutem ejus potius agnoscens, suspicionem transgressionis abjiceres. Ille siquidem tam modestus, et prava cupiditate liber, ut ne suspicione cogente vellet in Virginis inquirere supplicium, quomodo propter libidinem præcepta legis violasset? Qui enim supra legem sapiebat; dimittere enim, et occulte dimittere, sine dubio erat supra legem profecti : quomodo contra legem aliquid admitteret, et hoc nullius causæ necessitate cogente? Sed quoniam quod ex genere David fuerit hæc Virgo, ex iis quæ dicta sunt, manifestum est : necessarium est dicere, cujus rei gratia Joseph in generationibus evangelista memorarit, cum Virginem prorsus omiserit. Quænam igitur hæc causa est? Non erat mos apud Hebræos generationum catalogum per feminas texere. Ut ergo et morem custodiret, neve in ipso statim principio videretur antiqua destruere, et nobis Virginem certius indicaret, parentes ejus reticens atque majores, de Joseph generatione non tacuit. Sive enim hæc fecisset in Virgine, novitatis non effugisset invidiam : sive Joseph reticuisset, non agnovissemus ex qua tribu Virgo subsisteret. Ut ergo et nos discerneremus quæ esset Maria, vel unde, et consuetudo legis permaneret immobilis, generationum catalogum usque ad sponsum ejus perduxit, ac de domo illum David esse monstravit. Hoc enim declarato, illud quoque pariter ostendit quod scilicet inde esset et Virgo : quia utique nequaquam justus iste pateretur uxorem sibi aliunde, quam unde lex præcipiebat eligere. Possumus vero aliam quoque et altiorem quidem proferre rationem, ob quam parentes Virginis prætermissi sunt : quam nunc exponere minus opportunum videtur, eo quod multa jam dicta sunt. Et idcirco hic jam sermonem de quæstionibus terminantes, teneamus interim diligenter ea quæ nobis absoluta patuerunt : quam ob causam David nominaverit priorem, deinde qua ratione librum ipsum, librum generationis vocarit, vel etiam cur dixerit, *Jesu Christi :* deinde quomodo generatio ejus et communis sit, et non sit per cuncta communis : tum, unde Maria ad David pertinere monstretur : ad extremum, quam ob rem Joseph quidem generationum catalogo collocetur, Mariæ autem parentes omnino sileantur. Si enim custodieritis ista, promptiores nos facietis ad reliqua : sin vero hæc respueritis et expuleritis e mentibus, pigriores erimus in cæteris. Neque enim terræ quæ semina priora corruperit, curam adhibere delectabit agricolam : propter quod, obsecro, ut hæc quæ seminata sunt, versetis. De tali enim studio, talique cura ingens quoddam animabus bonum, ac salutare conquiritur. Nam et Deo placere possumus ista curando, et ab injuriosis obscœnisque sermonibus et a conviciis munda ora servabimus, dum spiritualibus exercemur eloquiis : et dæmonibus terrori esse poterimus, linguam nostram talium armis muniendo verborum, et tunc majorem Dei gratiam valebimus promereri. Hinc enim mentis vestræ et acumen augetur, et lumen. Nam et oculos, et os, et auditum propterea posuit in nobis Deus, ut omnia ipsi membra servirent : ut quæ ipsius sunt audiamus, quæ ipsius, loquamur; quæ ipsius, semper operemur; eique laudes canamus assiduas, et gratias per cuncta referamus, perque hæc omnia conscientiæ nostræ secreta mundemus. Sicut enim corpus quod aeris puritate perfruitur, sanius fit : sic profecto etiam anima fit sapientior, tali meditatione innutrita.

5. Nonne vides etiam corporis oculos, cum in fumo forte remorantur, lacrymas semper effundere : si vero potiantur aere purgato, et florentibus pratis, et hortis virentibus, et fontibus inter amœna fluentibus, et saniores esse, multoque majore aciei fulgore rutilare? Talis profecto est et mentis oculus. Si enim in pratis spiritualis pascatur eloquii, erit totus sine dubio purus ac lucidus, et acutius cuncta perlustrans : si vero in fumum sæcularium negotiorum fuerit ingressus, ad innumera prorsus mala lacrymabitur, ac flebit, et in hoc quidem sæculo, sed multo amarius in futuro. Fumo enim sunt humana negotia comparanda. Propterea et ille ait : *Defecerunt sicut fumus dies mei* (*Psal.* 101. 4). Sed ille quidem de brevitate hoc, et fuga quadam hujus dixit ætatis. Ego vero non ad hoc solum, verum etiam ad turbulentiam rerum præsentium dici posse istud accipio. Nihil enim ita oculos animæ contristat ac turbat, ut sæcularium turba curarum, et quasi obvolitantia quædam multiplicis cupiditatis examina. Hæc enim sunt istius fumi ligna. Nam sicut ignis iste communis ubi humidam corripit conspersamque materiam, plurimum sine dubio fumum suscitat : sic etiam concupiscentia vehemens illa prorsus, ac flammea, quando humentem alicujus ac palustrem succendit animam, multum in ea fumum gignit, ac nutrit. Propter hoc etiam rore opus est sancti Spiritus, et potentis illius auræ flatu, ut hujusmodi exstinguat ignem, fumumque dispergat, et cogitationem nostram expeditam reddat, ac volucrem. Non potest enim quis omnino, non potest tantis prægravatus, atque in terram defixus malis, ad cælorum evolare fastigium. Et

Digitized by Google

ideo studendum nobis est, ut parati semper, et accincti iter hoc conficere possimus : imo nec sic quidem possibile est, nisi alis Spiritus subvehamur. Si igitur mente levi et expedita, et spirituali opus est gratia, ut excelsum illud valeamus ascendere, cum nihil horum, sed et omnia quotidie adversa contrahamus, et diabolico nos pondere opprimimus : quonam, quæso, pacto sursum volare poterimus, tam importabili onere depressi? Etenim si quis in quibusdam justis stateris nostros velit cogitatus sistere, inter mille sæcularium sermonum talenta vix centum denarios spiritualium poterit invenire verborum, imo nec decem quidem obolos. An vero non turpe maximeque ridiculum sit, res necessarias certasque magna plerumque parte, servis quos habemus demandare : ori vero quod proprium nostrumque possidemus, viliora quam mancipiis, nempe inutilia quædam et supervacua committere : utinam vero supervacua tantum, non etiam damnosa et noxia, nihilque profutura? Nam si nobis utilia essent quæ loquimur, etiam Deo proculdubio verba nostri oris placerent. Nunc vero quascumque hostis antiquus suggerit loquutiones loquimur, tum quidem ridentes ipsi, tum vero in aliorum risum faceta aliqua et urbana dicentes : et nunc quidem maledicta jaculantes et contumelias : nunc vero mentientes, jurantes, pejerantes : et nunc quidem nolentes loqui, nunc vero multiloqua vanitate deliros omnes delirasque superantes, ea quæ ad nos omnino non pertinent, absque ulla in medium ratione proferimus. Quis enim vestrum, respondete, quæso, qui assistitis, unum, si exigatur, psalmum potest memoriter ediscere, aut Scripturarum sacrarum ullam aliam portionem? Nullus omnino est : nec tamen solum istud est malum; sed quoniam ad spiritualia desides ac remissi, ad diabolica prompti, ignem ipsum ardore superatis. Etenim si quis vos de theatralibus aliquid voluerit interrogare canticis, et meretricios illos fractosque modulos audire : multos, qui illa etiam diligentissime didicerint, poterit invenire, et qui ea cum maxima etiam pronuntient voluptate. Sed estne horum criminum tandem aliqua defensio? Non sum, inquit, ego monachus, uxorem habeo, et filios, et curam domus gero. Hoc enim est, quod omnia quasi una quadam peste corrumpit, quoniam lectionem divinarum Scripturarum ad solos putatis monachos pertinere, cum multo magis vobis quam illis sit necessaria. Qui enim versantur in medio, et vulnera quotidie accipiunt, magis indigent medicamine. Itaque multo est gravius atque deterius, rem superfluam esse legem Dei putare, quam illam omnino non legere. Hæc enim verba sunt, quæ de diabolica prorsus meditatione promuntur.

6. Non audis Paulum loquentem : *Quoniam ad correptionem nostram hæc omnia scripta sunt* (1. *Cor.* 10. 11)? Tu ergo Evangelium etiamsi illotis, ut aiunt, manibus contrectare daretur, ne attingere quidem cupias : tantum abest, ut penitus penetrare judices operæ pretium; itaque fit ut sursum hodie deorsum omnia ferantur. Quod si discere cupis quantus ex Scripturis divinis nascatur profectus, temetipsum diligenter examina : qualis quidem efficiaris cum psalmos audis, qualis item cum diabolicam cantilenam : et quemadmodum quidem affici soleas cum in ecclesia steteris, quemadmodum vero si sederis in theatro, et videbis quam sit grande istius animæ, illiusque discrimen, licet una semper in te anima sit : idcirco enim apostolus ait : *Corrumpunt mores bonos colloquia mala* (1. *Cor.* 15. 33). Itaque assidue potentibus Spiritus Dei carminibus egemus. Etenim istud est quo irrationalibus præstamus animantibus, cum certe inferiores simus in cæteris. Hoc est enim nutrimentum animæ, hoc ornamentum, hoc securitas : ut e regione, Dei non audire verbum, fames atque internecies. *Dabo*, inquit, *eis non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Dei* (*Amos* 8. 11). Quid igitur infelicius esse possit, quam ut quod Deus in pœnam minatur, hoc tu jam sponte in caput tuum attrahens corroges malum, inferens animæ tuæ sævissimam famem, atque pestiferam, per quam miseriorem illam cunctis omnino rebus efficias? Verbis enim nunc sanari illa solet, nunc corrumpi. Nam et sæpe in iram sermone succenditur, et ab ipso incendio alio rursus sermone restinguitur : et ad concupiscentiam sermo illam obscœnus inflammat, et ad pudicitiam verbum honestatis reducit. Si autem hoc facit sermo iste communis, responde, quare tu Scripturarum eloquia contemnas? Nam si admonitio sola tantum valet, quanto magis si etiam per Spiritus sancti gratiam ipsa admonitio proferatur? Ex Scripturis namque divinis sermo prolatus, ipso igne vehementius animam audientis accendit, atque in omnium illam præparat usum bonorum. Sic etiam Paulus Corinthios, quos inflatos esse cognoverat ac tumentes, castigatione sermonis reddidit mitiores. De quibus enim erubescere, seque occultare potius debuerant, ob ea ipsa superbum quiddam sublimeque sapiebant : sed postquam Pauli epistolam susceperunt, audi quanta illorum sit facta mutatio, de qua ipse certe illis testimonium reddit magister : *Hoc ipsum*, inquit, *secundum Deum contristari vos, quantam in vobis effecit sollicitudinem, imo defensionem, imo indignationem, imo timorem, imo desiderium, imo æmulationem, imo vindictam* (2. *Cor.* 7. 11). Ita ergo et servos, et filios, et conjuges moderemur, et amicos ; ita et de inimicis quoque amicos facere curemus. Sic etiam illi magni viri Deoque cari, facti sunt profecto meliores. Nam et David post peccatum, quoniam sermonem audivit Dei, ad salutarem illam pœnitentiam convolavit (2. *Reg.* 12, 13). Et apostoli eodem pacto facti sunt tales quales eos fuisse miramur : eodem pacto universum illi mundum attraxerunt. Et quid, ais, lucri est, quando quis audit, et non accedit ad implenda quæ dicta sunt? Non parvus est etiam ex ipso profectus auditu. Nam qui audit, et semetipsum reprehendet sæpe, et altius ingemiscet, et eo quandoque perveniet, ut studeat etiam implere quod didicit. Qui vero nec quod peccavit intelligit, quando a peccatis recedet? quando se ipse culpabit? quando etiam emendare conabitur? Non igitur contemnamus Scripturas audire divinas. Hæc enim diabolicæ inspirationis sunt, non sustinentis nos

Digitized by Google

aspicere thesaurum, ne divitias acquiramus. Propterea ille suadet, nihil omnino esse commodi divinas audire leges, ne quando ex auditu sequi etiam videat actionem. Deprehendentes itaque hanc illius artem malignam, undique nos muro scientiæ muniamus, ut spiritualibus circumstipati armis, et ipsi permaneamus intacti, et caput dejiciamus inimici : sicque victoriæ insignibus adornati, futurorum gaudio potiamur bonorum, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria cum Patre, et sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA TERTIA EX CAPITE I.

Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham, etc.

1. Ecce jam tertia disputatio vertitur, et necdum a nobis sunt Evangelii absoluta principia. Non frustra ergo prædiximus, quoniam hujusmodi intellectuum natura multa continet profunda. Age vero hodie sequentia disseramus. Quid ergo nunc in quæstione versatur? Cujus videlicet rei gratia Joseph in generationum catalogo ponatur, cum ad nativitatem nihil conferat : et unam quidem causam jam recensuimus, necesse vero et alteram magis arcanam illa priore magisque abditam edocere. Sed quæ ea est? Noluit evangelista recenti adhuc tempore novi illius admirandique partus Judæis esse manifestum, quod Christus natus fuisset ex Virgine. Sed nemo quasi de inusitata expositione turbetur. Neque enim proprius noster hic sermo est, sed a nobis de patrum, atque insignium virorum traditione susceptus. Si enim ipse Dominus multa in primis obumbravit atque operuit, filium se hominis vocans : nec illam quam cum Patre possidet æqualitatem, ubique nobis ad liquidum revelavit : quid miraris si hoc quoque interim texit, magnum quiddam atque mirabile dispensando? Et quidnam hoc est mirabile, inquies? Ut scilicet et salvaretur Virgo, et maligna suspicio pelleretur. Si enim ab initio Judæi ista audissent, lapidassent Virginem, indigne propter eam famam tractantes, et adulterii illam crimine condemnassent. Qui enim etiam illis operibus, quorum sæpe in Veteri Testamento exempla præcesserant, manifesta impudentia repugnabant, nunc dæmonia ejicientem, dæmonium habere dicentes : nunc in sabbato signa facientem quasi Dei adversarium judicantes : cum certe liquido constaret sabbatum sine crimine frequenter solutum : quid illi hoc audito dicere, quid facere aliquando dubitassent, cum utique omni occasione, quamquam nullam ille præbuisset, ad hujus calumniam abuterentur? Si enim etiam post tot signa adhuc illum Joseph filium nuncupabant, quomodo ante signa natum ex virgine credidissent? Propterea igitur Joseph in generationibus ponitur, Virginemque ducit. Nam si iste quoque, vir certe admirandus et justus, multis rebus indiguit, ut quod factum erat, verum esse suspiceret, admonitus ab angelo, admonitus revelationibus somniorum, et prophetico testimonio confirmatus : quando illi pravi animo, et corrupti, tamque hostiliter Christo repugnantes, hanc opinionem probassent? Valde enim ipsos perturbasset res insolens et nova, et quod numquam tale quidquam vel fando accepissent temporibus majorum suorum accidisse. Nam ille quidem qui eum Dei Filium semel credidisset, nihil de hoc possit ambigere : qui vero seductorem illum Deoque putaret esse contrarium, quomodo non ex hoc scandalizaretur magis, atque ad suspicionem illam turpissimam duceretur? Propterea et apostoli inter initia evangelii prædicandi non continuo istud annuntiant, sed fidem resurrectionis præcipue inculcant, cujus jam in prioribus præcesserant exempla temporibus, etsi non per omnia fuisse doceantur æqualia : quod vero natus sit ex Virgine, parumper occultant, sed nec ipsa quidem hoc mater temere est ausa proferre. Itaque considera quid etiam ad ipsum loquatur : *Ecce*, inquit, *ego et pater tuus quærebamus te* (*Luc.* 2. 48). Cæterum si hæc passim fuisset opinio vulgata, nequaquam illum David filium credidissent : quod si non putaretur, mala etiam hinc plurima nascerentur. Idcirco istud ne angeli quidem, nisi ipsi Joseph tantummodo loquuntur et Mariæ : evangelizantes vero pastoribus, cum Dominum esse natum palam nuntient, quo tamen sit natus modo prorsus occultant. Cujus vero rei gratia cum meminisset Abrahæ, atque dixisset, quia genuerit Isaac, et Isaac Jacob, nec fratris ejus mentionem facere curasset, ad Jacob veniens, non solum Judam, sed etiam fratres ejus annumerat?

2. Quidam sane propter malignitatem morum Esaü et aliorum priorum id factum esse voluerunt : ego vero istud omnino non dixerim. Si enim hoc observandum putavit, qua ratione paulo post talium meminit feminarum? Hic enim a contrario refulget dignitas Christi : non quia magnos progenitores habeat ac potentes, sed quia potius exiguos ac viles. Sublimium quippe illa maxima gloria est, humiliari sponte submissius. Qua ergo de causa non meminit cæterorum? Quia scilicet nihil habebant cum Israelitarum genere commune, Saraceni et Ismaelitæ, et Arabes, et quotquot sunt ex illorum patribus procreati. Propterea igitur illos quidem reticuit : festinat vero ad eos, ex quibus nascitur Christus, et unde propagatur populus Judæorum. Propter quod ait : *Jacob autem genuit Judam, et fratres ejus.* Hic jam Judæorum designatur genus. *Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar.* Quid agis, o homo? quid nobis talis recordationem infers historiæ, qua adulterium turpe continetur? Quid hoc vero rei est? Quia si nudi tantummodo hominis describeretur genus, merito hæc reticuisset : quia vero de incarnati mysterio scribimus Dei, non modo non tacere ista, verum ostentare debemus : ita subjicientes oculis tam curam quam pro nobis gerit, quam potentiam. Venit enim non ut nostra fugeret opprobria, sed ut ea potius exstingueret. Sicut

Digitized by Google

enim admirabilis magis judicatur, non quia mortuus tantum, verum etiam quia crucifixus est : quamquam est certe res ista per se exprobratione plenissima ; sed quanto magis exprobrabile istud est, tanto magis illum ostendit de misericordia gloriosum : sic etiam in generatione illius dici potest, quod non solum, quia suscepit carnem, et homo factus est, admiratione sit dignus ; sed quia etiam tales progenitores habere dignatus est, nihil ob nostra mala erubescens. Idque ex ipsis nascendi primordiis ostendit, quam nil hunc pudeat omnino eorum quæ nostra sunt : per ista proculdubio docens, ut nos quoque numquam erubescamus de vitiis parentum : sed unum quæramus illud, nempe virtutem : nam qui illam fuerit consequutus, etiamsi alienigenam habeat matrem, etiamsi fornicatione pollutam, vel quolibet ejusmodi dedecore sordidatam, nihil tamen de ejus aut vilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. Quod si fornicatorem ipsum ad meliora conversum, nequaquam prior vita commaculat : multo magis e meretrice natus et adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non decoloratur opprobriis. Neque vero, ut tantummodo nos doceret hoc fecit, sed etiam ut reprimeret Judæorum tumorem. Quia enim illius nobilitatis, quæ ad animam pertinet, insignia negligebant, nimiumque insolenter de Abrahæ stirpe gloriabantur, virtutem parentum defensionem suorum rati esse vitiorum : idcirco in ipso Evangelii principio docet, non alienis, sed propriis esse gloriandum virtutibus. Simul etiam illud agit, ut ostendat omnes, ipsos quoque progenitores eorum subditos esse peccatis. Siquidem patriarcha eorum ipse ille, a quo nomen accipiunt, non exiguum aliquod legitur admisisse delictum. Urget enim Thamar fornicationem ejus accusans. David quoque Salomonem ex muliere, quæ illi fuerat adulterio juncta, suscepit. Quod si a magnis illis custodita lex non est, multo potius a minoribus. Si ergo non est impleta lex, omnes utique peccaverunt, et necessaria facta est Christi præsentia. Propterea igitur et duodecim patriarcharum intulit mentionem, ut hinc quoque humiliaret immodicam de progenitorum nobilitate jactantiam. Multi enim eorum ex ancillis matribus nati sunt, nec tamen differentia parentum fecit differentiam filiorum. Siquidem illi omnes similiter et patriarchæ, et tribuum principes exstiterunt : privilegium enim Ecclesiæ ista jam designabat æqualitas. Hæc quippe nostræ nobilitatis est prærogativa, cujus olim figura præcesserat, ut sive servus sit aliquis, sive nobilis, nihil huic plus minusve accedat. Sola enim hic requiritur voluntas, mentisque generositas.

3. Supra hæc vero quæ diximus, etiam aliud quiddam est, propter quod ipsam commemoravit historiam. Siquidem non otiose ad Phares addidit et Zaram. Erat enim abundans, atque omnino superfluum, commemorato Phares, per quem Christi erat decursura generatio, Zaræ quoque facere mentionem. Qua igitur illum ratione memoravit ? Paritura istos cum esset Thamar, jamque partuum dolores adessent, prior Zara emisit manum ex utero : tunc obstetrix hoc videns, quo primogenitus notus esset, cocco ejus alligavit manum, quam ille vinctam retraxit. Quo toto jam intra alvum recepto, processit Phares, et tum demum Zara. Quos cum obstetrix natos videret, dixit ad Phares : *Quare propter te incisa est sepes* (*Gen.* 38. 29) ? Vidistine signatissimam mysteriorum figuram? Non enim incassum hæc tanto ante scripta sunt, sed neque sacra dignum fuisset historia dicere, quid obstetrix fuisset loquuta : nec hujusmodi narrationem decebat notam facere, quod manum ille protulerit, qui secundo egressus est. Quid igitur hoc ænigmate designatur ? Prius de ipso pueri vocabulo quod latet in quæstione, discimus. Phares enim concisio est, atque divisio. Secundo autem ex ipsa novitate facti. Neque enim erat consequentiæ naturalis, ut is qui emisisset manum, eamdem, postquam esset vincta, revocaret. Neque enim consueti motus hoc fuit, ordinisve naturæ. Nam præmissa quidem hujus manu, alterum egredi, naturale fortasse sit : retrahi vero istam, et transitum alteri cedere, non jam fit lege nascentium, sed profecto ex Dei gratia, quæ tunc pueris aderat, ista dispensans, et nobis quamdam imaginem futurorum in eorum nativitate depingens. Quid igitur aiunt quidam, diligenter ista pensiculati ? Duorum populorum typum esse hos puerulos, eoque pertinere, ut intelligas, posterioris populi rempublicam præluxisse ortui prioris. Manum prætentam habens, haud universum spectandum se præbet puerulus, sed et eam corripit rursus. Mox fratre toto effuso, apparet ipse quoque totus : quod ipsum in utroque contigit populo. Nam republica illa spirituali, quæ temporibus Abrahæ fuit, illucescente, et dein de medio cursu subito revocata, Judæorum populus venit et legalis respublica : rursus post legem, novus ille totus jam prodit populus una cum suis legibus, ob quod etiam obstetrix exclamat : *Cur rupta propter te sepes est?* quod illius reipublicæ libertatem subingressa legis sepes, interclusit dissecuitque. Sepem enim Scriptura vocare legem solet, sicut et propheta inquit : *Sustulit sepem ejus, et vindemiant quotquot hac faciunt iter* (*Psal.* 79. 13). Item, *Sepem circumposui ei* (*Isai.* 5. 2) ; et Paulus, *Interstitium maceriæ solvens* (*Ephes.* 2. 14).

4. Alii vero totum hoc, *Cur rupta propter te sepes est ?* de novo legemque sequuto populo intelligunt : veniens enim ille legem sustulit. Vides quod non ob exigua quædam et vilia, eam quæ de Juda est, commemoravit historiam. Nam Ruth et Rahab non frustra intulit mentionem, quarum unam alienigenam, aliam etiam meretricem fuisse constat : sed ut disceres idcirco venisse Christum, ut nostra mala deleret omnia. Non enim quasi judex, sed quasi medicus advenit. Sicut igitur illi conjuges accepere meretrices : sic etiam Deus fornicatricem hominum naturam sibi copulavit. Quod prophetæ quoque olim in synagoga dixerunt factum esse : sed illa quidem cohabitatori suo fuit ingrata semper : Ecclesia vero semel a malis patriis liberata, in sponsi amore permansit. Itaque considera etiam ea quæ in Ruth facta sunt, nostri figuram fuisse. Hæc enim erat alienigena, et in extremam delapsa

Digitized by Google

pauperiem : sed videns eam Booz , nec ob ipsius paupertatem despexit , nec ob impietatem gentis exhorruit : sicut etiam et Christus Ecclesiam suscipiens, et alienigenam et magnorum laborantem egestate bonorum, suo consortio copulavit. Sed quemadmodum Ruth illa ex alienigenis mulier, nisi prius reliquisset parentes , nisi domum contempsisset , et gentem , et patriam, atque cognatos , numquam profecto tali fuisset nobilitata connubio : ita Ecclesia etiam non anté amabilis efficitur sponso , quam priorem conversationem relinquat. Quod propheta quoque ad ipsam loquens , ait : *Obliviscere populum tuum et domum patris tui , et concupiscet rex decorem tuum* (*Psal.* 44. 11. 12). Hoc Ruth etiam fecisse legitur , et idcirco in Ecclesiæ similitudinem mater regum effecta est. Ipsius enim ex stirpe , David aliique reges fuerunt, qui de eadem familia germinarunt. His igitur omnibus eos pudore suffundens , ac suadens non altum sapere, et generationum catalogum texuit , et mulieres istas produxit in medium. Nam David regem certe illum magnum alienigena ista per suos posteros genuit: neque tamen ille ignobilitatem ejusmodi matris erubuit. Non est enim omnino, non est nec de virtute, nec de vitio parentum, aut laude aliquis dignus, aut culpa : nemo inde vere aut obscurus, aut clarus est : imo ut quod incredibile videtur , dicamus , nescio quomodo magis ille resplendet, qui ex parentibus a virtute prorsus alienis, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis. Nullus igitur in superbiam de gloria parentum elevetur , sed considerans progenitores Domini , omnem reprimat mentis tumorem , et de solis virtutibus glorietur , imo nec de ipsis quidem. Sic enim etiam Pharisæus publicano deterior effectus est. Si autem vis sublime aliquid ostendere virtutis, noli sapere sublime : et tunc illud quod egeris , esse monstrabis excelsius. Noli te putare quidquam fecisse cum feceris : sic absolutissimum erit opus. Si enim etiam cum peccatores simus, hoc nos arbitrando esse quod sumus , justificamur, sicut etiam publicanus : quanto magis si cum justi fuerimus , esse nos peccatores putemus ? Siquidem ex peccatoribus quoque justos humilitas facit : cum tamen non sit illud humilitas, sed vera confessio. Si igitur tantum valet in peccatore confessio, considera quantum humilitas possit in justo. Noli itaque ipse tuorum corrumpere fructus laborum , noli sudores tuos in vacuum effundere , noli cursum in inane dirigere , ne post mille circuitus mercedem laboris amittas. Novit enim Dominus tuus , et quidem longe te melius , tuarum merita virtutum : etiam si calicem aquæ frigidæ dederis , nec hoc quidem irremuneratum relinquet. Nummum quoque si dones unum, vel si etiam, cum nihil omnino donare poteris, ingemiscas: omnia cum ingenti benignitate suscipiet, ac mercedem pro his largam parabit. Cujus autem rei gratia tua dijudicas, nobisque ea studes frequenter ingerere? An ignoras quod si te ipse laudaveris, nequaquam lauderis a Deo ? Ita e regione, si te ipse quasi miserum lugeas, numquam te ille prædicare apud omnes cessabit. Non vult enim laborum tuorum fructus perire ; quinimo omnia in tuum commodum facit , tibique rem augere festinat, ut etiam pro exiguis te coronet, undique occasiones requirens, per quas te de gehennæ possit liberare supplicio.

5. Et idcirco etiamsi undecima diei opereris hora , integram tamen tibi est mercedem daturus. *Etsi nulla*, inquit, *fuerit tibi salutis occasio, propter meipsum faciam, ne nomen meum utique polluatur* (*Ezech.* 36. 22. 32). Et si ingemueris solum , atque lacrymaveris , rapit ista confestim in tuæ occasionem salutis. Non igitur in superbiam intumescamus , sed dicamus nosmetipsos inutiles, ut in partem utilium transeamus. Si enim te laudandum esse dixeris , reprobus effectus es , etiamsi fueras ante laudabilis. Si vero inutilem te esse fatearis , factus es utilis, etiamsi fueras ante culpabilis : propter quod necessaria nobis est præteritarum oblivio virtutum. Et quomodo, inquis, possumus ignorare quod novimus ? Quid ais tu, cum quotidie offendas Dominum, nihilominus deliciaris ac rides , et inter magna peccata nec te peccasse nosti , oblivioni cuncta tradendo : solam vero non potes recte factorum abjicere memoriam? Et certe cum multo sit fortior pars timoris, nos e contrario quotidie offendentes Dominum, nec revocamus quidem ad memoriam peccata quæ fecimus ; si vero parvam aliquam inopi porrigamus stipem , sursum id deorsumque jactamus : quod extremæ omnino dementiæ est, et grande illius, qui spiritualia debet colligere, detrimentum. Satis certus enim recte factorum est thesaurus , ipsa recte factorum oblivio. Quia sicut aurum , vestemque pretiosam cum in publico ponimus, plurimos ad insidias provocamus : si vero ea recondamus atque occulamus domi , in tuto cuncta servabimus : sic sunt etiam divitiæ virtutum , si eas in memoria quasi venales assidue portemus, irritamus Dominum , armamus hostem , et invitamus ad furtum. Sin vero nemo alter id scierit, nisi quem nulla occulta latere possunt, tutissimo in loco pretiosa consistent. Nequaquam igitur hujusmodi bona frequenter eventiles, ne quis ea forte diripiat. Quod etiam Pharisæus passus est, in lingua illa circumferens : unde ea et diabolus rapuit : quamquam certe illa cum quadam gratiarum actione memorabat, atque ad Dominum cuncta referebat. Sed ne hoc quidem profecto suffecit ei. Non enim gratiarum actio est aliis exprobrare delicta , sibi a plurimis gloriam quærere , et super eos qui peccaverunt jactanter insurgere. Quod si gratias agis Deo, sufficiat tibi ipse solus , nec velis eas in hominum proferre notitiam , neque proximum judicare. Non est namque istud actio gratiarum. Vis autem quemadmodum veræ Deo gratiæ referantur, agnoscere? Audi tres pueros in medio ignis loquentes : *Peccavimus, inique gessimus : justus es, Domine, in omnibus quæ fecisti nobis, quoniam in vero judicio omnia induxisti super nos* (*Dan.* 3. 29. 27. 31). Hoc est enim referre gratias Deo, peccata ei propria confiteri, ut cum mille se aliquis reum fateatur malorum, nulla tamen pro his magna satis se arbitretur ferre supplicia. Caveamus igitur de nobismetipsis dicere gloriosa : hoc enim nos et hominibus invisos , et Deo abomi-

Digitized by Google

nabiles facit. Et idcirco quanto majora fecerimus bona, tanto de nobis minora dicamus. Hoc enim modo maximam et coram Deo et coram hominibus gloriam consequemur : nec solum gloriam quæ a Deo est, verum etiam mercedem, retributionemque plenissimam. Noli ergo mercedem reposcere, ut merearis accipere. Tu salvari te Dei gratia confitere, ut se ille tibi debitorem fateatur, nec modo pro operibus tuis, verum etiam pro hac gratia, humilique sententia. Quando enim aliqua recte fecerimus, habemus eum proculdubio debitorem ob res bene gestas tantum : quando vero nihil arbitramur nos recte operatos, amplius etiam de tali meremur affectu, quam propter opera ipsa quæ fecimus. Minimum itaque de se sensisse, tam magnum est, quam maximas res fecisse. Quod si non adsit, nec illæ poterunt esse laudabiles. Nam nos quoque famulos habentes, tunc eos maxime comprobamus, quando cum bona gratia in omnibus obsequuti, nihil se grande arbitrantur egisse.

6. Itaque si bona tua magna vis facere, noli ea magna putare : aliter enim magna esse non possunt. Sic enim centurio dixit : *Non sum dignus, ut intres sub tectum meum* (*Matth* 8. 8) : et propterea dignus effectus est, supraque omnes Judæos jure mirabilis. Sic etiam Paulus ait : *Non sum dignus vocari apostolus* (1. *Cor.* 15. 9) : ideo omnium primus inventus est. Sic et Joannes : *Non sum*, inquit, *idoneus solvere corrigiam calceamenti ejus* (*Marc.* 1. 7. *et Matth.* 3. 11) : et idcirco amicus factus est sponsi. Et manum quam indignam calceamentis esse dicebat, eam Christus ad caput suum sublevavit. Sic etiam Petrus ait : *Exi a me, Domine, quia homo peccator sum* (*Luc.* 5. 8) : et propterea factus est Ecclesiæ fundamentum. Nihil enim sic est amicum Deo, quasi si quis se minimis annumeret : hoc est enim caput totius philosophiæ atque fastigium. Qui enim humiliatur corde atque conteritur, non efferetur inani gloria : non invidiæ livore, non iracundiæ furore vexabitur, non ullis aliis vitiis subjacebit. Namque ut contritam manum etiam si millies in altum levare velimus, non possumus : ita etiam si animam conteramus, quamlibet innumeræ illam inflando elevare voluerint passiones, ne tantulum quidem potuerit extolli. Si enim qui externarum luget damna rerum, omnes a se fugat animæ languores : multo magis qui hoc pro peccato facit, plena philosophiæ sanitate potietur. Et quis, inquis, ita conterere cor suum potest ? Audi Davidem, qui per hoc præcipue refulsit, et vide quam ejus anima contrita sit. Nam post virtutes innumeras, cum domo excidisset et patria, et vitam ipsam postremo periclitaretur amittere, cum tempore ipso discriminis sui militem vilem et prorsus abjectum, insultantem sibi et maledicentem videret, non modo ipse non retulit maledictionis vicem, sed etiam quemdam ducum suorum volentem eum interimere, non sivit, dicens : *Dimitte ut maledicat, quoniam Dominus mandavit ei : forsitan respiciet Deus humilitatem meam* (2. *Reg.* 16. 11). Et rursus, cum sacerdotes rogarent ut cum illo circumferretur arca, non passus est : sed *Stet*, inquit, *in templo : et si liberaverit me Deus de instantibus malis, videbo pulchritudinem ejus : si vero dixerit mihi, Nolo te : ecce ego, faciat mihi quod placet in conspectu ejus* (2. *Reg.* 15. 25. 26). Illud vero erga Saülem semel iterumque et multoties factum, nonne cumulum philosophiæ ingentis ostendit ? Veterem quippe superaverat legem, et prope ad apostolica præcepta pervenerat. Idcirco quæ Dei erant, per omnia diligebat : non ipse se de iis quæ fecerat laudans, sed unum et solum studet sequi ab ipso positas leges, eisque in omnibus obedire. Et post tot certe illa merita virtutum, cum illum tyrannum, fratricidam, parricidam, injuriosum atque furiosum pro se regnantem videret, nec sic quidem scandalum mente concepit : sed si, inquit, hoc visum fuerit Deo, me quidem exagitari et errare semper ac fugere, illum vero regnare, amplector atque suscipio : et habeo pro innumeris, quæ a Deo mihi inferuntur, tribulationibus gratiam. Longe aliter quam plurimi impudentes pariter et arrogantes, qui cum ne minimam quidem partem de illius virtute possideant, si quos videant prospere agentes, se vero parvam sufferre mœstitiam, mille animas suas non metuunt vulnerare blasphemiis. At non etiam David talis fuit, sed inter maximas tribulationum procellas, omnem modestiam ac patientiam mentis ostendit : propter quod dixit Deus : *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum* (*Psal.* 88. 4. 21). Talem igitur etiam nos possideamus animam : et quidquid patimur, facile feremus ac fortiter : atque ante regnum futurum, hic quoque fructum de humilitate capiemus. *Discite*, inquit Dominus, *a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris* (*Matth.* 11. 29). Ut ergo hic et ibi optata requie multa cum gloria perfruamur, humilitatem, matrem bonorum, nostris penitus mentibus inseramus. Sic enim et istius vitæ pelagus absque ullo tumore fluctuum transire poterimus, et ad tranquillissimum illum portum enavigare, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui est gloria et imperium, cum Patre et sancto Spiritu, in sempiterna sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA QUARTA EX CAPITE I.

Omnes igitur generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim : et a David usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim : et a transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim.

1. Omnem ab Abraham usque ad Christum generationum seriem tres in partes evangelista divisit : ostendens quod nec commutatis quidem disciplinæ modis, ille umquam populus sit melior effectus : sed sive aristocratiæ, sive regno, sive oligarchiæ pareret, in eadem tamen morum pravitate permanserit : et neque cum ducum, neque cum regum, neque cum sacerdotum potestate regeretur, ad studium virtutis accesserit. Quanam igitur ratione sua-

Digitized by Google

dente, tres pariter reges in media generationum parte præteriit : in ultima vero cum duodecim solummodo posuisset generationes, quatuordecim eas esse memorat ? Prius quidem illud vobis potius inquirendum relinquo : neque enim omnia exposita atque absoluta debetis accipere, ne vobis ex nostro nascatur labore desidia. Alterum vero ipsi expedire tentabimus. Mihi enim videtur hoc loco etiam captivitatis tempus in generationum ordine collocare, sed et ipse Christus unius numerum generationis implere, ut quem ex omni parte nobis conjungit. Bene autem etiam captivitatis Babylonicæ recordatur : ut scilicet doceat, populum Judæorum ne illa quidem castigatione correctum, modisque omnibus necessariam fuisse Christi præsentiam. Marcus vero alium scribendi ordinem texuit : nec enim generationes, quibus Christum annumeret, explicuit : quin etiam reliqua narrando, maximo perstrinxit cuncta compendio. Ego igitur existimo, primum omnium Matthæum Evangelium edidisse : propter quod etiam generationum catalogum diligenter enumerat, et plene cuncta atque instanter exsequitur. Marcus autem compendiosa post illum cucurrit via, utpote qui jam ab alio dicta et manifesta replicaret. Lucas sane non modo texit generationum catalogum, verum etiam pluribus eum texit extendendo nominibus : quippe qui Matthæi scriptione præventus, amplius aliquid docere nos studeat. Suum enim quisque probe est imitatus magistrum. Marcus quidem Petrum, verborum parcitate gaudentem : Lucas vero Paulum, fluminum copiam ubertate loquendi superantem. Cur vero Matthæus in ipso sermonis exordio non dixit quod prophetæ solebant : *Visio quam vidi*, vel, *Sermo qui ad me factus est ?* Quia illis scribebat profecto, qui cum bona omnia voluntate susciperent, quippe (*a*) plurimum ab illius auctoritate penderent : quin etiam facta per ipsum sæpe miracula testimonium dictis ferebant : et hi quibus Evangelium condebatur erant in fidei ratione firmissimi. Sub prophetis autem nec tanta erat multitudo signorum, per quam eorum merita lucerent, et maxima tunc pseudoprophetarum increbuerat turba, quibus etiam promptius Judæorum populus obedire consueverat. Propter quod necessaria tunc erat prophetis formula ista principii. Si vero aliquando etiam signa facta esse referuntur, occasione facta sunt gentium barbararum, ut multi ex eis proselytorum numero jungerentur, et ut opportuno in tempore divinæ majestatis insigne claresceret, ne scilicet Dei populum adversarii subjugantes, potentia deorum suorum vicisse se crederent. Idcirco enim et in Ægypto signa facta sunt, unde cum Israelitico exercitu magna illius populi profecta est multitudo : et postea in Babylone, et in fornacis ignibus, et interpretationibus somniorum maxima effulsere miracula. Copiosius vero signa micuerunt, cum essent in eremo a cunctis gentibus omnino separati. Verum his non utique rariora etiam tempore nostræ vocationis ostensa sunt. Nam tum quoque cum primum evangelio coruscante, vel Judæi vel gentes ad veritatem ab errore transirent, plurima eos et maxima mirabilia provocabant, quæ certe non ante cessarunt, quam annuntiata in Christum fides toto diffusa orbe regnaret. Quod si etiam post eremum facta sunt, pauca illa fuerunt et rara : ut cum sol a suo cursu destitit, vel cum etiam retrorsum cucurrit. Nec nostra quidem, si recordemur, ætate mirabilia defuerunt. Siquidem sub principe Juliano, qui omnes impietate superavit, signa frequenter ostensa sunt. Judæis enim templum Jerosolymis reædificare cupientibus, de fundamentis ignis exsiliens, a cœpta illos ædificatione deterruit. Et cum idem profanus sacrata Deo vasa temerando, ebrietatem suæ mentis ostendit, quæstor regalis ærarii per medium repente diruptus est. Tunc etiam ejusdem regis avunculus, nominis quoque illi communione conjunctus, vermibus exesus interiit : quando fontes quoque largorum prius fluminum more manantes pollutis per sacrificia regionibus aruerunt. Tunc etiam intolerabilis fames toto prorsus orbe cum impio rege dominata est. Quis neget signa hæc fuisse manifesta ?

2. Mos siquidem Dei est iste, ut cum mala ad cumulum suum venerint, cumque viderit graviter et suos affligi, et adversarios tyrannide quadam contra se impietatis extolli, vel potius mentis ebrietate bacchari, tunc divinitatis suæ potentiam per signa declaret. Quod etiam propter Judæos in Babylone legitur implesse. Quod vero non frustra, nec absque certa ratione omnino tres in partes progenitores Christi evangelista diviserit, ex his quæ dicta sunt, perspicuum est. Diligenter itaque perpende, et unde ipse generationum numerus incipiat, et ubi finiat : ab Abraham nimirum usque ad David, et a David usque ad transmigrationem Babylonis, ab hac vero usque ad ipsum pervenit Christum. Nam in ipso exordio duos conjuncte posuit, David scilicet et Abraham. Ac rursus per ordinem digerendo, suo nihilominus loco utrumque memoravit. Siquidem, ut ante jam diximus, ad ipsos specialiter fuerant factæ promissiones. Cur autem sicut Babylonicæ captivitatis meminit, non etiam descensus in Ægyptum ? Quia hos non timebant, Babylonios vero audire sine timore non poterant : et quod illud quidem esset antiquum, hoc vero recens, atque oculis semper occurrens : et illuc quidem non propter peccata abducti fuerant, huc vero ob scelera translati. Quod si quis nominum interpretationem discutere conetur, maximas in his quoque divitias sensuum latere mirabitur, et non parum ad intelligentiam Novi proficere Testamenti, ut in ipso Abraham, ut in Jacob, ut in Salomone, ut in Zorobabel. Non enim otiose, nec vacue hæc illis nomina reperimus imposita. Sed ne longius protrahendo sermonem, molestiam vobis inferre videamur, relinquentes ista, ad magis necessaria transeamus. Cum igitur progenitores nominasset omnes, et usque ad Joseph enumerationem venisset, non tamen in eo fuit stare contentus : sed addidit, *Virum Mariæ :* proculdubio declarans, propter illam istum

(*a*) Forte, *quique*.

Digitized by Google

quoque generationum catalogo comprehensum. Deinde ne cum audires, *Virum Mariæ*, communi putares lege naturæ natum esse : considera quemadmodum id quod secus poterat intelligi, sequenti statim narratione correxerit. Audisti virum, inquit, audisti matrem, audisti quoque puero nomen impositum : audi itaque nunc etiam generationis modum. 18. *Jesu Christi autem generatio sic erat.* Responde, quæso, super qua generatione nunc disseras : quamquam jam id ipsum ex parte indicasse videaris, progenitores superius nominando. Sed volo, inquit, modum ipsum generationis exponere. Vides certe quemadmodum auditoris animum suscitarit : nam tamquam novum quiddam dicturus esset, promittit se modum quoque explicaturum. Sed considera, quæso, dictorum admirabilem consequentiam. Neque enim continuo ad ostendendam generationem ejus accessit, sed in primis quotus ab Abraham, quotus a David, quotque generationum gradibus a transmigratione Babylonis distaret edocuit : per quod studiosum auditorem ad temporum supputationem remisit : ostendens quod ille sit Christus, qui a prophetis est prædicatus. Cum enim generationum numerum percurreris, et didiceris a tempore ipsum esse qui porro ante promissus est, facile suscipies et miraculum quod in generatione ejus impletum est. Quia enim magnum quid loquuturus erat, atque mirabile, quod scilicet natus esset ex Virgine : priusquam tempus notet, obumbrat mysterium, virum Mariæ nominando : quin et generationis seriem intersecat, et præterea annos enumerat, admonens auditorem, quod hic ille sit quem patriarcha Jacob promisit, deficientibus ex Juda principibus affuturum (*Gen.* 49. 10) : quem etiam Daniel propheta post multas illas annorum hebdomadas venturum esse prædixit (*Dan.* 9. 25–27). Quod si aliquis illos hebdomadis annos, qui Danieli ab angelo numerati atque prædicti sunt, ab instauratione Jerusalem voluerit supputare, et ad ipsum usque Christum numerando descendere, videbit hos annos illis qui a Daniele signati sunt convenire. Quomodo igitur natus est ? *Cum esset,* inquit, *desponsata mater ejus Maria.* Non dixit, Virgo : sed simpliciter, *Mater :* ut sermo nihil in primis novi afferens, absque difficultate caperetur. Propter quod prius præparans auditorem, quasi ad aliquid eorum quæ ex more veniunt audiendum, et hac eum interim sibi exspectatione devinciens, tunc demum infert quod jure omnes queant et de novitate rei, et de majestate mirari, dicens : *Priusquam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.* Non dixit, Priusquam in sponsi adduceretur domum ; intus enim jam erat. Hunc quippe morem plerumque tenebat antiquitas, ut sponsæ in sponsorum domibus haberentur : quod nunc quoque fieri interdum videmus : sed et generi Loth apud socerum leguntur habitasse cum sponsis nondum sibi copulatis lege conjugii : sic habitabat etiam Maria cum sponso.

3. Et cujus tandem rei gratia non antequam sponderetur, Virgo concepit ? Ut videlicet, quod inter ipsa quoque initia significavimus, mysterium interim quasi obumbratum lateret, et ut Virgo omnem prorsus occasionem malignæ suspicionis effugeret. Quando enim ille qui præcipuo zelo posset ardere, cernitur non solum non abjicere sponsam, nec eam ignominia notare, sed etiam recipere in consortium, et inservire post conceptionem : profecto manifestum est, quod nisi aperte nosset ex operatione sancti Spiritus illum exstitisse conceptum, numquam vel apud se illam retinuisset, vel ei in omnibus quorum indiguit ministrasset. Satis autem proprie posuit, *Inventa est in utero habens.* Inventa est, inquit, quo sermone res quæ contra consuetudinem, et præter omnem spem exspectationemque proveniunt, notare consuevimus. Nequaquam igitur evageris ulterius, nec supra ea quæ dicta sunt, hinc quidquam requiras, neque dicas : At quomodo Spiritus ex Virgine istud operatus est ? Si enim etiam cum solemni homines formantur more naturæ, impossibile est tamen modum formationis edicere : quonam istud pacto, Spiritu sancto inusitate atque ineffabiliter operante, eloqui aliquando poterimus ? Ne enim tu evangelistam importuna sæpius inquisitione pulsares, neve illi molestiam parares sæpius sciscitando, dixit quis mirabile istud effecerit, seque a cunctis pariter quæstionibus compendio liberavit. Nihil enim, inquit, novi amplius, quam a sancto Spiritu factum esse quod natum est. Erubescant hoc loco, et confundantur omnes qui superiorem illam generationem temeraria curiositate rimantur. Si enim istam quæ mille celebrata testibus, et ex multis est prædicata temporibus, quæ oculis inspecta, manibusque contrectata est, interpretari tamen nullus potest : quem cumulum non excedunt furoris, qui ineffabilem illam generationem Dei humanis vel cogitationibus investigari putant, vel vocibus indicari ? Non enim Gabriel archangelus, non evangelista Matthæus amplius quippiam significare potuerunt, nisi tantummodo quod esset ex Spiritu. Qualiter vero ex Spiritu, et quonam modo, horum certe nullus exposuit : neque enim erat omnino possibile. Neque enim existimes, cum ex Spiritu conceptum audiveris, continuo etiam omnia te didicisse. Etenim adhuc multa nescimus, et etiamsi illud perceperimus. Cujus generis est, in utero qui sit, qui est infinitus : quemadmodum qui cuncta continet, a muliere gestetur : quemadmodum pariat Virgo, et maneat Virgo : quemadmodum templum illud, dic mihi, formaverit Spiritus ; quemadmodum non totam carnem ex matre susceperit, sed partem hujus, eamque auxerit et figuraverit. Nam quod ex Virginis carne processerit, demonstravit ille qui dixit : *Quod enim in ea natum est.* Et beatus Paulus : *Factum*, inquit, *ex muliere, factum sub lege* (*Gal.* 4. 4) : os quodammodo obstruens impiorum, qui dicunt quod tamquam per quemdam canalem Christus transierit per Mariam. Si enim ita res se haberet, quid ei opus fuisset utero Virginis ? Si ita est, nihil ei nobisque commune est. Alia igitur illa caro est, non ex nostræ communione naturæ. Quemadmodum ergo de radice Jesse processit ? quemadmodum virga ? quemadmodum flos ? quemadmodum Filius hominis ? quem-

Digitized by Google

admodum mater est Maria? quemadmodum ex David factus est semine? quemadmodum formam servi Dominus accepit? quemadmodum *Verbum caro factum est* (*Joan.* 1. 14)? quemadmodum ad Romanos apostolus ait : *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus* (*Rom.* 9. 5)? Quoniam igitur ex nobis, id est, ex nostra sit omnino natura, et ex utero virginali, et per ista quæ diximus, et per alia plura monstratur : at quomodo, non item. Noli igitur tu quidquam ulterius inquirere, sed suscipe quod revelatum est, et noli curiose indagare quod tacitum est. *Joseph autem cum esset justus, et nollet eam traducere* (inquit), *conatus est occulte dimittere eam.* Postquam dixit, quod esset ex Spiritu sancto, et absque ulla mixtione sexuum : sermonem suum etiam aliunde confirmat. Ne enim aliquis diceret : Et unde hoc potest esse manifestum? quis vidit? quis audivit aliquando tale aliquid contigisse? neque putares discipulum, quasi gratificatum magistro, ista confingere : introducit Joseph ex iis quæ passus est fidem dictis per cuncta facientem, ut plane hinc dicere evangelista videatur : Si non credis mihi, et testimonium tibi meum forte suspectum est, crede igitur vel marito. *Joseph* enim *vir ejus*, inquit, *cum esset justus.* Justum hic, in omni virtute dicit esse perfectum. Est enim justitia specialis quædam, et ex parte justitia, avaritiæ vitio non teneri : est vero justitia altera generalis, quæ ex cunctis omnino perficitur : juxta quem præcipue modum Scriptura solet appellare justitiam : ut cum dicit : *Homo justus, verax* (*Job* 1. 1) : et rursus : *Erant justi ambo in conspectu Dei* (*Luc.* 1. 6).

4. *Cum* igitur *esset justus*, hoc est, frugi bonusque vir, *voluit occulte dimittere eam.* Propterea vero evangelista dixit, quid justo illi acciderit ante notitiam, ut nequaquam de iis quæ post notitiam rei sunt facta, dubitares. Et certe si Maria talis fuisset, qualem illam suspicio fingebat, non modo publicari meruerat, verum etiam ex legis auctoritate puniri : sed Joseph non solum majus, verum id quoque quod erat minus, pariter indulsit, nempe pudorem. Non enim tantum eam damnare noluit, sed ne publicare quidem. Vidisti nempe virum sublimiter philosophantem, et tyrannicæ illius affectionis immunem. Nostis enim profecto, nostis quam impotens res sit zelotypia. Propter quod ille bene hujus rei non ignarus, aiebat : *Plenus est enim zelo furor viri ejus : non parcet in die vindictæ* (*Prov.* 6. 34). Et rursus idem : *Durus*, inquit, *est sicut infernus zelus* (*Cant.* 8. 6). Et nos quidem plerosque novimus velle animam potius amittere, quam in tormentum zeli, atque hujusmodi suspicionis incidere. Quamquam hic quæ tandem diceretur esse suspicio, ubi ipse uteri tumor videbatur factum arguere : sed tamen ita erat ille vir ab hujusmodi passione mundus ac liber, ut ne in minimis quidem Virgini vellet inferre mœstitiam. Quia ergo et apud se illam retinere iniquum putabat, publicare vero atque in judicium trahere, nihil esse aliud quam in mortem trahere videbat : neutrum horum facit, sed adhuc sub lege vivens supra legem philosophatur. Siquidem advenante jam gratia, multa sublimioris disciplinæ documenta fulgere oportebat. Ut enim sol nondum radiis ostensis, eminus tamen splendore suo maximam partem orbis illuminat : ita et Christus ex utero Virginis jam jamque progressurus, universo orbi, etiam priusquam oriretur, illuxit. Denique ante illum quoque Virginis beatæ partum, et prophetæ in Spiritu tripudiabant, et mulieres in Spiritu prædicebant futura, et Joannes nondum claustra egressus uteri, gaudia sua tradebat et matri. Propterea igitur et Joseph tantam philosophiam mentis ostendit. Neque enim aut in judicium tradidit sponsam, aut ipse saltem ei manifestum uteri exprobravit tumorem, sed tantummodo a se illam separare conatus est. Cum in his ergo omne negotium verteretur, atque in summa res difficultate consisteret, advenit repente angelus, qui omnia simul mœsta et adversa dissolveret. Inquisitione vero dignum videtur, cur non priusquam vir tale consilium ceperit, sed ubi hoc animo ille versavit, tunc iste id quod acciderat indicaverit. *Hæc*, inquit, *eo cogitante, ecce angelus Domini venit.* Et certe Virgini ante conceptum denuntiat quod futurum est : quod quidem ipsum non effugit quæstionem. Nam etsi angelus non dixit viro, qua tamen ratione id Virgo celavit? quæ enim et ab angelo audierat, et virum turbatum videbat, cur eam difficultatem sermone non abstulit? Quanam ergo ratione non antequam turbaretur, hæc ei angelus revelavit? oportet enim ut quæ prius proposita sunt, priora solvantur. Cur hoc, inquam, angelus ante non dixit? Ne scilicet Joseph de rei novitate dubitaret, et tale quid forsitan pateretur, quale Zachariam legimus pertulisse. Facile quippe est credere verum esse quod dicitur, quando jam res ipsa oculis offertur; antequam vero incipiat fieri quod promissum est, laboriose prorsus dicta, et præsertim inusitata, creduntur. Propterea istud nec angelus indicavit, et Virgo id quod et audierat et sentiebat, abscondit. Neque enim sibi ullo modo a sponso credendum putavit, si ad eum rem nimis novam suspectamque deferret, quin imo magis eum in iram credidit concitandum, si quasi crimen admissum hoc videretur obumbrare figmento. Si enim etiam ipsa Virgo, cui tanta erat gratia conferenda, aliquid tamen patitur humanum, et dicit : *Quomodo istud erit, quoniam virum non cognosco* (*Luc.* 1. 34)? quanto magis ille dubitasset, maxime cum id audiret ab uxore suspecta?

5. Idcirco ei de hac re Virgo quidem ipsa nil loquitur, angelus vero tempore advenit congruente. Et cujus, inquies, rei gratia non idipsum custodivit in Virgine ut ad illam quoque post conceptum veniret? Ne scilicet stupentis ac verecundantis animum anxietas mœstitiaque consumeret. Valde enim fieri potuit, ut tanti ignara secreti, aliquid de se crudele decerneret : et quantum honestatis amans, tantum famæ turpis intolerans, vel ad laqueum subito, vel ad gladium convolaret. Erat enim illa Virgo per cuncta mirabilis, cujus virtutem evangelista Lucas declarans, refert : quod cum ab angelo verba satis honorificæ salutationis audisset, non semetipsam continuo, ut fit, in gaudium relaxavit, nec nimis credula nova dicta

Digitized by Google

suscepit : sed honesta ac decenti trepidatione permota , cujusmodi esset salutatio illa quæsivit. Virgo igitur tanti et pudoris et ponderis, vel exanimari mœrore potuisset, si tam grande sibi imminere cogitasset opprobrium : cum præsertim neminem sibi quamlibet multa dicenti creditarum putaret, quod ille conceptus, qui de conjugio non erat, non de adulterio contigisset. Ne igitur ista sequerentur, venit angelus ante conceptum. Oportebat quippe imperturbatum illum esse uterum, quem hominum ingressurus erat Creator. Decebat illam profecto animam ab omni esse immunem cogitationum tumultu, quæ tanti electa est ministra mysterii. Propterea Virgini quidem ante conceptum, viro autem ipsi jam instantis partus tempore nuntiatur. Quod plerique parum intelligentes, ad evangelistarum discrepantiam retulerunt : quasi scilicet Lucas Mariæ, Matthæus vero Joseph asserat nuntiatum : ignorantes profecto utrumque id esse consequenter effectum ; quod per omnem hanc historiam observare nos convenit, ut una hac regula, multa in quibus videntur evangelistæ dissonare, socientur. Venit itaque angelus ad Joseph satis anxium, satisque turbatum. Nam et propter illa quæ diximus, et ut magis justi viri philosophia clarescceret, dilata est præsentia nuntiantis. Advenit autem cum res ipsa jam esset implenda. *Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini in somnis apparuit ei.* Consideras certe modestiam ac maturitatem viri : non modo non punivit aliunde gravidam, sed nec cuiquam mœroris sui causam retexit, ne illi quidem ipsi de qua eum suspicio mordebat ; sed secum ipse cogitationum suarum fluctibus æstuando, ab ipsa etiam Virgine studuit abscondere tanti causam doloris. Neque enim dixit, Expellere eam de domo voluit, sed a se tacite dimittere. Tam mansuetus ille vir erat, tamque moderatus. *Hæc ergo eo cogitante, in somnis apparuit ei angelus.* Cur in somnis, et non potius aperte, sicut et pastoribus, et Zachariæ apparuerat, et Virgini ? Quia scilicet erat vir prorsus fidelis, et manifestiori revelatione non indigens. Nam Virgo quidem, quippe cui tam et nova nuntiarentur et magna, multoque majora quam Zachariæ fuerant nuntiata, et ante rem ipsam docceri debuit et per apertissimam revelationem doceri. Pastores quoque tanto debuerunt instrui manifestius, quanto magis ab ejusmodi eruditione per agrestem erant vitam remoti. Hic vero post uteri indubitatum tumorem cum jam mœrore animi, et maligna suspicione tabesceret, et ad exspectationem jam jamque meliorem aliqua optaret ratione transferri hoc jam erat in animo, ut si forte appareret quispiam, qui mœrentem in viam spei lætioris induceret, et facile revelationem susciperet et libenter. Et idcirco postquam suspicione cruciatus est, visione recreatur : ut hoc ipsum quod post suspicionem docetur, ea quæ dicuntur vera esse demonstret. Cum enim quod nulli fuerat ipse confessus, sed inclusum tantummodo mente volvebat, id etiam loquente sibi angelo recognoscit, certissimum et absque ulla ambiguitate prorsus documentum est, quod a Deo ad illum missus advenerit. Ipsius enim est solummodo cordis arcana prospicere. Considera igitur quanta in hac dilatione compleantur. Nam et admiranda viri philosophia monstratur, et exspectata opportunitas temporis ad fidei proficit firmitatem, et historiæ veritas insuspecta servatur : quæ ostendit justum virum ea esse perpessum, quæ illum pati consequentia rerum ipsa cogebat.

6. Quemadmodum igitur angelus ei fidem suggerit ambigenti, audi atque mirare quanta in hoc philosophia sermone resplendeat. Cum enim venisset, dixit ad eum : *Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Principio satis necessario David intulit mentionem, unde utique Joseph Christum didicerat nasciturum : deinde tum non sinit eum conturbatione vexari, dum nomine progenitoris ingesto, illius eum promissionis admonet, quæ ad omne facta est genus Judæorum. Cæterum cujus rei gratia David eum filium nuncuparet ostendens : *Noli,* inquit, *timere.* Et certe alicubi Deus non idem facit, sed rege quodam de muliere secus quam oportuerat cogitante, castigatorio sermone utitur, et comminationis plenissimo, cum tamen ibi quoque ignorantia excusaret admissum. Neque enim sciens ille Saram alii copulatam, in usum uxoris acceperat, et tamen acrius eum increpavit : hic vero multo mitius agitur, ac lenius : quippe ubi et maximarum rerum dispensatio continetur, et ingens inter virum utrumque discrimen est. Propter quod nequaquam hujusmodi cogitatio correptionis indiguit. Dicendo enim, *Noli timere,* proculdubio eum demonstrat timuisse, ne scilicet offendat Dominum si adulteræ copuletur. Per quod ostenditur, quia nisi hic intercessisset metus, nec ille de ejus dimissione aliquid cogitasset. Ex his igitur omnibus illud profecto declarat, quod Dei ad Joseph venerit missus imperio, cuncta quæ cogitavit, quæque perpessus est in animo, in medium proferendo. Nec vero nomen Virginis memorasse contentus, addidit *Conjugem,* haud ita vocaturus si corrupta fuisset. Conjugis autem nomine sponsam intellexit, sicut eos quoque qui adhuc sponsi sunt, generos appellare Scriptura consuevit. Quid autem est, *Accipere ?* Domi profecto retinere. Jam enim illam mente dimiserat : sed dimissam, inquit, retineas, quam Deus tibi copulat, non parentes : copulat vero non in fœdus solemne conjugii, sed in consortium communis habitaculi, et copulat per meæ vocis officium. Sicut enim illam postea commendat Christus ipse discipulo, ita etiam nunc angelus sponso, solatium tantummodo ejus habituram absque fœdere nuptiarum. Deinde etiam rem ipsam involucro verborum tegens, de maligna quidem suspicione tacuit : honestius autem, multoque dignius causa partus exposita, suspicionem quoque prorsus restinxit : ostendens quod propter quod solum sponsam et secum habere metuebat, et a se dimittere cogitabat, ob hoc ipsum magis illam accipere debeat, secumque retinere, si in cœpta velit permanere justitia, per quod affatim trepidationem ejus mœstitiamque dissolvit. Non modo, inquit, illicito non est violata complexu, verum etiam supra naturam moremque fœcunda est. Noli igitur de tam felici partu sponsæ attrahere mœrorem, imo vero in majorem prorumpe læti-

Digitized by Google

tiam. *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Novum dictum atque mirabile, et humanis cogitationibus supereminens, supra leges vadens omnino naturæ. Quonam igitur modo hæc ille vir crederet, qui nihil prius tale sermone conceperat? Ex eorum quæ jam peracta erant revelatione. Idcirco enim omnia quæ celebantur in ejus animo, angelus revelavit : memorando certe quæ patiebatur, quæ verebatur, quæque etiam meditabatur efficere : ut cum cognovisset ista, etiam illa susciperet. Neque vero de præcedentibus solum ad fidem ducit ambiguum, verum etiam de futuris. *Pariet enim,* inquit, *filium, et vocabis nomen ejus Jesum.* Non enim quia ex Spiritu sancto est, idcirco te a ministerio tantæ existimes dispensationis extraneum. Nam etsi nihil habeas in hac generatione commune, virgo quippe permansit intacta, tamen quod est proprium patris, quodque nihil infuscat Virginis dignitatem, hoc tibi facile concedo, ut scilicet nato nomen imponas : tu enim illum primum vocabis. Quamquam enim non sit filius tuus iste qui nascitur, tu tamen curam erga illum et sollicitudinem ostendes parentis : et propterea te illi ab ipsa statim nominis impositione conjungo. Deinde ne quis illum ex hoc patrem esse suspicaretur, audi quam caute quamque sollicite ea quæ sequuntur, addiderit. *Pariet,* inquit, *filium.* Non dixit, Pariet tibi : sed posuit illud indefinitum et suspensum. Non enim illi, sed universo prorsus orbi peperit Christum.

7. Propterea et nomen ejus de cælo angelum detulisse evangelista memoravit, ut hinc quoque ostenderet illum mirabilem esse partum, quo ejus nomen ad Joseph, et per angelum, et a Deo missum doceret. Nam et ipsum vocabulum non inaniter positum est, quod certe mille continet thesauros bonorum. Propter quod illud etiam angelus interpretatur, bonis mœrentem spebus animando : et hoc quoque illum modo ad credendum quod loquitur, invitat. Facile namque sollicitamur ad prospera, et promptius fidem accommodamus secundis. Cum igitur ex omnibus construxisset fidem, a præcedentibus, a præsentibus, a futuris, ab honore ejus quem promiserat nasciturum, introduxit opportune etiam prophetam his omnibus calculum suum addentem. Priusquam vero ejus testimonium citet, singularia per ipsum bona universo orbi conferenda prænuntiat. Quænam igitur ista sunt? Remissio scilicet, interitusque peccati. *Ipse enim,* inquit, *salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Hic quoque beneficii novitas indicatur. Non enim a bello visibili, neque a gladio barbarorum : sed quod his longe majus est, a peccato suo populum suum nuntiat liberandum : quod præstare nulli fuit hominum aliquando possibile. Et cujus, inquies, rei gratia quasi signate populum suum dixit, et non etiam omnes gentes pariter nominavit? Ne scilicet de inusitato nuntio scrupulum pateretur auditor, quamquam recte hæc percepturo etiam gentes designantur. Populus enim Christi non tantum natio Judæorum est, sed omnes quoque qui ad eum veniunt, ejusque donantur agnitione. Considera vero quemadmodum nobis ipsam etiam Christi patefecerit dignitatem, populum ejus appellans, quem per ipsum a peccatis dicit esse salvandum. Nihil enim hoc aliud est, quam ostendere Dei Filium esse qui nascitur, nec se de aliquo homine rege hunc proferre sermonem. Neque enim potest peccata dimittere, nisi solummodo divina natura. Tanta igitur cælestis muneris liberalitate donati, cuncta omnino faciamus, ne tam grandibus beneficiis irrogemus injuriam. Si enim etiam antequam hæc caperemus dona, merebamur tamen propter peccata puniri, quanto magis postquam tam ineffabilia sumus beneficia consequuti? Et hoc non frustra, nec absque certa nunc ratione commemoro : sed quod video plerosque desidiosius post acceptum baptismatis vivere sacramentum, quam eos qui nondum sunt illo mysterio consecrati. In plurimis enim nulla omnino signa christianæ invenio disciplinæ. Ideoque non in publicis locis atque communibus, non in ipsius ecclesiæ concliabulis facile reperias, per quod inter fidelem infidelemque distinguas. Solo enim hoc celebrandi mysterii tempore dignosci potest, cum videlicet alios excludi videris, alios vero intus teneri. Oportebat autem uniuscujusque fidem non locis, sed moribus indicari. Nam sæcularium quidem decora dignitatum, consequenter ab extrinsecus positis cernuntur insignibus : nostra vero intelligi oportet ex mentibus. Fidelis enim non modo a communione mysterii, verum etiam de novitate vitæ debet agnosci. Fidelem enim sal esse convenit, et luminare mundi. Sin vero ne tibi quidem ipse luceas, et ne propriam quidem putredinem fœtoremque detergas, quibus te indiciis ego fidelem potero agnoscere? an quia sacrati aquas fontis ingressus es? At hoc ipsum quod datum tibi fuerat ad salutem, fit tibi gravioris causa supplicii. Honoris siquidem magnitudo iis qui non digne vivunt honore, cumulus incipit esse pœnarum. Igitur fidelem non ab iis tantum quæ accepit a Deo, verum etiam ab iis quæ obtulerit ipse Deo, convenit refulgere, et undique esse notum atque manifestum, et ab incessu, et ab aspectu, et a veste, et a voce. Et hæc dixerim, non ut nosmetipsos ad ostentationem nostri, sed ad ædificationem inspicientium nos utique aptemus. Nunc vero undecumque voluero te dignoscere, invenio te a contrariis publicari. Si te ex loco scire curavero, proculdubio in circo te theatroque prospiciam totos prorsus dies in vanissimis illis cœtibus exigentem, vel in foro corruptis hominibus pestiferisque conjunctum. Sin vero ex ipsis motibus corporis notitiam tui habere quæsivero, videbo te horrentibus cachinnis, et fœdissima jucunditate resolutum, ut fluxam quamdam perditamque meretricem. Sin autem te a veste considerem, nihil te a scenico habitu distare cognoscam. Jam si te voluero a comitibus addiscere, inveniam te adulatoribus stipatum, atque parasitis. Si a sermone, nihil te audiam omnino sanum, nihil serium, quodque ad disciplinam nostram spectet, loquentem. Si a cibo, major hinc profecto materia accusationis orietur.

8. Unde igitur, responde mihi, fidelem te esse potero cognoscere, cum omnia ista quæ diximus, contrariam de te ferant sententiam, teque apertissime infidelem esse convincant? Et quid

Digitized by Google

dicam utrum fidelis? Nec si homo vere sis, possum evidenter agnoscere. Quando enim ut asinus calcitras, ut taurus exsultas, libidine incensus sic hinnis ut equus, quando in epulis ursorum imitaris voratum, et pinguedine corpus mulorum more distendis; cum exercenda simultate camelum, lupum imiteris rapina; cum irascaris ut serpens, et atrocitate scorpionum percutias; cum subdole insidieris ut vulpes, cumque veneno malignitatis armeris ut coluber et vipera; cum quasi diabolus ipse adversus fratres crudelia bella suscipias: quonam umquam modo, qua ratione in hominum te possum numero collocare, nulla in te cernens humanæ signa naturæ? O rem plenam doloris atque lacrymarum! Fidelis et catechumeni distinctionem reperire cupiebam, sed nec inter homines et feras quod sit discrimen inveniq. Quid enim te appellare debeo? Feram? Sed illæ uno aliquo horum vitio tenentur, tu vero simul in te omnia colligendo, longe ferarum irrationale stultumque transgrederis. An diabolum te potius appellem? Sed ille nec pecunias concupiscit, nec tyrannidi ventris obsequitur. Cum igitur plura in te vitia sint, quam in bestiis atque dæmonibus, responde, obsecro, unde te possum jure hominem nuncupare? Si vero te hominem appellare nequeo, quo tandem modo potero fidelem vocare? Verum hoc est multo deterrimum, quod tamen cum omnium vitiorum squalore turpemur, nec intelligimus quidem nostræ animæ fœditatem, nec ejus prorsus deforme cognoscimus. Nam tu quidem apud tonsorem residens et cæsariem detondens, adhibito etiam speculo, multo cum studio, summaque cura æqualitatem consideras, et nitorem capilli: nec tamen in imagine tui temetipse inspexisse contentus, tum ipsum artificem, tum alios adstantes sollicite homo jam senex non vereris, juvenili stultitia insanus, interrogare, an alicubi incomptius manus properantis operata sit, an satis deceat frontem leniter attonsa cæsaries. Animæ vero nostræ quæ non solum deformis est, verum etiam ferarum omnino conformis, et quæ Scylla aliqua, vel Chimæra, ut fabula celebrat, effecta est, nulla nos cura, nulla sollicitudo umquam remordet: cum certe hic quoque speculum sit paratum proculdubio spiritale, et longe illo utilius speculo, longeque lucidius. Non enim ostendit tantummodo suam unicuique fœditatem, sed eam in maximum quoque, si volumus, convertit decorem. Hoc est enim virorum memoria sanctorum, ac beatæ illorum conversationis historia, et generaliter divinarum lectio Scripturarum, positæque a Deo legis agnitio. Si volueris saltem fixo intenteque cordis oculo fulgentes illas Sanctorum imagines intueri, totum continuo mentis tuæ deforme conspicies. Cumque istud agnoveris, nullius profecto rei indigebis alterius, per quam ab hujusmodi turpitudine libereris: tam nobis utile istud est speculum, tamque nos facili transformatione convertit. Nemo igitur diutius in ferarum effigie perseveret. Si enim servus nequaquam domum patris ingreditur: cum bestia etiam fueris effectus, quando poteris ipsum saltem introire vestibulum? Et quid dico bestia, quando unusquisque vitiosus omni bestia comprobetur immanior? Illæ quippe, quamquam naturaliter sæviant, si humana tamen arte palpentur, plerumque mansuescunt: tu autem qui illarum profecto naturalem feritatem in eam quæ contra naturam est mansuetudinem sæpe commutas, quam habebis excusationem, tuam mansuetudinem naturalem in feritatem, quæ naturæ tuæ est inimica, convertens: cumque naturaliter feram ad mansuetudinem trahis, te naturaliter mansuetum in ferarum rabiem natura repugnante perducis. Et leonem quidem mitigas, reddisque tractabilem: furorem vero animi tui omni prorsus efficis leone sæviorem. Et certe cum ibi sint duo impedimenta vel maxima, quod fera ipsa et ratione privatur, et longe omnium alterius generis animalium excedit furorem: tu tamen de copia donatæ tibi a Deo sapientiæ, ipsam superas arte naturam. Qui igitur naturam vincis in bestiis, cur in temetipso una cum natura etiam voluntatis bonum prodidisti? Itaque si te, ut alium hominem mansuefaceres, juberem, nihil hic quidem impossibile viderer imponere: quamquam excusare posses, non te esse dominum voluntatis alienæ, neque cuncta in tua potestate consistere. Nunc vero tua hæc proprie fera est, et cui certissimo jure domineris.

9. Quam igitur habes apologiam, quemve reperies honestum excusationis colorem, qui cum solerti studio hominem quodammodo facias de leone, tu tamen negligens leo efficiaris ex homine? Nam illi quidem donas supra suam aliquid habere naturam, tibi vero nec naturales quidem affectus reservas. Et qui bestias feras ad mansuetudinis provehis dignitatem, temetipsum de throno dejiciens et honore regali, ad irrationalium cogis furorem. Ponamus enim, si placet, iram quoque bestiam esse quamdam: quantum igitur ab aliis erga mitigandum leonem studium commodatur, tantam tu erga iracundiam impende curam, et effice hujusmodi cogitationem mitem atque mansuetam. Siquidem hæc fera et unguibus sævissimis armatur, et dentibus: et nisi illam sollicite mansuefeceris, cuncta simul disperdet, atque lacerabit. Nullus enim leo, nulla sic vipera viscera queunt laniare, ut hominis iracundia ferreis quibusdam unguibus universa confodiens. Neque enim solummodo corpori nocet, sed ipsius etiam corrumpit animæ sanitatem: cunctas siquidem ejus omnino vires discerpit ac devorat, eamque ad omnia inutilem facit. Si enim ii qui vermes in interioribus corporis nutriunt, ne respirare quidem sinuntur, vexatis profecto adesisque visceribus: quomodo nos venenatam hanc in nobis alentes viperam, iram dico, quæ omnia interiora hominis depascitur: quid umquam sanum aut forte poterimus cogitare aut parere? Quonam igitur modo ab hac tam noxia peste fugiemus? Si illam utique potionem bibamus, quæ omnes intra nos vermes serpentesque mortificet. Et quodnam, inquies, istud est poculum quod eam vim habeat? Pretiosus scilicet Christi sanguis, si cum fiducia utique sumatur: omnis enim hoc remedio morbus exstinguitur: post hoc sanctarum quoque Scripturarum diligens et devotus auditus et misericordia auditui copulata. Per hæc enim omnes mortificari illæ possunt, quæ animam

Digitized by Google

nostram tabefaciunt passiones. Et tunc vere vita ac sanitate potiemur, qui certe nunc nihil fere a mortuis discrepamus. Neque enim possibile est nos vere vivere, nisi in nobis vitia omnino moriantur. Hæc necessario nos periment in futuro si nos vivere hic illa patiamur. quin imo etiam ante illam mortem hic exigunt a nobis horrenda supplicia. Siquidem universa hæc vitia et crudelitatis plena sunt et aviditatis, nosque quotidie devorare non desinunt. Itaque et dentes eorum non immerito esse dixerim dentes leonum, imo etiam sæviores. Nam leo quidem simul ut fuerit expletus, semesum continuo cadaver relinquit: hæc vero vitia nec satiantur aliquando, nec ab anima nostra usquam recedunt, captumque a se hominem diabolo simillimum faciunt. Quorum certe tanta vis est, ut servitium quod Christo Paulus inferum superumque tutus securusque exhibuit, idipsum a suis exigant captivis etiam. Nam si vel amore corporum, vel cupiditate pecuniarum, vel gloriæ aliquis delectatione capiatur, superos, inferos continuo contemnit, dummodo vitiis obsequatur. Nequaquam igitur dicenti Paulo fidem adhibere dubitemus, quod tanto Christi amore flagraverit. Quando enim inveniuntur aliqui ita desideriis suis ac vitiis servientes, cur ita Paulum servisse Christo incredibile judicetur? Idcirco enim nos imbecilliorem in Christum habemus affectum, quia omnis nostra vis in vitiorum amore consumitur. Nam et avaritiæ deservimus, et aliena diripimus, et inani gloriæ libenter obsequimur: qua servitute quid umquam vilius aut contemptius esse possit? Etsi enim millies clarus habearis atque conspicuus, nihil hinc tamen inglorio aliquo melior exsistis: imo hoc ipso multo inhonoratior, multoque despectior. Quando enim illi iidem qui amici, qui te glorificare certatim student, clarumque monstrare, propter hoc teipsum rursus irrident, quod gloriam ab ipsis requiras: quomodo non tibi in contrarium hujusmodi studia vertuntur?

10. Usque adeo autem vitium istud notatur, ut sicut laudamus omnes eum qui non fornicationem, non adulterium concupiscit, ita etiam prædicemus istum, magisque miremur, qui amorem refugit gloriandi: cum e regione accusare potius quam laudare soleamus eos, qui hominum laudes requirunt. Quid igitur istam magnopere sectaris rem, cujus vice contraria ejus tibi semper occurrit? Si enim glorificari cupis, gloriam despice, et eris omnibus gloriosior. Nunc vero idipsum pateris omnino quod Nabuchodonosor legimus pertulisse. Nam ille statuam quondam erexit, a ligno et mortua corporis imagine magnam scilicet famam aucupaturus, ac vivus a re non viva claritatem mutuaturus. O ingentem insaniam! Quo se honorare est visus, deridendum præbuit. Nam qui re mortua nixus, magis quam seipso et mentis suæ viribus, lignum supra se dignatur, qui non sit ille, obsecro, risu maxime dignus, non a moribus, sed a tabulis et asseribus commendari volens? Ut si aliquis de magnitudine ac pulchritudine domus, de scalis potius gradibusque marmoreis se esse honorabiliorem putet, quam quod homo genitus, et rationis nobilitate donatus est. Hunc itaque plurimi etiam nunc inveniuntur imitari. Ut enim ille tunc de imagine aurea, sic modo alii de veste pretiosa, de equis alii vel curribus, de amplitudine columnarum, quæ sunt in ædibus, et picturis parietum, opinantur se esse meliores. Quia enim quod erant homines, perdiderunt, sollicite huc illucque circumeunt, aliunde sibi gloriam colligentes, omni sane irrisione dignissimam. At non etiam illi fortes Dei et laudabiles famuli hujuscemodi rebus, sed illis, quibus oportebat maxime, refulserunt. Siquidem cum adhuc adolescentes essent, et peregrini, imo etiam servi atque captivi, ac necessariarum rerum penitus indigentes, multo his clariores fuerunt, quos omnis copia rerum simul ac pompa comitatur. Et illi quidem Babylonio regi, non illa ingens et auro fulgens imago, non præfecti regionum, ducesque militiæ, non innumerabilis ac bellator exercitus, non auri argentique stupenda congestio, non aliud quidquam quod excogitare potuit, ejus ambitioni, et ad magnum illum efficiendum aliquid prodesse potuerunt: his vero cunctorum talium possessione nudis, sola philosophia sufficit. Et hæc nimirum fuit quæ illos omnibus non divitibus solum, verum etiam diademate purpuraque fulgentibus, tanto reddidit clariores, quanto amplius teterrimo aliquo cœno solis flamma resplendet. Ducebantur enim ad totius pene orbis spectaculum adolescentes, servi, iidemque captivi. Qui cum ante regem intrepidi constitissent, in conspectu eorum ignem continuo jussit accendi: et duces militum, et satrapæ, præfectique regionum, et omne illud diaboli circumstabat theatrum, et vox undique fistularum et tibiarum cantus, et clangor tubarum, totiusque musicæ artis sonus ferebatur in cælum, sanctorumque auribus obstrepebat, et fornax in immensam altitudinem fuerat accensa, ipsasque jam nubes flamma tangebat, omniaque metu et stupore erant plena. Verum illos nihil horum omnino deterruit: sed quasi pueriles quosdam frivolosque conatus ridendo despicerent, ita secure fortitudinem animi modestiamque monstrabant: et emittentes vocem omnibus illis buccinis clariorem, tota cum libertate dicebant: *Notum tibi sit, rex, quoniam diis tuis non servimus, et imaginem auream quam statuisti non adoramus* (*Dan.* 3. 18). Et considera in ipso tanti fervore certaminis modestiam relucentem, *Notum tibi sit, rex.* Non enim verbis quoque despicere regem atque inhonorare voluerunt: sed suam tantummodo erga Deum monstrare pietatem, propter quod nec in longum extendere sermonem, sed paucis cuncta declarant. *Est,* inquiunt, *Deus in cælo* (*Ibid. v.* 17), qui potest liberare nos de fornace ignis ardentis, et de manibus tuis, rex, eripere nos. Quid nobis igitur ostendis diffusas militum copias? quid fornacem inusitatis flammarum ardentem globis? quid micantes gladios? quid terribiles hastatorum catervas? His namque omnibus longe sublimior est Deus noster, ac fortior. Deinde intelligentes fieri posse, ut eos Deus permittat interim passioni subjici: ne

Digitized by Google

si id accideret, videantur illi temere Dei omnipotentiam prædicasse, consequenter adjungunt, *Quod et si istud non fiat, notum tibi sit, rex, quod diis tuis non servimus.*

11. Si enim dixissent, Propter nostra peccata non liberat, etiamsi non liberaverit, illis utique creditum non fuisset : existimassent quippe impii non potuisse Deum magis, quam noluisse defendere. Propterea hic interim istud tacent, quod certe in fornace sæpe congeminant, peccata sursum ac deorsum humiliter confitentes. Apud vero regem nihil tale prorsus commemorant, sed quod etiam si donentur incendio, nequaquam tamen a pietate discedant. Non enim hic pro retributione atque mercede, sed pro sola totum Dei caritate faciebant. Nam et servitutis premebantur jugo, et ærumnas captivitatis gemebant, et nulla rerum prosperitate fruebantur. Siquidem et patria, et libertate, et omnibus quibus ante potiebantur, exciderant. Non enim mihi illas in regali aula commemores dignitates : sancti illi quippe cum essent atque justi, millies in regione propria stipem petere maluissent, modo ut consecrati Deo templi jucunditate gauderent. *Elegi*, inquit, *abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum* (*Psal.* 83. 11) : et, *Melior est dies una in atriis tuis super millia* (*Ibidem*). Multo igitur magis elegissent abjecti esse in civitate Dei, quam in Babylonia regnare; idque præcipue ex vocibus illis approbatur, quas inter flammas frequenter emittunt, habitatione illius regionis gravati. Etsi enim ipsi ante hanc tentationis procellam plurimo apud illos honore fruerentur, cernentes tamen varia civium suorum et magna discrimina, vehementi nimirum mordebantur dolore. Quod utique proprium solet esse sanctorum, non scilicet gloriam propriam, non honorem, non quidquam aliud omnino anteferre proximorum saluti. Considera igitur quam diversus ab illis sit noster affectus. Illi enim in mediis quoque ignibus constituti, pro universo populo Dei supplicant : nos vero ne in securitate quidem maxima meminimus proximorum. Sed et ad interpretandum regis somnium requisiti non propria aliqua commoda proposita habebant, sed quod ad cunctorum utilitatem civium pertineret : mortem vero quam facile contemnerent, clarissimi experimenti probatione docuerunt. Ubique autem se pie pro cunctis, atque humiliter opponunt, Deum per omnia placare cupientes. Deinde quoniam semetipsos ad impetrandam populo veniam sufficere non credunt, ad patrum merita confugiunt : ipsi vero nihil se amplius profitentur afferre, quam humiliatum spiritum, ac dolore contritum. Horum igitur virtutem nos quoque debemus imitari. Siquidem etiam nunc aurea imago proposita est, pecunia scilicet, in qua tyrannica quædam mamonæ formatur effigies, et ad serviendum sibi cupidorum corda sollicitat. Sed nequaquam nos aut sonitus tubarum, aut tibiarum, citharæque concentus, aut reliqua divitiarum incentiva commoveant, ut imaginem adoremus avaritiæ : sed etiamsi ardentem fornacem intrare cogamur, paupertatem dico, eam tamen præoptemus potius quam illam avaritiæ imaginem adoremus : tunc enim nos in medio flammarum blanda circumdabit roris aspersio. Ne igitur pauperiei fornacem horrescamus. Nam tum quoque in ignem conjecti, per ipsum ostensi clariores sunt : qui vero imaginem adoraverunt auream, subito ignis pericrunt voratu. Sed tunc quidem omnia pariter impleta sunt : nunc autem alia quidem in hoc sæculo, alia vero et hic et in futuro sunt implenda judicio. Hi quippe qui ne mamonam adorent, eligunt sentire pauperiem; et hic quidem magna, sed multo majori in futuro claritate fulgebunt. Qui vero hic imaginem adorantes auream, de iniquitate ditantur, tunc profecto extrema supplicia persolvent. De hujusmodi enim fornace Lazarus non minus quam illi tres viri, clarus egressus est : at contra ille dives purpuratus ac splendidus, qui in parte adorantium imaginem jure numeratur, gehennæ est deputatus incendio. Quæ igitur superius dicta sunt, figuram manifeste exprimunt futurorum. Sicut enim ibi in ignem missi, nihil adversi omnino senserunt : qui vero foris steterunt, subito ac vehementi incendio concremati sunt : sic etiam tunc futurum est. Nam et sancti etiamsi flumen igneum transeant, nihil prorsus triste patientur, sed apparebunt absque dubio clariores : adoratores vero imaginis videbunt ignem omni in se fera sævius irruentem, seque ad pœnarum interiora rapientem. Si quis ergo non credit gehennam, ad fornacis illius flammam mente respiciat, et ex contemplatione præsentium credat futura, nec paupertatis, sed iniquitatis fornacem expavescat. Hic enim et ignis et dolor est : ibi vero et ros sentitur, ac requies. Et in illa quidem flamma diabolus medius assistit, in hac vero angeli incendia repellentes.

12. Audiant igitur ista divites qui fornacem iniquitatis accendunt, et qui pauperibus nihil nocent, divina illis virtute rorante : se vero in illius horribilis flammæ prædam sponte præcipitant, quam propriis certe manibus accendunt. Tunc itaque angelus descendit ad pueros, nunc vero nos descendamus ad eos qui in egestatis fornace torrentur, eisque refrigeria de misericordiæ rore præstemus : ut ab illis flammam inopiæ repellentes, possimus coronarum quoque eorum esse participes : atque ita flammam gehennæ Christi a nobis vox illa depellat, quæ dicit : *Esurientem me vidistis, et pavistis : sitientem, et potum mihi dedistis* (*Matth.* 25. 35). Hæc enim tum nobis vox roris loco, fratres, erit, per mediam ad nos flammam relata. Descendamus, inquam, cum misericordia in fornacem inopiæ : intueamur illos qui securi per hujusmodi gradiuntur ignem, ejusque fidentes (*a*) verticem calcant. Consideremus novum quiddam atque mirabile, hominem in fornace gratias suppliciter agentem, hominem in fornace dulci modulatione cantantem, hominem in extrema inopia colligatum, et plurimam tamen Deo gloriam laudesque referentem. Illis siquidem pueris inve-

(*a*) In Græco legitur, τοὺς ἄνθρακας, *carbones calcant.*

Digitized by Google

biuntur æquales, quotquot paupertatem cum gratiarum actione patiuntur. Est enim terribilior pauperies igne, et amplius urere consuevit. Verum ut illos non adussit ignis, sed quoniam gratias Domino retulerunt, etiam vincula eorum continuo dissoluta sunt : sic etiam tibi, si paupertatem cum gratiarum actione sustinueris, vincula resolvuntur, et ignis exstinguitur : si vero non exstinguatur, multo majore miraculo fontis naturam ignis imitabitur : quod in iis certe conspici potest qui juxta evangelium philosophantur, quique libentius in paupertate, quam in suis opibus divites gloriantur. Nam et tunc illi qui in ardenti fornace constiterant purissimo rore fruebantur : et licet non fuerit ignis exstinctus, in medio sui tamen stantes omnino non attigit. Nequaquam igitur extra fornacem desideamus, necessitates pauperum immisericorditer negligendo, ne patiamur quod illi tunc regis pertulere ministri. Si enim in fornacem pauperum sponte descendas, cum tribus illis pueris profecto consistes, nihilque in te adversi ignis operabitur. Sin vero in egestatis ardore positos, quasi de consessu superiore despicias, continuo te flamma vorax consumet. Descende igitur in ignem, ne te horribilior ignis involvat : neque extra ignem sederis, ne te subitus flammæ voratus arripiat. Si enim te cum pauperibus viderit, a læsione tui prorsus absistet ; sin vero a pauperibus separatum, advolabit repente, teque rapiet ad pœnam. Noli ergo ab eis eo conjectis usquam omnino discedere, sed cum diabolus imperaverit eos in fornacem inopiæ contrudi, qui aurum contempserint adorare : noli tu ex illorum parte effici, qui conjiciunt, sed potius ex eorum, qui in tale conjiciuntur incendium : ut efficiaris quoque ex iis qui salvantur, non ex iis qui comburuntur. Etenim ros magnus est, nequaquam amore divitiarum ab inopum miseratione revocari : suntque omnibus ditiores, qui divitiis contemptis virtute claruerunt. Nam et illi tunc contemnendo regem, rege ipso effecti sunt clariores. Et tu itaque si mundi opes fideli mente despicias, toto eris mundo pretiosior : sicut etiam illi sancti, *Quibus dignus non erat mundus* (*Hebr.* 11. 38). Ut igitur dignus cælestibus efficiaris bonis, deride præsentia. Hoc siquidem modo et hic claritate virtutum, et in futuro præmiorum honore fulgebis, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum Patre et sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA QUINTA.

Hoc autem totum factum est ; ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem : Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel (*Isai.* 7. 14).

1. Multos audio qui dicunt, quod præsentes quidem et evangelicæ veritatis eloquiis perfruentes, dignum tantis rebus commodant auditum, animoque contrahuntur : egressi vero ecclesiam, cum loco et animum repente mutent, exstinguentes prorsus totum illum devotionis ignem, quem sermo in eis prædicationis accenderat. Quidnam igitur adhiberi congruit, ne istud eveniat ? Si scilicet consideremus in primis unde contingat. Unde itaque vobis accidit tanta mutatio ? De conversatione nimirum parum attenta, et vitiosorum hominum assiduo pestiferoque colloquio. Non enim oportebat omnino a cœtu ecclesiæ recedentes, contrariis huic studio negotiis implicari, sed domum continuo revertentes sacros replicare libros, et conjugem pariter liberosque ad eorum quæ dicta sunt collationem vocare, hisque altius animo ac penitus insertis, tum demum ad ea quæ huic vitæ sunt necessaria curanda procedere. Si enim balneum egressus, publica conventicula evitas, ne beneficium balnei fomento partum negotia molestiora corrumpant : quanto magis cum ab ecclesiæ congregatione regrederis, hoc te oportet efficere ? Nunc vero contraria agentes, cuncta disperdimus : nondum quippe utilitate sermonis firmiter in mente defixa, plurimus irruens sæcularium impetus actionum, omnia pariter evellit. Quod ne accidat, quoties a sancta congregatione discedilis, nihil magis necessarium judicate, quam ea quæ audiendo didicistis conservare meditando. Nimia enim omnino indevotio, et prorsus extrema est, ut quinque et sex dies quidem in rebus carnalibus consumentes, unum spiritalibus diem, imo exiguam diei partem nolitis impendere. Nonne quotidie cernitis filios vestros, ea quæ dicenda suscipiunt, totius fere diei continuatione meditari ? Quanto id magis nos in spiritalibus studiis præstare debemus : alioqui nihil huc nos proderit convenire, haurientes vase undique hiante rimis, atque undique perfluente : et ne tantum quidem studii in horum quæ diximus conservatione ponentes, quantum erga aurum argentumque solemus adhibere. Paucos enim plerumque nummos cum aliquis accipit, et sollicite reponit in sacculo, et diligenter obsignat sigillo ; nos vero postquam longe auro, gemmisque pretiosiora suscepimus eloquia, et inæstimabiles spiritualium opes bonorum, nequaquam ea in thesauro animæ recondimus continenda, sed passim atque negligenter mentes nostras effluere permittimus. Quisnam igitur nostri aliquando miserebitur, cum ipsi nobis tam aperte inveniamur inimici, atque in tantam nos pauperiem sponte cogamus ? Ne igitur ista contingant, legem hanc nobis scribamus immobilem, nec nobis modo, sed conjugibus etiam liberisque nostris, ut unum hunc totius hebdomadis diem, quo ad audiendum concurritur, totum in eorum quæ dicuntur meditatione ponamus. Sic enim et multo magis dociles vos ad ea quæ sunt dicenda venietis, et ipsi minus experiemur laboris. Sed etiam scientiæ vobis lucrum profecto majus eveniet, quando memoriter prius audita retinentes, paratius atque instructius ad recentia convolatis. Non enim parum ad eorum quæ

dicuntur proficit intellectum, diligenter nosse sensuum consequentiam, quæ a nobis juncto lectionis tenore contexitur. Quia igitur impossibile est uno die cuncta transcurrere, idcirco multis ea vobis commendamus diebus, contextu memoriæ interrupta jungentes, et longam seriem rerum, quasi catenam quamdam nostræ circumligantes animæ, ut integrum Scripturarum corpus appareat. Recordantes igitur diligenter quæ a nobis paulo ante memorata sunt, pergamus ad reliqua.

2. Quænam vero illa sunt, de quibus hodie disserendum est? *Hoc autem*, inquit, *totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam, dicentem.* Digna prorsus voce tantum signavit miraculum, dicendo : *Hoc autem totum factum est.* Quia enim quoddam pelagus immensum, et inæstimabile misericordiæ Dei vidit profundum, atque in rem subito prodiisse quod ante in spe non fuerat, ac repente naturæ leges solutas, reconciliationem Dei hominumque factam, superiorem cunctis ad inferiorem cunctis descendisse substantiam, et destructum maceriæ interstitium, et impedimenta submota, multoque his plura esse completa, uno fere verbo magnitudinem exprimendo miraculi, ait: *Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino.* Ne, inquit, æstimes, quod istud modo primum decretum sit : olim hoc ordinatum a Deo atque dispositum est. Quod et Paulus ubique studuit ostendere. Jam vero ipsum Joseph ad Isaiam remittit, ut si a sommo experrectus, verborum illius esset oblitus, tamquam quæ recens dicta essent, propheticorum verborum, in quorum meditatione nutritus fuerat, commonefactus, ea etiam quæ ab ipso dicta essent, mente contineat. Et Virgini quidem nihil tale est prorsus loquutus, nimirum quæ adhuc puella cum esset, horum notitiam non haberet : viro autem, ac præsertim justo, et prophetica assidue scripta meditanti, consequenter hinc disserit. Et superius quidem ait, *Mariam conjugem tuam:* hic vero postquam prophetam adduxit in medium, tum demum ei credidit nomen virginitatis. Neque enim ante imperturbato quietoque animo et Virginem illam audisset et matrem esse : a propheta vero nihil erat auditurus novi, sed certe id quod longi erat temporis meditatione detritum. Ideoque ut quod dicitur facile credatur, in medium angelus adducit prophetam. Sed nec teste quidem tam claro contentus, ipsum sermonem ad Dei auctoritatem reducit. Non enim Isaiæ, sed Dei omnium gubernatoris illud dictum esse confirmat. Idcirco non ait, quod dictum est ab Isaia : sed, *Quod dictum est a Domino.* Os quippe fuerat Isaiæ, per quod sermo ipse erat egressus, responsum vero divinum. Quid ergo hoc oraculo prædictum est? *Ecce Virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel* (*Isai.* 7. 14). Et cur, inquies, non est hoc nomine, id est, Emmanuel, sed Jesus Christus vocatus? Quia scilicet non dixit, Vocabis : sed, *Vocabunt*, populi sine dubio, et ipse exitus rerum. Hic enim ab effectu nomen imponitur. Est enim mos Scripturæ, eventus rerum ponere nominum loco. Quid enim est aliud, *Vocabunt nomen ejus Emmanuel*, nisi, Videbunt oculi mortalium Deum inter homines versantem : qui etsi ante cum hominibus fuit, non tamen tam aperte tamque manifeste? Quod si hoc loco Judæi impudenter repugnent, rogabimus eos, Quando igitur puer vocatus est, *Velociter spolia detrahe, cito prædare?* Nequaquam enim hic habent quod respondere possint. Cur igitur propheta dicebat, *Voca nomen ejus, Velociter spolia detrahe, cito prædare* (*Isai.* 8. 3)? Quoniam illo utique nato, detractio spoliorum facta est, atque populatio. Merito igitur res quæ sub eo tam clara contigit, ipsi tamquam nomen imposuit. *Et civitas*, inquit, *vocabitur civitas justitiæ, mater civitatum, fidelis Sion* (*Isai.* 1. 26). Nec tamen invenimus quod aliquando civitas justitiæ nominata sit, sed in Jerusalem semper appellatione permansit. Verum quia istud evenit in melius populi moribus conversis, civitatem ita prædixit vocandam. Cum enim tale aliquid acciderit, ut is per quem id effectum sit, aut qui ejus fructum perceperit, ex facto quam ex nomine clarius indicetur, nomen ejus appellat ipsam rei quæ facta est veritatem. Si vero hinc confutati atque convicti aliam moverint quæstionem, atque aliter appellationem Virginis intelligere conentur, aliosque nobis interpretes proferentes atque dicentes, Non dixerunt Virginem, sed puellam: primo quidem dicemus illud, quoniam ad faciendam vere translationis fidem, omnibus aliis jure Septuaginta interpretes sint digniores. Siquidem alii post adventum Domini interpretati sunt, Judæi siquidem permanentes, meritoque suspecti : quippe qui inimice et subdole multa corruperint, et data prorsus opera a prophetis mysteria prædicta celaverint. Septuaginta vero ante centum, et aliquando amplius Dominici adventus annos, ad interpretandum tot ac pariter accedentes, ab omni suspicione hujusmodi vindicantur. Atque ob ipsum temporis intervallum, et illorum numerum, ac consensum, magis fide digni utique fuerint.

3. Sin autem illorum qui postea interpretati sunt, testimonium proferre maluerint, sic quoque a nostra proveniet parte victoria; siquidem Scriptura adolescentulæ vel puellæ nomine virginem appellare consuevit. Idque non in feminis solum, verum etiam in viris sæpe signatum est. *Juvenes*, inquit, *et virgines, senes cum junioribus* (*Psal.* 148. 12). Ac rursus de puella loquens quæ virginitatem corporis violenter oppressa perdiderit : *Si*, inquit, *proclamaverit adolescentula* (*Deut.* 22. 27) : id est virgo. Et ea quidem quæ superius dicta sunt, hunc sensum facile confirmant. Non enim simpliciter posuit, *Ecce virgo in utero habebit;* sed cum ante dixisset, *Ipse Dominus dabit vobis signum*, continuo subjecit, *Ecce virgo in utero habebit* (*Isai.* 8. 14). Et certe nisi virgo maneret quæ in utero esset habitura, sed hoc communi fieret lege connubii, quod tandem id quod fiebat, signum fuisset? Signum quippe omnem prorsus consequentiam, et ordinem rerum debet excedere, et novum debet esse in omnibus, atque a solemni more diversum : aliter vero signum esse non poterit. *Surgens autem Joseph a somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini.* Vidisti certe obedientiam,

Digitized by Google

vidisti animum facile sacris fidem sermonibus accommodantem, vidisti mentem omnino vigilantem, ac nulla prorsus corruptione violatam. Neque enim saltem ipso suscipionis suæ tempore triste aliquid et absurdum est molitus in Virginem : et nunc quoque cum eadem illa suspicione relevatus est, non modo illam non conatur expellere, sed et secum retinet, et totius dispensationis minister efficitur. *Et accepit Mariam conjugem suam.* Nempe consideras quam frequenter evangelista hoc Virgini nomen imponat, nolens interim mirabile illud revelare mysterium, sed tamen jam exstinguens suspicionem malignam. *Cum autem accepisset, non cognovit eam donec peperit filium suum primogenitum. Donec*, hic posuit non ut suspiceris quod vel postea aliquando cognoverit : sed ut discas quod etiam ante partum omnino intacta permanserit. Cujus igitur, inquies, rei gratia *Donec* hic positum est? Sæpe Scriptura divina hac uti eloquutione consuevit, ut dicendo, *Donec*, non definitum aliquod tempus includat. Nam et cum a Noe corvus ex arca esset emissus : *Non est*, inquit, *reversus donec siccaretur terra* (*Gen.* 8. 7). Et certe nec postea invenitur redisse. De ipso etiam loquens Deo : *A sæculo*, inquit, *et usque in sæculum tu es* (*Psal.* 89. 2). Sed nullum hic profecto terminum posuit. Rursus altitudinem pacis annuntians : *Orietur*, inquit, *justitia ejus, et abundantia pacis, donec auferatur luna* (*Psal.* 71. 7) : non tamen finem pulchro huic statuit elemento. Ita etiam hoc loco, *Donec* posuit, ut a suspicione illud quod ante partum tempus fuit, absolveret. Postea vero quod sequitur, tibi jam æstimandum reliquit. Quod enim ab eo tibi dicendum erat, hoc ipse dixit, quod intacta fuit usque ad partum Virgo : quod vero ex præcedentibus consequens erat atque manifestum, tuo intellectui dereliquit; ut est certe istud : Quoniam nec postea quidem eam quæ tali modo mater effecta est, et novo illustrata partu, novoque puerperio, ille justus aliquando fuerit ausus attingere. Si enim cognovisset eam, et loco habuisset uxoris, quomodo illam Dominus quasi absque solatio, et neminem penitus habentem, discipulo commendare curasset, jubens ei ut eam reciperet in sua? Unde igitur, inquies, fratres ejus dicuntur Jacobus et Joannes? Non aliter omnino, quam quo ipse Joseph Mariæ putabatur maritus. Multa quippe sunt ad opacandum illius partus mysterium obducta velamina, propter quod ita etiam eos Joannes vocabat dicens : *Neque enim fratres ejus credebant in eum* (*Joan.* 7. 5). Sed tamen hi ipsi qui parum ante crediderant, clari postea in fide ac mirabiles exstiterunt. Quando enim Jerosolymam Paulus ascendit, ut cum cæteris apostolis de dogmatum varietate conferret, continuo intravit ad Jacobum. Tam enim fuit ille mirabilis, ut episcopatum primus acciperet. Aiunt autem genua ejus obduruisse callo, tantamque in eo fuisse carnis incuriam, ut adhuc viventis omnia fere membra morerentur : atque assiduitate orationis, jugique ad pavimentum prostratione corporis, frontem quoque ejus callo similiter obductam, ut nihil fere a cameli genibus, si duritiem spectes, discreparet. Hic etiam Paulum, cum postea iterum Jerosolymam venisset, maturitatis suæ sermone moderatus est, dicens : *Vides, frater, quot millia sunt credentium ex Judæis*, etc. (*Act.* 21. 20). Tantus illius erat pro ædificatione Ecclesiæ zelus, tantaque prudentia, imo Dei in illo gratia de Christi virtute resplendens. Qui enim obtrectabant Domino in carne constituto, adhuc in carne passibili, ita eum et admirati sunt, et coluere post mortem, ut cum multa pro illo cupiditate morerentur : quæ certe maxime effectum resurrectionis ostendunt. Propterea quippe ad ultimum clariora servavit, ut absque ullo esset ambiguo virtutis tam grande documentum. Si enim nos eos quoque quos admiramur vivos tamen obliviscimur mortuos : quomodo illi quem audebant irridere viventem, Deum esse post mortem putarent, si eum nihil aliud esse quam hominem credidissent? Quomodo autem pro illo elegissent mortem etiam subire, nisi manifestum in ipso cognovissent resurrectionis exemplum?

4. Hæc vero dicimus, non ut audiatis solummodo, verum etiam ut quæ auditis imitemini, fortitudinem scilicet, constantiam, omnemque justitiam : ut nemo de se desperet, etiamsi antea desidiæ torpore languebat, ut unusquisque nostrum nulla in re alia spem suam, nisi post Dei misericordiam in morum sanctitate constituat. Nam si istis omnino nihil profuit vel patria, vel domo, vel propinquitate Christo fuisse conjunctos, antequam de propria fulgerent virtute : qua nos dignos venia putamus, qui de justis propinquis ac fratribus gloriamur, nisi eos ipsos fuerimus imitati? Nam et propheta idipsum significans ait : *Frater non redimit, redimet homo* (*Psal.* 48. 7) : etiam si Moses fuerit, etiam si Samuel, etiam si Jeremias : audi tamen quid ad illum loquatur Deus : *Noli*, inquit, *orare pro populo isto : quoniam non exaudiam te* [1] (*Jer.* 11.-14). Quid igitur miraris, si non exaudiat supplicantem? Etiam si ipse, inquit, Moses adesset, atque Samuel, me tamen eorum pro talibus deprecantium non placeret oratio. Sed Ezechiel saltem si supplicet, audietur. Verum ipsi quoque dicit Dominus, *Quoniam si assistat Noe et Job, et Daniel, filios suos et filias non liberabunt* (*Ezech.* 14. 14. 16). Etiam si Abraham patriarcha pro iis supplicet, qui in suis vitiis permanendo immedicabiliter ægrotant, abibit Deus relinquens rogantem, ne vocem pro talibus intervenientis exaudiat. Et si Samuel rursum exorans pro aliquo indigno deprecetur, continuo ad ipsum clamabit Deus : *Usquequo tu luges Saül* (1. *Reg.* 16. 1)? Etiam si pro sorore quispiam incompetenter oraverit, audiet quod Moses : *Si conspuens conspuisset pater ejus in faciem ipsius, nonne esset immunda* (*Num.* 12. 14)? Non igitur quasi oscitantes et desides, ex aliorum meritis pendeamus. Habent enim vim pro nobis, et quidem maximam, orationes supplicationesque sanctorum : sed tunc profecto cum nos quoque idipsum per pœnitentiam postulamus, et ad studia meliora confugimus. Alioquin etiam Moses ipse, qui et fratrem

[1] In Græco, ἐὰν σὺ παρακαλέσῃς ἐγώ, id est, *si te non audio.*

Digitized by Google

suum, et sexcenta illa millia armatorum ab imminenti Dei liberavit ira, sororem tamen suam nequivit eruere. Et certe non erat æquale peccatum. Illa injuriosius de Mose fuerat quiddam loquuta : at vero omnis illa multitudo, quam diximus, rectam in Dominum impietatem commiserat. Sed hanc tamen vobis quæstionem potius relinquo, ipse vero id quod multo est difficilius, conabor absolvere. Quid enim jam de sorore dicamus, quando tanti ille dux populi sufficere sibiipsi quoque deprecando non valuit, sed post mille ærumnas laborum, et quadraginta annorum commendatum sibi a Domino principatum, prohibitus est a Domino terram repromissionis intrare, quam toties eis divinus fuerat sermo pollicitus? Quid igitur in causa est? Nequaquam utilis in illam terram sancti Mosis fuisset ingressus, sed cum magno damno conjunctus, et qui omnino plurimos Judæorum in maximam erroris ruinam supplantare potuisset. Si enim quia per illum fuerant de sola Ægypto liberati, relicto Deo, tantummodo Mosen requirebant, ipsius esse prorsus cuncta illa beneficia credentes : hunc si introductorem quoque in terram repromissionis habuissent, in quæ non illi impietatis prærupta cecidissent? Ut igitur omnis hujusmodi amputaretur occasio, ipsum quoque ejus est occultatum sepulcrum (*Deut.* 34. 6). Et Samuel quidem Saülem ab ira Dei liberare non potuit, Israeliticum vero sæpe populum salvavit (1. *Reg.* 16. 1). Jeremias quoque Judæos non eripuit ultioni ; alium tamen quemdam salvasse memoratur. Daniel etiam sapientes Babyloniæ ab interitu liberavit, nec tamen Judæos jugo captivitatis absolvit (*Dan.* 2). In Evangelio vero cernimus, non in aliis atque diversis, sed in eisdem ipsis fieri utrumque personis, et unum eumdemque hominem, nunc quidem sufficientem ad liberationem sui, nunc vero ipsum propriæ salutis effici proditorem. Nam ille quidem mille talentorum debitor, multis precibus supplicando semetipsum periculo liberavit, postea vero idipsum impetrare non valuit : alter vero e contrario, cum prius perditioni semetipsum totum dedisset, postea tamen sibi plurimum profuit. Quis vero iste est? Qui scilicet bona patris absumpserat (*Luc.* 15. 30). Ex quibus profecto redolet, quod si negligentes fuerimus ac desides, nec per aliorum quidem possumus merita salvari. Si vero mente vigilemus, etiam per nosmetipsos istud valeamus efficere, et multo magis nostro, quam alieno tuti esse suffragio. Nam et Deus salutem nostram, non tam aliis rogantibus pro nobis vult donare, quam nobis : ut hoc ipso quo iram in nos ejus placare cupimus, ad studia meliora migremus, et fiduciam bonæ conscientiæ colligamus. Sic enim Chananæam illam aliquando miseratus est ; sic etiam meretrici donavit salutem ; sic latronem a cruce in paradisum transtulit, nullius patroni, nullius precibus mediatoris inflexus.

5. Et hæc dicimus, non ut supplicandum esse sanctis negemus, sed ne nosmetipsos in otium ac desidiam resolvamus, et dormientes ipsi aliis tantummodo nostra curanda mandemus. Nam cum dixisset, *Facite vobis amicos*, non hic restitit, sed adjecit, *Ex iniquo mamona* (*Luc.* 16. 9) : ut scilicet tuum id esset ac proprium. Nihil quippe hic aliud quam misericordiæ opera signavit : quodque mirandum est, non exactam nobiscum rationem subducit, dummodo ab iniquitate desistamus. Quod enim dicit, hujusmodi est : Acquisisti antea male, impende jam bene : collegisti hactenus inique, disperge nunc juste. Atqui quæ tandem ista virtus est donare de talibus? Sed tamen amans hominem Deus eousque descendit, ut si ista faciamus, bona nobis magna promittat. Verum nos in tantum stultitiæ amentiæque processimus, ut nec ex iniqua aliquid possessione tribuamus : sed et cum rapinis mille ditati vel minimam partem forte dederimus, omnia nos jam implesse credimus. An non forte audisti apostolum pronuntiantem, quoniam *Qui parce seminat, parce et metet* (2. *Cor.* 9. 6)? Qua, quæso enim, ratione parcis ac retines? Non est istud impendere, sed augere : neque fructus ac negotiatio impensa dicenda est. Ubi enim semen est, ibi etiam multiplicatio fructuum consequitur. Tu vero si terram quidem pinguem ac fertilem coleres, et quæ plurimum esset opportuna seminibus, non tantum illam propria horrea seminando vacuares, verum etiam mutuaveris aliunde quod sereres. Maximum namque detrimentum putares, in re tali diligere parcitatem : cælum vero cum culturus sis, ubi nulla aeris inæqualitas, corruptio nulla ventorum est, sed plurimo ubique cum fœnore semina jacta proveniunt, cunctaris atque dissimulas, nec intelligis quia possimus et parcendo perdere, et spargendo colligere? Sparge ergo, ne perdas : noli retinere, ut magis congreges, sed fructuosissimo eroganda genere ut lucreris, impende. Et si servare illa oportet, noli ea tu servare ; hoc enim modo universa dispereunt : sed Deo potius cuncta committe, et nemo quidquam poterit inde diripere. Noli igitur tu hic velle negotiari : neque enim nosti lucra colligere : sed eum potius fœnerare, qui longe majorem fœnore reddit usuram : ibi (inquam) potius fœnerare, ubi nulla invidia prorsus, nullus timor, nulla accusatio, nullæ versantur insidiæ : fœnerare nullius rei penitus indigentem, sed propter te tamen tamquam necessaria postulantem. Da pascenti omnes, et propter te esurienti, ne ipse egestate moriaris. Da ei qui idcirco pauper effectus est, ut te divitem faceret : fœnerare unde possis non mortem fructificare, sed vitam. Istæ namque usuræ regnum, illæ autem acquirunt gehennam ; illæ enim avaritiæ sunt, istæ vero philosophiæ ; et illæ quidem crudelitatis, istæ vero pietatis. Quam ergo satisfactionem parare poterimus, qui cum et amplius, et tutius, et opportunius possimus accipere, et cum libertate omni, et absque formidine, absque obtrectationibus ac periculis possidere, a talium lucrorum studio recedentes, vilia ista sectamur ac turpia, continuo peritura, ac maximum nobis paritura supplicium? Nihil enim præsenti usura turpius, nihilque crudelius. Siquidem hujusmodi fœnerator negotiatur aliena discrimina, et uberiores, ut putat, quæstus de alterius infelicitate consequitur, atque insuper quasi pietatis mercedem reposcit, velut metuens ne immisericors forte videatur : cum profecto prætextu miserendi, atque opem ferendi, ma-

Digitized by Google

jorem misero foveam crudelitatis effoderit, specie juvandi alterens inopem, ac manum porrigendo dejiciens, et quasi in portum ex tempestate suscipiens, sed improviso turbine in multo magis crudele naufragium, velut inter scopulos ac latentia saxa demergens. Quid igitur, inquis, hic præcipis? ut scilicet pecuniam congregatam, mihique utilem in usus alterius commodem, nec ullam inde prorsus mercedem reposcam? Absit. Non ego istud dico, sed satis cupio etiam te pro illa accipere mercedem : non hanc sane vilem et prorsus exiguam, sed longe utique majorem. Usuram enim tuam, non aurum volo esse, sed cælum. Cur ergo in paupertate teipsum concludis? Cur terræ totus affigeris, nimiumque in ea sordide volutaris, et repetis exigua pro magnis? Hoc enim illorum est qui ditari prorsus ignorant. Cum enim Deus pro parvula quadam pecunia, bona tibi cælestia et æterna promittat : tu vero dicas, Cælum mihi non det, sed pro cælo largiatur aurum, quod profecto periturum est : hoc est velle in pauperie remanere. Qui autem veras opes ac divitias concupiscunt, ea quæ mansura sunt potius eligunt, quam illa quæ pereunt : perennes opes potius ac inexhaustas, quam eas quæ consumuntur : hujusmodi enim præponunt magna parvis, et temporalibus sempiterna, fiuntque digni qui utraque percipiant. Qui ènim cælum terræ amore contemnit, etiam istam profecto perdet : qui vero huic illud præponit, utrisque potietur : et multo certe tutius, multoque jucundius. Quod ut etiam nobis fiat, despicientes cuncta omnino præsentia bona, potius eligamus futura. Ita enim et illis et istis fruemur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria cum Patre et sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA SEXTA EX CAPITE II.

Cum autem natus esset Jesus in Bethlehem Judææ, in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Jerosolymam, dicentes : Ubi est qui natus est rex Judæorum? Vidimus enim stellam ejus in oriente, et reliqua.

1. Multa nobis opus est vigilantia, multis precibus, ut præsentis difficultatem loci possimus absolvere : et discere quinam isti sint magi, et unde venerint; et quonam modo, quove suadente : quænam etiam illa fuerit stella, quæ magos ad Christum usque perduxerit. Quinimo si placet, ea primum proferamus in medium, quæ de hoc loco disputant veritatis inimici. Siquidem tantum amentiæ illis diabolus inspirat, ut hinc quoque se contra virtutis rationem opinentur armari. Quidnam ergo proponunt? Ecce, inquiunt, etiam Jesu nato sidus apparuit : quod certe grande documentum est, certissimam astronomiæ esse rationem. Porro id aperte falsum convincitur. Si enim secundum legem est natus astrorum, quomodo astronomiam solvit, fatumque destruxit, et dæmonum os obturavit, ac totum omnino exclusit errorem, omnemque vanissimam artis hujus obruit officinam? Quonam etiam pacto magi ex stella illa Judæorum regem illum esse didicerunt, cum certe non istius regni ille rex esset, sicut etiam Pilato ipse respondit : *Regnum*, inquit, *meum non est de hoc mundo* (*Joan.* 18. 36)? Nihil quippe tale monstravit, quale mundi hujus reges habere conspicimus. Neque enim hastatas ille atque clypeatas ostendit militum catervas, non equos regalibus phaleris insignes, non currus auro ostroque fulgentes. Non enim istum, nec alium quempiam similem circa se habuit ornatum : sed vilem hanc prorsus vitam egit ac pauperem, duodecim tantummodo homines, eosque despicabiles secum circumducendo. Sed et si regem illum esse magi noverant, cujus rei tamen gratia ad eum venirent? Neque enim istud ad astrologiæ spectat artem, ut eos qui nascuntur cognoscat stellis : sed ut ex hora punctove nascentium, ea quæ illis sunt eventura prædicat, ut aiunt. Isti vero neque parienti adstiterant matri, neque tempus quo rex noster natus esset agnoverant, ut hinc videantur præcinendi futura sumpsisse principium : sed e contrario, cum multum ante tempus in regione sua stellam apparere vidissent, venerunt ad eum qui erat natus, videndum. Quod quidem ipsum, quantum ad rationem spectat humanam, multo esse inconsequentius comprobatur, quam id quod paulo ante præmissum est. Quænam enim magos ratio commovit? quænam etiam spes impulit præmiorum, ut ad regem adorandum venirent tam vasto præsertim a se terrarum spatio separatum? Quod et si super ipsos regnaturus fuisset, nec sic quidem haberet peregrinatio tam longa rationem. Nam si in regali fuisset aula natus ac patre regnante, consequenter forte quis diceret istos in honorem patris puerum adorare voluisse, et hoc sibi ad conciliandum regis animum suffragium comparasse : nunc vero cum illum nec suum regem sperent futurum, sed gentis alienæ, magnoque spatio ab illorum regione divisæ, neque patrem ejus regem esse videant : qua ratione tanti iter laboris arripiunt, et adorant parvulum in matris gremio pauperis collocatum, et offerunt munera, maximo certe cum periculo ista omnia facturi? Audiens enim hæc ab eis Herodes, pariterque populus, turbatus est. Verum hæc, inquis, minime isti præsciebant. At omni prorsus ratione nuda hæc probatur objectio. Nam etsi valde insipientes fuissent, istud tamen nequaquam ignorare potuissent, quod ingressi urbem in qua rex alter habitaret, talia prædicando, aliumque illius populi regem esse monstrando, non mille contra se gladios commoverent. Cur ergo etiam adorarunt pannis adhuc infantiæ colligatum? Nam si virilis jam fuisset ætatis, dicere quis forte potuisset, quod aliquod ab eo auxilium præstolantes, in apertum se periculum tradidissent. Quod tamen ipsum extremæ omnino fuisset dementiæ, ut Perses aliquis ac barbarus, nullumque habens cum

Digitized by Google

Judæorum gente consortium, vellet a domo sua patriaque discedere, relinquere etiam famulos, amicos, propinquos, regnoque se alterius subjugare.

2. Si vero id stultum fuisset, multo id quod sequitur esse stultius comprobatur. Quid vero istud est, quod scilicet tam longi spatia itineris emensi, cum adorassent puerum, multosque adversum se excitassent tumultus, continuo sunt reversi? Quæ vero etiam regni vidisse feruntur insignia? Humile profecto tugurium, squalidumque præsepium, et parvulum pannis vilibus involutum, et matrem pauperculam. Cur vero ipsa obtulere munera? quave de causa? Putasne lex erat, aut mos aliquis, ut ubicumque terrarum regibus natis hujus tribueretur devotionis obsequium : et isti totum prorsus circumeuntes orbem, eos quos scirent ex vilibus atque pauperibus reges futuros, suppliciter adorarent, et hoc antequam illi solium regale conscenderent? Sed omnino nullus id dixerit. Cujus ergo illum adoraverunt rationis intuitu? Sed et si de præsentibus aliquid beneficiis cogitabant, quid tandem remunerationis a parvulo et matre inopi sperare potuerunt? An vero ut in posterum sibi apud regem gratiam collocarent? Et unde scire illi poterant quod ille non oblivisceretur tam properatæ adorationis jam maturus in regno, qui in ipsis adhuc fuisset incunabulis adoratus? Quod si illum crederent a matre admonendum, illi tamen supplicio essent quam præmio digniores, qui eum in tam apertum periculum, non tam adorando, quam prodendo tradiderant. Hinc siquidem Herodes profecto turbatus, omni puerum cura quærebat, omnique eum interimere cupiditate properabat. Ita enim se res habet, ut ubi quispiam regnante alio alterum regem dixerit futurum, eumque adhuc puerum et privatum nolum fecerit, mille eum periculis exponat, atque in apertum tradat interitum. Videsne quanta hic absurda nascantur, si juxta humanam consequentiam, moremque communem hæc esse intelligenda credamus? Nec tamen ista solum, sed plura etiam alia proferre possumus, majorem habentia quæstionem, quam ista quæ diximus. Sed ne obscuris obscura nectentes, fastidium vobis laboremque faciamus, age jam ad ea quæ proposita sunt explananda veniamus, ab ipsa sumentes stella absolutionis exordium. Cum enim didicerimus quænam sit illa stella, vel qualis : et utrum una de multis, an prorsus nova, et ab aliis discreta sideribus, et utrum naturaliter stella sit, an tantum stellæ speciem præ se ferat : cum, inquam, didicerimus ista, facile sciemus et reliqua. Unde ergo manifestius poterunt ista cognosci? De ipsa profecto evangelicæ lectionis historia. Quod enim non una fuerit hæc stella de pluribus. imo, ut ego arbitror, nec stella omnino, sed quædam invisibilis virtus in specie sideris figurata, ab ipso primum itinere monstratur. Non est enim stella, omnino non est, quæ per hanc cæli plagam cursum tenere doceatur : sed sive dixeris solem, sive dixeris lunam astraque cætera, ab oriente ferri omnia in occidentem videmus. Hæc vero a septentrione in meridiem stella veniebat. Sic enim secundum locorum situm Palæstina spectabat ad Persidem. Secundo vero etiam de tempore istud probari possibile est. Neque enim in nocte cernitur, sed lucente prorsus die, ac sole fulgente. Quam lucendi vim non modo stella nulla, sed nec ipsa quidem luna sortita est : quæ licet multo clarius omnibus coruscet astris, continuo tamen ortu solis absconditur : et quæ prius illustrabat omnia, sub multo clariore sidere vix ipsa conspicitur. Hæc vero stella ipsos etiam solis radios proprio quodam præcipuoque fulgore superabat, clarius illis profecto apparens, atque in tanto eorum lumine magis ipsa resplendens. Tertio autem ab ipsa interpolatione lucendi stellæ hujus novitas indicatur. Nunc enim occultabatur omnino, nunc toto prorsus fulgore radiabat. Nam usque ad Palæstinam venientibus magis, quasi dux itineris semper apparuit : cum vero Jerosolymam introissent, sese rursus abscondit. Deinde cum Herodi causam itineris indicassent, eoque relicto ad puerum pergerent adorandum, iterum se illis eadem stella monstravit. Hoc autem non agit motus sideris, sed virtus quædam plena rationis. Neque enim proprium quempiam illa tunc stella cursum tenebat, sed cum eos oporteret pergere, etiam ipsa pergebat : cum vero standum esset, stabat opportune ac decenter cuncta dispensans. sicut etiam illa quondam in eremo nubis columna pro opportunitate rerum nunc stabat loco, ibi castra figenda declarans, nunc progrediens movebat exercitum (*Exod.* 13. *Num.* 9). Quarto etiam ab ipso demonstrationis modo facile istud lucideque perspicitur. Non enim in excelso constituta cæli eum qui inquirebatur a magis ostendit locum, neque enim sic discere illi aliquando potuissent : sed descendens, et inferiorem aeris partem tenens, istud effecit. Nostis enim, quod tam exiguum et humilem locum, ac breve tugurium, quod, ut ita dixerim, corpusculum illuc parvuli continebat, nequiverit de cælo stella monstrare. Neque enim tantam illius brevitatem loci, tam inæstimabilis altitudo iis qui videre cupiebant, veluti certa nota designare potuisset, quod certe perfacile a lunari potest orbe cognosci. Luna enim cum sideribus tantum præcellat, in tam grandis latitudinem diffusa terræ, cunctis mundi habitatoribus creditur esse vicina. Quemadmodum igitur stella tam exiguum locum, tugurii scilicet atque præsepis, ostendit, nisi sublime illud relinquens ad inferiora venisset, superque ipsum fere caput pueri constitisset : quod etiam evangelista significans, *Ecce*, inquit, *stella quam viderant in oriente, præcedebat eos usquè dum veniens staret supra ubi erat puer*. Nempe consideras quantis ex rebus evangelista doceat, quod non sit hæc stella una de cæteris, neque secundum consequentiam astrologiæ puerum ostendat astrologis.

3. Cur igitur apparuit? Ut videlicet infidelitatem Judæorum magis magisque convinceret,

Digitized by Google

et ingratis omnem prorsus aditum excusationis obstrueret. Quia enim Christus adveniens Veteri Testamento erat finem daturus, universum vero mundum ad se vocaturus adorandum: qui utique mari terraque esset colendus, ab ipsis statim initiis nativitatis ostium gentibus reserat, et sic quoque domesticos cultores suos erudit, dum invitat alienos. Quia enim audientes prophetas, qui adventum ejus sæpe promiserant, parum attente eorum verba pensabant, a longinquis regionibus venire fecit et barbaros, qui apud illos natum inquirerent regem, ut Persico primum sermone discerent quæ prophetis nuntiantibus discere noluerunt: ut si bonæ fuerint voluntatis, maxima juventur occasione credendi; si vero contra manifesta contenderint, omni prorsus excusatione priventur. Etenim non suscipientes Christum post tantorum de illo testimonia prophetarum, quo tandem impietatem suam obducere colore potuissent, quando vidissent magos unius apparitione stellæ, et inquisisse Christum, et inventum suppliciter adorasse? Quod igitur de Ninivitis fecit Deus, mittens ad eos Jonam: quod in Samaritana atque Chananæa, hoc etiam fecit in magis, et idcirco dicebat: *Viri Ninivitæ surgent et condemnabunt*, et, *Regina austri surget, et condemnabit generationem istam* (*Matth.* 12. 41. 42): quoniam illi quidem minoribus crediderunt, iste vero nec maximis. Et qua, inquis, ratione magos per stellam ducit ad Christum? At quonam modo oportuit? prophetasne mitti potius? Sed nequaquam magi credidissent prophetis. An voce aliqua desuper insonare? Nec hanc quidem curassent. An angelum mittere? Verum hunc quoque forsitan præteriissent. Propterea igitur omnia hujusmodi derelinquens Deus, per ea illos vocat, quæ familiaria eis consuetudo faciebat, mira quidem dispensatione pietatis ad hominum condescendens salutem. Ingens itaque magis et clarum ostendit astrum, quodque plurimum ab his quæ spectamus sideribus discreparet, ut eis de magnitudine, et de pulchritudine sideris, nec non etiam de ipsa novitate cursus admirationem moveret. Hæc itaque Paulus imitando, ab ara occasione sumpta, cum gentibus disserit, ex domesticis in medium proferens testimonia poetis: Judæis aliquamdiu Christum absque interdicto circumcisionis annuntiat, et adhuc sub lege viventibus a sacrificiis sumit initia doctrinæ. Quia enim unusquisque consuetudinis suæ amicitia ligatur, et Deus, et missi ab ipso ad totius orbis salutem homines, de ipso cujusque more gentis materias sibi assumunt dicendi. Ne igitur opineris eo indignum, quod magi per stellam vocantur. Hoc enim modo omnes Judæorum ceremonias, omnesque ritus et sacrificia, atque purificationes, et neomenias, et arcam, templumque ipsum reprobabis. Siquidem hæc omnia originem a gentium ruditate traxerunt. Sed Deus ob deceptorum salutem, per ea ipsa se coli passus est, per quæ illi dæmones ante coluerant, aliquamdiu illa in melius inflectens, ut eos paulatim et a consuetudine sua reduceret, et ad philosophiam perduceret altiorem. Hunc igitur ipsum dispensationis suæ morem servavit in magis, quos per stellæ apparitionem vocavit, ut eos inde efficeret celsiores. Postquam igitur adduxerat, et veluti manu ad præsepe ipsum stella præcunte deduxerat, eis non jam per stellam, sed per angelum loquitur, ita eos gradatim ad meliora perducit. Hoc etiam Ascalonitis, hoc legitur fecisse Gazensibus, horumque finitimis. Etenim istæ quinque tunc urbes postquam letali plaga, arca ad se veniente, perculsæ sunt, nullamque ex tantis malis liberationem poterant invenire, vocatis vatibus et populi multitudine congregata, quemadmodum illa Dei placari posset ira, quærebant (1. *Reg.* 5). Tunc eorum respondere vates, ut juvencas indomitas adhuc et primiparas ad plaustrum jungerent, quo arca veheretur, nulloque eas regente, quo vellent ire permitterent: sic apparaturum esse dicentes, utrum a Deo plaga illa venisset, an communi quodam casu, atque ægritudine deperissent (*Ibid.* 6). Si, inquiunt, jugum superba cervice contriverint, atque mugientes ad vitulos recurrerint, casu id factum esse manifestum est: si vero directo itinere contenderint, et neque ad mugitum tentaverint redire vitulorum, neque in aliam regionem ignotæ viæ errore detorserint, liquido patebit Dei manu has urbes fuisse percussas. Quoniam igitur vatibus ista dicentibus, illarum tunc regionum populi crediderunt; eorumque implevere præceptum, Deus quoque condescensione solita, vatum sententiam comprobavit: nec majestate sua putavit indignum, in effectum operis profanorum dicta perducere, idque agere ut illi fideliter viderentur ista suasisse. Ad majorem siquidem Dei gloriam pertinebat, si virtus ejus etiam inimicorum testimonio panderetur, et si ipsi quoque gentilitatis magistri consonam ferrent de viri Dei potestate sententiam. Multaque præterea horum similia Deum dispensare invenimus. Nam in pythonissa quoque hunc tenuit dispensationis tenorem: quod vos jam ipsi juxta prædictam regulam potestis absolvere (*Ibid.* 28). Occasione igitur stellæ hæc a nobis dicta esse sufficiat, de qua vos dicere jam plura poteritis. *Da* enim, inquit, *sapienti occasionem, et sapientior erit* (*Prov.* 9. 9).

4. Tempus vero est, ut ad principium eorum quæ sunt lecta redeamus. *Cum autem natus esset Jesus in Bethlehem Judææ, in diebus Herodis regis.* Et magi quidem stellam prælucentem sequuti sunt: Judæi autem nec prophetis quidem insonantibus crediderunt. Quanam vero ratione et locum designat et tempus, dicendo, *In Bethlehem*, et, *In diebus Herodis regis?* qua vero de causa addidit dignitatem? Quam certe idcirco signavit, quoniam erat et alius Herodes, qui interfecit Joannem: sed ille tetrarchæ honorem habuit, hic regis. Et locum ponit et tempus, ut nobis in memoriam revocet antiquas prophetias: quarum unam Michæas aliquando prædixit: *Et tu*, inquit, *Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda* (*Mich.* 5. 2); alterum vero patriarcha Jacob, qui nobis olim tempus ipsum diligenter expressit, et adventus Christi signum evidens posuit dicendo: *Non deficiet princeps ex Juda, nec dux de femoribus ejus, donec veniat cui reposita sunt: et ipse erit exspectatio gentium* (*Gen.* 49. 10). Sed et illud quoque inquisitione dignum puto: unde ad hunc illi potuerunt intelle-

Digitized by Google

rtum venire, et quis eos in hoc suscitasse credatur. Non enim mihi solius hoc esse stellæ videtur, verum etiam Dei, per quem illorum ad hoc anima commota est. Qui tale etiam aliquid in Cyro legitur rege fecisse, præparans eum ut Judæorum populum a jugo captivitatis absolveret (2 *Paral.* 36): non tamen sic istud operatus est, ut liberi arbitrii jura perfringeret. Siquidem etiam cum Paulum vocavit a cælo, non suam tantummodo gratiam, sed etiam illius fecit obedientiam relucere (*Act.* 9). Et cur, inquies, non hoc magis omnibus revelavit? Quia scilicet non omnes fuerant credituri. Erant quippe isti cunctis qui in illa versabantur arte, ad fidem paratiores. Nam et cum plurimæ aliæ gentes perirent, ad solos tamen Ninivitas propheta directus est: et duo latrones juxta Dominum pependerunt, sed unus tantum electus est in salutem. Considera igitur horum et admirare virtutem, non modo, quia tam longi itineris subiere laborem, sed etiam quia tam simpliciter ac libere egere cum rege. Etenim ne subdole missi ab aliquo putarentur, et ducem sui itineris produnt, et longinquitatem regionis fatentur, et fiduciam mentis ostendunt. *Venimus*, inquiunt, *adorare eum.* Et neque tumultum populi atque clamorem, neque potestatem reformidant tyranni: unde mihi videntur isti etiam in regione propria facti esse postea civium suorum magistri. Qui enim hic nequaquam ista dicere timuerunt, multo hæc ipsa liberius patriæ suæ hominibus prædicarunt: quippe præter stellæ indicium, habebant et angeli responsum, et prophetæ testimonium. *Audiens*, inquit, *Herodes rex, turbatus est, et omnis Jerosolyma cum illo.* Herodes quippe consequenter, utpote rex, et sibi pariter et liberis formidans, Jerosolyma vero quam tandem habuit causam timoris, cum certe illum audierit esse, quem salvatorem ejus, atque beneficum, et liberatorem prophetæ porro ante prædixerant? Quanam igitur ratione Judæi turbati sunt? De ipsa nimirum pravitate sententiæ, qua prius adversabantur Dominum beneficia conferentem: et tam gloriosæ quam consequuti fuerant ab eo libertati præferebant miserabilem illam, quam in Ægypto sustinuerant, servitutem (*a*). Tu vero diligentiam considera prophetalem. Nam hoc quoque ipsum olim propheta prædixerat: *Et cupient si nati sint, esse igne combusti: quoniam puer natus est nobis, et filius datus est nobis* (*Isai.* 9. 5. 6). Quamquam enim turbati, nequaquam tamen studeant videre quod factum est, neque ad adorandum euntes magos sequuntur: neque in tanta re, tamque mirabili aliquid curiositatis ostendunt: ita erant contentiosi pariter ac desides præ cæteris omnibus. Oportuerat namque eos continuo sentire, quantum sibi esset additum dignitatis, de tanti scilicet nativitate regis, qui Persarum ad se regionem ortu suo triumphante traxisset, et sub quo omnes populos possent legibus subjugare, utpote rebus in prosperiora surgentibus, et regno tam clare ab ipso regis sui fulgente principio. Qui tamen nec sic quidem in meliora mutantur, cum paulo ante captivitate fuissent Persica liberati. Erat enim omnino consequens eos animo volvere, ut si nihil de occultioribus altioribusque didicissent, felicitatem tamen suam ex ipsa præsentium novitate perdiscerent, meritoque dicerent: Si jam regem nostrum Persæ natum adeo contremiscunt, quando eum magis poterunt timere firmatum, ejusque imperiis obedire? Erunt ergo profecto nostra omnium regnis gentium clariora: sed nihil prorsus hujusmodi desides animos suscitavit. Tantus siquidem illos torpor obsederat, eique conjuncta par invidia: quod utrumque vitium procul a nobis debemus arcere. Oportet enim eum qui adversus ista depugnat, ipso igne potiorem in se fervorem mentis accendere. Unde etiam Dominus ait: *Ignem veni mittere in terram; et quid volo, nisi ut accendatur* (*Luc.* 12. 49)? Propterea et sanctus Spiritus in specie ignis apparuit.

5. Verum nos cinere frigidiores, et mortuis insensibiliores facti sumus: et quidem cum ipsum Paulum beatum super cælum, adeoque cælum cæli volitare videamus, ipsoque igni ardentius transcendentem cuncta, et cuncta superantem, inferna scilicet ac superna, et tam præsentia quam futura, tam ea quæ sunt, quam ea quæ non sunt. Quod si supra te est illud exemplum, quamquam jam hic sermo torporis est (quid enim te amplius habuit Paulus, quia tibi illum impossibile credis imitari?), tamen ne aliquid contentiosius afferre videamur, prætereuntes Paulum, eos saltem qui primi in Christum crediderunt, consideremus. Qui certe et pecunias, et possessiones pariter et curas, atque occupationes vitæ hujus reliquerunt, seque totos tradiderunt Deo, cunctis prorsus diebus ac noctibus ipsius adhærendo sermoni. Hæc est enim spiritalis natura flammæ, ut nullam secum carnalium voluptatum ardere patiatur, sed in alium nos amorem semper traducat. Et idcirco talium rerum cupidus, etiam si cuncta quæ possidet cogatur impendere, si deridere gloriam, si exhorrere delicias, si ipsam postremo exponere vitam, cum ingenti omnia facilitate perficiet. Etenim præcipuus quidem illius ignis ardor cum alicujus mentem fuerit ingressus, totum inde torporem ignaviamque depellit: et eum cujus semel pectus invaserit, omni prorsus alite præstat esse leviorem. Jamque iste talis ea quæ videntur cuncta despiciens, in compunctione continua perseverat, largo assidue fluens fonte lacrymarum, multamque hinc capiens voluptatem. Nihil quippe ita conglutinat atque unit Deo, ut illæ lacrymæ quas et peccati dolor et amor virtutum effundit. Qui enim talis vitæ conservat tenorem, etiam si in medio urbis videatur habitare, quasi in eremi tamen vastitate requiescit, et inter solitudines montium, et secreta convallium. Nullo enim tumultu rerum, strepituque concutitur: nihil de præsentium avocatione conspiciens, neque ullam satietatem de hujusmodi luctu lacrymisque percipiens, sive propria peccata, sive etiam lamentetur aliena. Et idcirco Christus hos præ cæteris pronuntiavit beatos, *Beati*, inquiens, *qui lugent* (*Matth.* 5,

(*a*) Juxta Græcum, legendum esset, *miserabilem Ægyptiacarum carnium comestionem.*

Digitized by Google

5.). Et quemadmodum, inquies, Paulus ait: *Gaudete in Domino semper (Philip. 4. 4)*? Dixit hoc quidem ille, confiteor: sed eam proculdubio quæ ex his nascitur lacrymis significans voluptatem. Sicut enim mundi gaudium tristitiæ consortio copulatur, ita etiam secundum Dominum lacrymæ jugem pariunt certamque lætitiam. Sic etiam illa in evangelio meretrix virgines quoque ipsas honestate superavit, et incredibilis in Christum amoris igne succensa, et a maximis sordibus peccatorum largissimo lacrymarum fonte purgata. Quia enim perfecte incaluerat pœnitendo, bacchari, ut ita dixerim, cœpit, desiderio exagitata Christi. Siquidem continuo et crines resolvit, et sanctos pedes uberius diluens lacrymis, ac propriis extergens capillis, pretioso rigavit unguento. Et hæc quidem extrinsecus cuncta faciebat; ea vero quæ in secreto mentis agitabat, multo his erant ignitiora, multoque majora, quæ tantummodo Deus ipse cernebat. Et idcirco omnis hoc audiens congaudet illi, ac de ejus virtute lætatur, ab omnique illam crimine decernit alienam. Si igitur nos maligni hanc de illius ferimus conversione sententiam, intellige quanta jam benigni Dei liberalitate potiatur, quantorumque etiam ante illum diem remunerationis ex ipsa pœnitentia fructum sibi congregarit bonorum. Sicut enim post vehementes imbres, mundus aer ac purus efficitur: ita etiam lacrymarum pluvias serenitas mentis sequitur, atque tranquillitas, omnisque illa de peccatorum tenebris offusa caligo dissolvitur. Et sicut ex aqua et Spiritu, sic rursus ex lacrymis et confessione purgamur, modo ne ad ostentationem istud et laudem faciamus. Illa siquidem quæ hujusmodi deflet intuitu, magis etiam culpa digna est, quam quæ corporalis studio pulchritudinis coloratur fucis, stibioque depingitur. Illas, inquam, ego requiro lacrymas, quæ non ostentationi proficiunt, sed compunctioni: quæ funduntur occulte, quæque ex illo dolore profluunt, quæ intra conscientiæ thesaurum, et pectoris arcana celantur, quæ per afflictas genas nullo hominum teste volvuntur, quæ summo in silentio et quiete desiliunt, quæ ex intimo cordis ebulliunt, quæ ex tribulatione et dolore nascuntur, quæque solius Dei oculis offeruntur. Quales certe illæ erant Annæ aliquando lacrymæ, de qua dicitur: *Labia ejus movebantur, vox autem ejus non audiebatur* (1. *Reg.* 1. 13). At hæ lacrymæ vel solæ emittebant ad Dominum vocem omni buccina clariorem: et idcirco sterilitatem ejus in fecunditatem Deus mutavit, et quasi e duro quodam saxo agrum fertilem reddidit.

6. Si ergo tu quoque ejusmodi lacrymas fundas, etiam Domini tui efficieris imitator. Nam ipse flevit et cum Lazarum suscitavit, et cum ad expugnandam respiceret civitatem (*Joan.* 11. 35. *Luc.* 19. 41). Sed etiam de Judæ proditione simul ac perditione turbatus est. Itaque flentem quidem illum frequenter invenias, numquam vero ridentem, sed nec leviter saltem subridendo gaudentem. Nullus certe hoc evangelista memoravit. Nam quod et Paulus fleverit quidem, et per triennium noctibus id fecerit ac diebus, et alii de illo, et ipse de seipso testatur. Quod vero riserit, neque ipse usquam, neque de eo quispiam alius ostendit. Sed nec ullus sanctorum, vel de seipso vel de alio quopiam, tale quid aliquando significasse narratur. De sola sane Sara legimus hoc dictum, sed illico Dei voce correpta est. Et de filio Noe, sed propter illum risum servus factus est ex libero. Et hæc dico non ut risum prorsus abscindam, sed ut dissolutionem penitus exstinguam. Cujus etenim rei gratia in cachinnum solveris, et defluis, qui tantorum tibi sponte factus es causa mœrorum, ante tribunal Christi illud staturus terribile, et summa cum examinatione rationem pro cunctis actibus redditurus, cum utique non de iis solum judicandi simus, quæ voluntate atque proposito, sed etiam quæ coacti aliquando committimus? *Qui enim*, inquit, *negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo* (*Matth.* 10. 33). Et certe plerumque contingit ut extorqueatur alicui negatio Dei, sed tamen non effugit ista supplicium. Nam pro hac quoque pœnas luemus. Nec de his tantummodo puniendi sumus, quæ scimus, verum etiam quæ nescimus. *Nihil*, inquit apostolus, *mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum* (1. *Cor.* 4. 4). Quin et pro iis quæ per ignorantiam et scientiam admittimus. *Testimonium*, inquit, *illis perhibeo quia æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam* (*Rom.* 10. 2). Verumtamen hoc eis ad purgationem omnino non sufficit. Sed et Corinthiis scribens, *Timeo*, inquit, *ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate quæ est in Christo Jesu* (2. *Cor.* 11. 3). Pro tantis igitur peccatis pœnas daturus, securus tui sedes, miserabili risu, lugendisque facetiis te simul aliosque disperdens, et de sola deliciarum voluptate sollicitus, bona æterna contemnis. Si ergo inquis, ista non fecero, sed ad luctum fuero lacrymasque conversus, quem tandem fructum capessam? Profecto maximum, et omnino tantum, quantum sermo explicare non sufficit. In sæcularibus enim judiciis, quantumlibet post acceptam sententiam lamenteris et lugeas, non tamen effugies flendo supplicium: hic vero si toto corde ingemueris ad Deum, solvisti repente sententiam, veniamque consequutus es. Idcirco multa nobis de luctu loquitur Christus, et beatificando lugentes, et miseros pronuntiando ridentes. Non enim in theatrum, hoc est, ubi risus moveatur, neque in unum propterea sæpius convenimus, ut indecentibus cachinnis resolvamur: sed ut gemamus potius, et regnum ex hoc gemitu hereditemus futurum. Nam tu quidem si conspectui terreni regis assistas, nec subridere prorsus audebis: ipsum vero angelorum Dominum habens ubique præsentem, non ei cum tremore assistis maximaque reverentia; sed etiam illo et irascente, tu rides, nec vides quod amplius hinc eum commoveas, quam peccando commoveras. Neque enim ita peccantes aversatur Deus, quam eos qui post peccata securi sunt. Et tamen inveniuntur quidam tam insensibiles prorsus ac ferrei, ut post hæc verba etiam dicant: Mihi vero utinam haud umquam flero

Digitized by Google

contingat, sed præstetur mihi potius a Deo ludere omni tempore, et ridere. Quidnam, obsecro, tali inveniatur mente puerilius? Non enim Deus dat ludere, sed diabolus. Audi igitur quid passi fuerint aliquando ludentes. *Sedit*, inquit, *populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere* (*Exod.* 32. 6). Tales erant quondam in Sodomis, tales etiam tempore fuere diluvii. Nam et de illis Dominus ait: *Quoniam superbia, et saturitate panum, et divitiis affluebant* (*Ezech.* 16. 49). Illi quoque qui Noe tempore, cum per tot annos fabricari arcam viderent, fugiebant omnem compunctionis dolorem, et male blandæ tantum lætitiæ serviebant, nihil omnino erant providi futurorum: et propterea subita omnes illos mersit pœna diluvii, factumque est totius orbis commune naufragium.

7. Noli igitur hæc a Deo poscere quæ accipis a diabolo. Dei siquidem est humiliatam dare animam, tremente, pressam, pudicam, pœnitentem atque compunctam. Hæc enim sunt Dei munera, quia et nos talibus potissimum indigemus. Imminet namque nobis grande certamen, et adversus invisibiles lucta virtutes, adversus spiritualia nequitiæ, et contra hujusmodi principatus et potestates pugnandum est (*Ephes.* 6. 12): beneque nobi cum agitur, si strenuam operam navantes, et sobrie viventes, et vigilantes possumus ferum ipsorum agmen sustinere. Quod si vero rideamus atque ludamus, jugem desidiam confoventes, facillime ante pugnam quoque proprio torpore vincemur. Non est nostrum ergo assidue ridere, resolvi cachinnis, molliri deliciis: sed eorum potius, et earum quæ spectantur in theatris, quæ in lupanaribus inquinantur, eorum qui ad hoc sunt facti parasitorum et adulatorum. Non est, inquam, hoc eorum qui ad æternum regnum vocati sunt, quique in cælesti illa civitate conscripti, non est spiritualia arma gestantium: quod certe proprium est diabolo militantium. Ille enim est, ille qui etiam in artem jocos ludosque digessit, ut per hæc ad se traheret milites Christi, virtutisque eorum nervos faceret molliores. Propterea in urbibus etiam theatra construxit, et illos risuum ac turpium voluptatum incentores paravit, et per illorum luem in universam urbem talem excitat pestem. Quæ nos fugere beatus præcipit Paulus (*Ephes.* 5. 4), suadens ut et stultitiam, et scurrilitatem a nobis longius repellamus: ex quibus risus multo perniciosior est, multoque deterior. Quando enim mimi illi atque ridiculi blasphemum ac turpe quid dixerunt, tunc potissimum quidque stolidiores solvuntur in risum: inde applaudentes magis, unde etiam illos lapidibus exagitare debuerant, qui fornacem ignis horribilis ex hujusmodi voluptate in suum ipsorum caput succendunt. Qui enim laudant ista dicentes, ipsi eis hæc exercere persuadent, et ideirco ipsi potius propter hæc merentur subire quod ob ista sancitum est supplicium. Si enim nullus esset talium spectator ac fautor, nec essent quidem qui aut dicere illa, aut agere curarent. Quando vero vos cernunt et artes proprias, et ipsa exercendi quotidiani operis loca, et illum quem ex his paratis quæstum, et prorsus omnia simul vanissimi illius spectaculi amore deserere, avidiori et illi ad hæc intentione rapiuntur, studiumque his majus impendunt. Et hæc dico non ut illos a crimine videar vindicare, sed ut vos discatis initium et caput iniquitatis hujus vos esse potissimum, qui totam prorsus diem in tam ridicula, tamque etiam perniciosa voluptate consumitis, et honestum conjugii nomen, ac reverendum in illud negotium publicatis. Non enim tam ille delinquit, qui illa simulat, quam tu præ illo qui hoc fieri jubes. Nec solum jubes, sed etiam exsultatione, risu, plausu adjuvas quæ geruntur, omnibusque prorsus modis hanc diabolicam confoves officinam. Quibus jam igitur oculis domi conjugem cernes, quam ibi in persona alterius tantæ vidisti injuriæ subjacere? quomodo autem non rubore suffunderis, quoties uxoris recordaris, quando eumdem sexum tam fœde ibi videris publicatum.

8. Neque vero istud mihi opponas, quod jam quidquid ibi fit, simulatio et fictum argumentum sit, non etiam veritas rerum. Etenim simulatio ista plurimos adulteros fecit, et multas domos subvertit. Propterea quæ maxime gemo, quod tam grande malum hoc, malum esse non creditur: sed quod est multo deterrimum, et favor, et clamor, et plausus adhibetur et risus, cum in communem perniciem adulterium tam turpe committitur. Quid ergo ais, Simulatio est illa, non crimen? et propterea mille illi mortibus digni sunt: quoniam quæ fugere cunctæ prorsus imperant leges, ea isti non verentur imitari. Si enim adulterium malum est, malum est sine dubio ejus imitatio. Et nondum dico quantos adulteros faciant, qui hujusmodi adulteria histrionica simulatione repræsentant, quemadmodum etiam impudentes horum spectatores efficiant. Nihil quippe obscœnius illo oculo, nihilque lascivius, qui spectare talia patienter potest, ne dicam libenter. Deinde quale illud est, ut cum in platea nudam feminam nolis aspicere, imo neque domi quidem, sed etiam si id forte contingat, in injuriam tui factum putes: cum vero ascendis theatrum, ut violes utriusque sexus pudorem, obtutusque proprios pariter incestes, nihil tibi inhonestum credas accidere? Non enim istud dicas, Meretrix est quæ nudata est: sed quia natura ipsa est, idemque corpus et meretricis et liberæ. Si enim nihil in tali re esse opinaris obscœnum, qua gratia cum idipsum in platea videris, a cœpto resilis incessu, et inverecundam severius exagitas? Nisi forte credis, eamdem rem non similiter esse turpem, cum separati simus, et cum congregati omnes una sedeamus. Verum istud risus est prorsus, ac dedecus, et extremæ omnino verba dementiæ: potiusque est luto atque cœno omnem suam turpare faciem, quam tantæ spectaculo fœditatis. Non enim ita cœnum oculis noxium est, ut impudicus ille vultus, et nudatæ meretricis aspectus. Audi igitur quid jam a principio generi hominum nuditatem induxerit, et vel hoc pacto turpitudinem illam metue. Quid igitur nudos fecit homines? Inobedientia et diaboli consilium; tam hoc illi jam a principio semperque studio fuit. Verum illos quidem cum nudi essent, puduit tamen; vos eam rem laudi ducitis, juxta illud apostoli, *Gloriam in turpitudine ponentes* (*Philipp.* 5.

Digitized by Google

19). Quonam igitur te pacto deinceps aspiciet uxor a tali contumelia redeuntem ? quemadmodum suscipiet, et alloquetur tam indigne naturæ muliebris conditionem sexumque fœdantem, atque a tali spectaculo captivum servumque redeuntem mulieris fornicantis ? Si igitur hæc audientes doletis, maximas gratias vobis agere me, et debere confiteor. *Quis est enim qui me lætificat, nisi qui contristatur ex me* (2. *Cor.* 2. 2) ? Ne igitur desinatis supra hujusmodi licentia gemere, ac sæpius remorderi. Hic enim dolor fiet vobis conversionis ad meliora principium. Propterea et ego sermonem vehementius pressi, ut altiore quadam incisione a eorum vos per quos inebriamini putredine liberarem atque ad puram revocarem animi sanitatem : qua quidem, et præmiis veræ pietati propositis, omnes nos potiri contingat, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria cum Patre et sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA SEPTIMA EX CAPITE II.

Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, In Bethlehem Judææ.

1. Vidisti certe, ut sermo superior ostendit, cuncta omnino quæ facta sunt, ad redargutionem proficere Judæorum : qui prius quam Christum viderent, ac veneno inficerentur invidiæ, simpliciter de illo testimonia prædicta recitabant : ubi vero aspexerunt gloriam ejus de miraculis coruscantem, livore correpti, supprimunt veritatem. Sed illa per hæc potius cuncta crescebat, et ab ipsis quoque juvabatur inimicis. Considera vero hoc loco etiam quam improvisa quamque miranda proveniant : quandoquidem et vicissim docent, et mutuo a se aliquid addiscunt, Judæi scilicet, et Persæ. Nam Judæi quidem a magis audiunt, quod stella eum in regione Persidis prædicarit : magi vero a Judæis discunt, quod ipsum Jesum, quem stella monstraverat, etiam prophetæ ante prædixerant. Quæ certe interrogationis occasio, fit diligentioris et manifestioris demonstratio doctrinæ. Ipsi quidem veritatis inimici pro veritate coguntur legere literas, et prophetiam de Christo nescientibus interpretari : licet non eam omnino totam voluerint publicare. Cum enim dixerint, quod ex Bethlehem processurus esset qui regeret Israel : nequaquam tamen id quod sequitur, addiderunt, in adulationem profecto regis : ut ad humanæ gratiæ lucrum, veritatis damna proficerent. Quid vero istud erat ? *Et egressus*, inquit, *ejus a diebus æternitatis ab initio* (*Mich.* 5. 2). Et cujus, inquies, rei gratia, si inde erat, ut prædictum est, adventurus, aliquanto tempore in Nazareth moratus est, per quod etiam obscuravit prophetiæ ipsius veritatem ? Quinimo non obscuravit, sed magis etiam, si consideres, revelavit. Hoc enim ipsum quod in Nazareth semper mater habitarat, quæ illum in Bethlehem genuit, ratione et providentia rem ostendit impletam. Et idcirco non continuo ut natus est, in civitatem suam venit, sed in Bethlehem quadraginta est remoratus diebus : ut iis qui diligentius vellent de ipso cuncta rimari, occasionem inquisitionis ingereret. Etenim multa erant quæ manifestum efficerent quod latebat, si modo illi investigare voluissent. Siquidem venientibus propter illum ab extremo oriente magis, totus omnino populus in admirationem suspensus est : sed etiam rex ipse cum populo, et propheta in medium quasi testis adductus est, factaque est magna cujusdam pompa judicii. Sed et alia quoque plura tunc gesta sunt, quæ Lucas diligenter cuncta contexit, proferens et Annæ viduæ, et Simeonis justi, et Zachariæ sacerdotis, et angelorum psallentium, et pastorum exsultantium consonas de pueri majestate sententias : quæ omnia satis erant idonea intendentibus animum præstandi occasionem, ut quod factum fuerat disceretur. Si enim magi a Perside venientes non ignoraverunt eum in quo est ortus locum ; quanto magis qui ibidem conversabantur discere universa potuerunt ? Ostendit se igitur ab initio ortus sui multorum mirabilium testimonio. Quia vero illi videre tam lucentia noluerunt, per aliquantum se quidem tempus occultavit : sed rursus alio semetipsum demonstravit modo, et quidem multo clarioris testimonio potestatis. Non enim jam illum magi, non stella, non angeli, sed Pater ipse cælitus prædicavit. Nam cum ad Jordanis fluenta consisteret, pervenit et Spiritus sanctus, vocem illam Patris super baptizati caput deferens, et Joannes omni cum libertate sermonis multitudinem ad se venientium cohortando, totam omnino Judæam, habitabilia loca atque deserta, lumine hujus prædicationis implebat. Testimonium quoque erat magnum signorum : nam et terra, et mare, cunctaque omnino creatura, clarissima pro Christo voce resonabat. Ipso quoque virginalis partus tempore ea sunt facta miracula, quæ abunde possent majestatem demonstrare nascentis. Ne enim dicerent, Ignoravimus, quando et in qua regione sit natus : et illa de magis impleta sunt, et alia, ut diximus, plurima, ut nullus prorsus excusationis relinqueretur color, qui id quod impletum fuerat inquirere noluissent.

2. Porro considera ipsam prophetæ diligentiam. Non enim dixit quod in Bethlehem permansurus esset : sed ex Bethlehem procedet, inquit : ut signanter prophetasse videatur, illum ibi tantummodo nasciturum. Quidam autem impudenter audaces aiunt de Zorobabel hæc fuisse prædicta. Sed qua tandem istud ratione defenditur ? Non enim huic competit, ut *Egressus ejus a principio ex diebus æternitatis* esse dicatur. Quomodo autem saltem illud quod ante dictum est, *Ex te exiet dux*, de Zorobabel poterit convenire, qui non in Judæa, sed in Babylone ortus docetur ? Unde etiam ipsum nomen accepit, quia scilicet ibi sit in sobolem, seminatus ? Quicumque habent Syri sermonis peritiam, intelligunt profecto quod loquimur Supra

Digitized by Google

hæc vero quæ diximus etiam exitus ipse rerum prædicti de Christo testimonii asserit veritatem. Quid enim dicit? *Nequaquam minima es in principibus Juda.* Causam quoque quæ illam magnam atque illustrem faceret, adjungens: *Egredietur*, inquit, *ex te dux.* Nemo enim alius omnino præter Christum, claram illam fecit nobilemque regionem. Post illum siquidem inusitatum admirandumque partum, ab extremis usque finibus mundi veniunt ad visendum illum tugurii ac præsepii locum. Quod certe olim propheticus sermo signavit, dicens: *Nequaquam minima es in principibus Juda* (*Mich.* 5. 2): id est, inter tribuum principes. Hoc vero dicens, Jerusalem quoque pariter comprehendit. Sed nec sic quidem Judæi intendere voluerunt, et certe cum maxima ad illos deferretur utilitas. Idcirco enim inter initia non tam de dignitate illius loqui prophetæ inducuntur, quam de beneficio quod in eos maximum conferebat. Nam et cum Virginis partus instaret, *Vocabis*, inquit, *nomen ejus Jesum*, et intulit dicens: *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Et magi quidem, non ubi est qui natus est Filius Dei: sed, *Natus est*, inquiunt, *rex Judæorum.* Hic quoque propheta non dixit, Ex te procedet Filius Dei: sed, *Dux*, inquit, *qui regat populum meum Israel.* Oportebat siquidem condescensorio et humiliore interim sermonis ingressu institui prædicationis exordia, ne tanti adhuc mysterii animos rudes subito patefacta veritas in scandalum concitaret. Et idcirco ea magis quæ ad salutem ipsorum pertinent prædicantur, ut ad suscipiendum interim regem beneficio sibi blandiente concurrant. Quæcumque igitur prima testimonia proferuntur, et quorum statim post nativitatem tempus erat, nihil de illo præcipuum dicunt, nihilque sublime, nihil simile testimoniis post signorum demonstrationem exhibitis. Illa quippe de potestate ejus et certius loquuntur, et clarius. Cum enim post mirabilia quæ fecit innumera, hymnos in illum pueri canerent, audi quid dicat propheta: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem* (*Psal.* 8. 3): et rursus: *Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum* (*Ibid. v.* 4): quod quidem Opificem eum universorum esse ostendit. Illud etiam testimonium, quo ejus in cælum signatur assumptio (*a*), æqualitatem cum Patre ostendit. *Dixit*, inquit, *Dominus Domino meo, Sede a dextris meis* (*Psal.* 109. 1). Isaias vero ait: *Qui consurgit ut princeps sit gentium, in eum gentes sperabunt* (*Isai.* 11. 10). Quomodo autem dixit, Bethlehem non esse minimam in principibus Juda? Quia profecto non in omni Palæstina tantum, sed in universo prorsus orbe factus est ille vicus illustris. Sed ad Judæos videtur interim sermo aspicere, et idcirco subjunxit, *Qui reget populum meum Israel.* Cum certe totius sit orbis rector effectus: sed, ut dixi, nolens interim offendere Judæos, sermonem de gentilium vocatione celavit. Et quemadmodum, inquis, non rexit populum Judæorum? Et istud quidem proprie factum est: sed hic tamen Israel illos appellat omnes, qui ei Judæorum et gentilium populo crediderunt. Et hoc interpretans apostolus aiebat: *Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ; sed quicumque per fidem repromissionis nati sunt* (*Rom.* 9. 6). Si vero non omnes rexit, vocatorum crimen est, non vocantis. Cum oporteret enim illos adorare cum magis, et glorificare Deum, quia tale jam tempus instat in quo illorum omnia peccata solvantur; nihil namque in hoc loco audiunt de terrore judicii, nihil de comminatione supplicii, sed de mansueto tantum mitique rectore; ex adverso conturbantur, atque conturbant, et mille post hæc moliuntur insidias. *Tunc Herodes*, inquit, *clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis;* puerum proculdubio interficere cupiens: quod non furoris tantum, sed extremæ etiam stultitiæ fuit indicium. Nam et illa quæ facta sunt, et illa quæ dicta, satis idonea erant quæ ab omni illum possent deterrere tali conatu. Non enim ex hominibus erant illa quæ natum esse regem docebant. Siquidem et quod stella magos cælitus vocavit, et quod homines barbari longinquæ subierunt peregrinationis laborem, ut adorarent in pannis atque in præsepio collocatum: quod olim propheta omnia ista prædixit, aliaque ejusmodi longe majora erant quam ut secundum hominum potestatem fieri crederentur: sed illum tamen nihil horum omnino compescuit.

3. Tale quippe est vitium malignitatis, ut a nullo impulsa plerumque sese ipsa præcipitet, et quæ sæpe absque effectu operis, ærumnosa et impossibilia gestit efficere. Considera ergo vecordiam singularem. Si enim prophetiæ ipsi crediderat, eamque invictam putabat, clarum erat illum adversus impossibilia conari. Si vero minime credebat proventura esse quæ tanto ante prædicta sunt, nec sibi timere debuit, nec puero insidiari. Ex utroque igitur frustra susceptus dolus ipse convincitur. Sed et quod speravit magorum labefactari posse scientiam, ad eamdem mentis spectat insaniam. Erat enim extremæ omnino vecordiæ, ut se crederet a magis pluris æstimandum, quam illum in cujus vixdum nati honorem tot regionum itinera confecerant. Si enim prius etiam quam viderant ita sunt in desiderium ejus effusi, jam cum vidissent et prophetæ essent prædictione firmati, quanam illos ratione futuros credebat pueri proditores? Et tamen cum tam multa sint quæ illum possint a noxia intentione deducere, conatur nihilominus cupita complere. Siquidem *Clam vocatis magis sciscitabatur ab eis.* Existimabat enim Judæos pro pueri salute sollicitos, nec in tantum illos furoris erumpere, ut protectorem et Salvatorem suum, et ad liberationem illius gentis ortum, vellent tradere manibus persequentis. Idcirco secrete magos vocat, ac sollicite tempus inquirit, non pueri, sed stellæ: et crudelissimæ venationis avidus, multo cum ambitu tendit insidias. Consequenti vero ratione colligitur, stellam ipsam ante multum apparuisse tempus. Quia enim magi plurimum erant itineris longinquitate remorandi, ut possent mox nato puero assistere, quem, ut mirabilius rei dignitas eluceret, pannis adhuc

(*a*) Juxta Græcum legendum est: *Illud etiam testimonium, quod post ejus assumptionem datum est.*

Digitized by Google

infantiæ colligatum oportebat adorari, ante multum tempus stella se demonstrat. Si enim quando puer natus est in Palæstina, tunc illis stella apparuisset in Perside, plurimum in itinere tempus terentes, nequaquam illum adhuc in pannis invenire potuissent. Quod si a biennio, et infra, Herodes pueros interfecit, non mireris. Siquidem conveniens in eumdem tyrannum pavor et furor, pro abundantia cautionis et licentia persequutionis, majus etiam tempus includit : ne quis profecto ejus ætatis, et forte is potissimum propter quem alii interimuntur, effugiat. Cum igitur eos vocasset, *Euntes*, inquit, *interrogate diligenter de puero, et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum.* Nempe consideratis stultitiæ mistum dolum tyranni? Si enim hæc vere dicis, qua tandem ratione ductus latenter interrogas? sin autem ut fraudem specie consilii tegas, qui, cedo, istuc non intelligis, quod magis dolus ex ista occulta sciscitatione subolere possit? Verum, ut paulo ante præmisimus, anima semel malignitate capta, stultior cunctis efficitur. Non autem dixit, Euntes discite de rege : sed, *De puero*, inquit : ita ei etiam nomen potestatis inviderat. Sed magi præ multa pietate nihil mali penitus suspicantur. Non enim opinabantur quod in tantum malignitatis ille prorumperet, ut tam admirabili dispensatione nato moliri auderet insidias. Proficiscuntur itaque nihil horum penitus suspicantes, sed ex propriæ simplicitate mentis etiam cæteros æstimantes. *Et ecce stella quam viderant in oriente, præcedebat eos.* Propterea enim aliquamdiu fuerat abscondita, ut amittentes itineris sui ducem, interrogare Judæos de puero cogerentur, remque in notitiam omnium publicarent. Postquam vero interrogaverunt, et ipsos pueri inimicos ad cognoscendam dignitatem ejus habuerunt magistros, stella ejus rursus apparuit. Sed considera mirabilem prorsus ordinem rerum : a Perside illos usque Jerosolymam stella deducit, post stellam suscipit eos populus Judæorum, et rex Herodes, et prophetam adducunt, id quod illis apparuerat prædicantem. Post prophetam vero rursus excipiuntur ab angelo, ac de omnibus instruuntur : antea vero a Jerosolymis in Bethlehem ipsa duce perveniunt. Stella enim rursus illinc ipsos fuerat comitata : ut vel hinc discas quod non unum erat hoc sidus e cæteris. Nulla quippe hanc habet stella naturam. Neque enim ibat propter magos tantummodo, sed præibat quodammodo apprehensa manu trahens eos, viamque demonstrans, lucente prorsus die, ac sole rutilante.

4. Et quidnam opus erat, inquis, hoc sidere, cum certe jam vicus ille fuisset repertus? Absque dubio ut videretur et puer. Neque enim erat præterea quidquam quod illum posset ostendere, cum nec esset ipsa domus conspicua, nec mater quasi clara quædam celebraretur, ac nobilis. Opus igitur fuit stella, quæ super ipsum prorsus tugurii culmen insisteret, propter quod et ab Jerosolymis proficiscentibus rursus apparuit, nec prius a cursu suo destitit, quam ad ipsum præsepium pervenirent. Duoque simul mirabilia junguntur : fuit enim utrumque mirandum, et quod magi adorarent puerum, et quod eos ad adorandum stella perduceret : quæ certe talia sunt, ut etiam lapideas mentes ad lumen Dei omnino attrahere queant. Si enim magi dixissent a prophetis se hoc accepisse, aut quod angeli peculiariter ipsis colloquuti essent, utique fides illis non fuisset habita. Nunc vero cum jubar stellæ superne rutilet, etiam impudentissimis os obturatur. Deinde postquam immineret puero, iterum stella sistit cursum suum : quod ipsum majoris erat virtutis quam stellæ natura insit, nunc videlicet occuli, nunc vero apparere, et ubi apparuit, sistere cursum. Hic proculdubio magi quoque incrementa fidei ceperunt. Propterea etiam gratulati sunt, quoniam quæsitum desideratumque repererant, quoniam effecti fuerant nuntii veritatis, et quia non frustra tam longæ viæ spatia confecerant : tam ardenti quippe erga Christum cupiditate flagrabant. Etenim ad locum stella perveniens, super ipsum pueri stetit caput, ostendens profecto Dei Filium esse qui natus est. Cumque ibi substitisset, ad adorandum adducit non simpliciter barbaros, sed eos qui inter illos longe utique sapientiæ dignitate præstabant. Videsne igitur quam hæc stella apparuerit merito? Siquidem et post prophetæ testimonium, et post sacerdotum scribarumque interpretationem, illa nihilominus utebantur magistra. Erubescat Marcion, erubescat et Samosatenus ille Paulus, qui nolunt videre quod magi viderunt, Ecclesiæ progenitores. Nequaquam sic erubuerim nuncupare eos. Confundatur, inquam, videns Dominum Marcion in assumptione carnis adorari : confundatur et Paulus, videns non sicut hominem adorari, quem tantummodo hominem suspicatur. Nam quod in carne vera sit, ostendunt panni atque præsepe. Quod vero non nudum, id est, non solum adorent hominem, profecto declarat, quia adhuc ævi rudem his muneribus honorent, quæ offerri Deo solent. Confundatur cum ipsis etiam natio Judæorum, cernens ad credendum in Christum magos ac barbaros pervenire, ne post illos quidem venire sustinens : etenim quæ tunc facta sunt, futurorum expressere figuram. Ab ipso siquidem dominici adventus principio declaratum est, quoniam populum illum fides gentilium præveniret. Et quomodo non ab initio, dices, sed in fine ipso : *Euntes docete*, inquit, *omnes gentes?* (*Matth.* 28. 19). Quia scilicet, ut paulo ante memoravimus, figura erat id quod tunc accidit, et quædam prædicatio futurorum. Erat quippe consequens, primos ad fidem Judæos potius accedere. Quoniam vero sponte oblatum sibi beneficium respuerunt, in contrarium versa res est. Cæterum nec ad parvulum adorandum magi prius quam Judæi accedere debuerant. Nimiæ siquidem coarguunt tarditatis, quos juxta ipsum omnino dominici ortus sedentes locum, post tot regionum spatia emensa præveniunt : et hi qui nihil prorsus de Christo audierant, præcurrunt eos quos ad eum suscipiendum tot prophetarum vaticinia concitabant. Quia igitur domestica illa præclaraque bona sua ignorarunt, mirum non est a Persis ea esse

Digitized by Google

prærepta. Quod certe dicit et Paulus : *Vobis quidem oportebat primum annuntiari verbum Dei, sed quoniam vos indignos judicastis, ecce convertimur ad gentes* (*Act.* 13. 46). Etsi igitur antea permanebant increduli, tamen postquam idipsum a magis audierunt, confestim ad Christum debuerunt advolare. Sed utique noluerunt, et propterea, istis dormientibus, illi præcurrunt.

5. Imitemur igitur nos saltem devotionem magorum, veroque amore philosophiæ barbaram consuetudinem subjugemus. Longo itinere curramus, ut Christum videre mereamur. Nam et illi nisi procul regionem propriam reliquissent, nequaquam utique Christum videre potuissent. Recedamus igitur a terrenis negotiis atque curis. Etenim magi illi cum adhuc morarentur in Perside, stellam videre tantummodo : quia vero a Perside recesserunt, Solem ipsum aspexere justitiæ : qui certe nec stellam quidem ipsam tamdiu videre meruissent, nisi cito a Perside fuissent profecti. Surgamus ergo etiam nos, et licet omnes turbentur, nos tamen alacres et prompti ad pueri accurramus domum. Etsi rex, etsi populus, etsi tyrannus hujus velint cursum itineris impedire, nequaquam tamen accensi desiderii exstinguamus ardorem. Sic enim omnia adversa calcabimus : quoniam et illi nisi vidissent puerum, nec periculum quod intentabatur a rege vitassent. Prius enim quam puerum cernerent, undique illis opponebantur timores, conturbationes atque discrimina. Postquam vero adorarunt, securitas et tranquillitas subsequuta est. Nec jam stella eos, sed angelus suscipit : quia scilicet adorando facti fuerant sacerdotes, cum supplicatione etiam muneribus oblatis. Et tu itaque Judaicum populum repugnantem, urbem turbatam, cædis appetentem tyrannum, et fallacem istius sæculi umbram relinquens, in Bethlehem festinus accurre, ac domum spiritalis panis ingredere. Etsi enim pastor fueris, eoque adveneris, in diversorio puerum videbis. Etsi rex fueris, nec tamen devotus adveneris, nihil omnino proderit purpuræ fulgore circumdari. Etsi magus forte sis, nihil te ad hunc regem introire prohibebit, modo ut adoraturus atque honoraturus Dei Filium, et non quasi conculcaturus advenias : modo ut honorem ipsum cum gaudio ac tremore offeras : possunt enim utraque hæc pariter convenire. Sed cave ne Herodi efficiaris similis, et dicas, *Ut et ego veniens adorem eum :* cumque veneris, interimere coneris. Hujus etenim similes sunt, qui indigne abutuntur communione mysterii. *Reus est* enim, inquit, iste *corporis et sanguinis Domini* (1. *Cor.* 11. 27). Qui enim ejusmodi sunt, habent in se tyrannum, et regno Christi jugiter invidentem, longe sane Herode illo nequiorem, mamonam scilicet. Hic enim in homines tenere imperium gestit, suosque cultores simulat, et mittit ad Christum, ut specie quidem adorare videantur : quantum vero in ipsis est, interimunt eum, quem adorare se simulant. Timeamus igitur, ne quando speciem supplicum atque adorantium geramus, opere vero exsistamus inimici. Igitur adoraturi Christum cuncta projiciamus e manibus. Si habuerimus aurum, offeramus ipsi, non terræ defodiamus. Si enim illi tunc barbari in honorem tantummodo Domini obtulerunt libenter aurum : qualis tu eris, si ei non tribuas indigenti? Illi tam longo itinere cucurrerunt ut natum viderent : tu vero qua tandem satisfactione poteris absolvi, qui ne brevis quidem plateæ spatium transis, ut visites ægritudine afflictum, et vinctum catenis? Et certe solemus ægrotantium atque vinctorum, etiamsi inimici sint, misereri : tu vero ne erga Dominum quidem tuum, et eum qui tantorum tibi est auctor bonorum, hoc permoveris affectu? Et illos quidem aurum legimus obtulisse, tu vero panem ipsum vix tribuis. Illi viderunt stellam, atque lætati sunt : tu autem ipsum aspiciens Christum peregrinum nudumque, non flecteris. Quis enim vestrum, qui innumeris estis Christi beneficiis obligati, tam longinquæ propter eum arripuit expeditionis laborem, quam illi barbari, imo sapientiores profecto sapientibus? Verum quid ego de spatio loquor itineris longioris, cum plurimæ feminarum tanta jam animi mollitudine resolvantur, ut nisi advectæ mulis, quamlibet exiguo spatio a domibus suis venire nequeant ad videndum Dominum in præsepio spiritali? Sed ex iis quoque qui certe ambulandi laborem ferunt, alii sæcularium negotiorum tumultus, alii theatrales turbas sanctis cœtibus anteponunt. Et barbari quidem illi priusquam Christum viderent, tam longam propter ipsum exsuperaverunt viam : tu vero nec posteaquam videris, illos probaris imitari. Nam et cum eum videris, ita eum relinquis, ut post illum curras ad theatra, ac mimum potius et videre et audire desideres. Atque ut eadem rursus attingam quæ antea sum insectatus, Christum quidem in spiritali situm præsepio derelinquis, properas vero jacentem in scena spectare meretricem. Hoc autem quibus tandem putamus dignum esse suppliciis?

6. Responde, obsecro, si se quispiam introducere te polliceretur ad regem, et ostenderet tibi illum undique coruscantem, atque inter varios pompæ suæ ornatus sedentem, putasne theatrale spectaculum aulicæ præponeres dignitati, cum certe ne hinc quidem tibi aliquod commodum quæreretur? At vero ex hac mensa spiritualium fons emanat bonorum, et hanc tu statim relinquens curris ad theatrum, ut natantes feminas, et sexum illum publicis oculis intuearis expositum : ut, inquam, istud aspicias, sedentem juxta donorum cælestium fontem Christum relinquis. Nam et modo super fontem sedet non unam Samaritanam, sed universam alloquens civitatem. Forsan vero etiam nunc Samaritanæ tantum loquitur. Nam et nunc nullus ei assistit : nisi quod alii quidem solis adsunt corporibus, alii vero nec ipsis quidem profecto corporibus. Attamen ipse non recedit, sed manet, et a nobis postulat potum, non aquam, sed sanctimoniam. Sanctis enim Christus sancta distribuit. Non enim aquam de hoc nobis fonte largitur, sed sanguinem vivum, qui quamquam ad mortis dominicæ testimonium sumitur, nobis tamen causa fit vitæ. Tu vero relinquis hujus sanguinis fontem, calicemque reverendum, et ad diabolicum illum fontem festinus accurris, ut scilicet spectes me-

Digitized by Google

retricem natantem, et naufragium animæ patiaris. Aqua quippe illa pelagus quoddam est immane luxuriæ, quo non corpora submerguntur, sed naufragium infertur animabus. Nam illa quidem in mediis aquis nuda ludit natatu, tu vero de sublimi spectans gradu, in libidinis profunda demergeris. Hujusmodi enim diaboli retia, non tam in illam descendentes aquam, ibique se volutantes capiunt, quam sursum sedentes. Multo quippe hi sævius suffocantur quam Pharao ille quondam cum curribus suis equitibusque submersus est. Jam si aliquo fieri posset modo, ut vobis illis supernatantes undis animas ostenderem, haud profecto aliter apparerent, quam Ægyptiorum illa in fluctibus corpora volvebantur. Sed illud est multo utique periculosius, quod tantam illam perniciem nominant voluptatem, et immane illud perditionis pelagus, euripum delectationis appellant : cum certe facilius aliquis ac tutius Ægæum mare transeat atque Tyrrhenum, quam illius spectaculi horrenda discrimina. Nam primo quidem per totam noctem omni exspectatione nimis anxia, talium diabolus corda sollicitat : deinde id quod tam cupide fuerat exspectatum ostendit, quo continuo eos ligat ducitque captivos. Neque enim si mixtus meretrici non es, immunem te putes esse peccati, cum totum illud voluntate commiseris. Nam si ab hujusmodi concupiscentia possideris, majori flamma profecto succenderis. Sin vero hæc aspiciendo nil pateris, culpæ nihilominus teneris obnoxius, factus scilicet scandalum cæterorum, et talium adhortatione voluptatum, tuamque faciem ipse confundis, animamque cum facie. Verum ne sola tantum agere increpatione videamur, jam correctionis remedia suggeramus. Quisnam ergo hic est emendationis modus ? Vestris vos trado erudiendos conjugibus, cum certe oporteret, secundum apostolum, vos potius esse uxorum magistros. Quia vero per peccatum ordo conversus est, et corpus quidem superius, caput vero inferius effectum, hac saltem via ad honesta redire non pigeat. Quod si magisterium mulieris erubescis, peccatum fuge, et cito poteris in thronum doctoris ascendere, qui tibi ordinatus est a Deo. Quamdiu vero peccaveris, non te ad mulierem tantum, sed etiam ad irrationales animantes et vilissimas Scriptura transmittit. Neque enim erubescit animal rationis honore donatum, apis atque formicæ discipulum facere : nec tamen Scripturæ culpa est, sed eorum qui nobilitatem propriam perdiderunt. Hoc ergo et nos facere curabimus. Et nunc quidem te mulieri assignamus docendum : sin vero illius monita contempseris, etiam ad irrationalium te magisterium relegabimus. Ostendemus enim quot te alites, ac pisces, quam multa etiam pecorum genera atque reptilium, honestate et castitate præcedant. Quod si ejusmodi animalibus te comparari pudeat, regredere ad propriæ nobilitatis insigne, et immensum illud gehennæ pelagus, flumenque igneum memoria repetens, fuge pestiferam illam piscinam theatri. Hæc est enim, quæ spectatores suos in flammeum illud pelagus mergit, quæque profundum illius ignis accendit.

7. Si enim ille qui absque his quoque irritamentis videt feminam, interdum tamen ad concupiscendum trahitur, et tantummodo concupiscendo mœchatur : qui non solum videt, sed etiam totam omnino nudam ac lascivientem videt, qui non millies libidinis captivus efficitur? Haud ita illud quod sub Noe legimus diluvium fuisse, hominum exstinxit genus, ut natatrices istæ omnes prorsus spectatores suos multo cum dedecore suffocant. Siquidem ille tunc imber, etiamsi mortem intulit corporum, vitia tamen simul delevit animarum. Hæc vero aqua diversum, manentibus in vita corporibus, animarum operatur interitum. Vos autem siquidem aliquod de honore certamen oriatur, omni ambitione contenditis, ut vel universo præsideatis orbi : illo scilicet vobis privilegio blandientes, quod hæc prima civitas fidelibus Christianorum nomen imposuit (*Act.* 11. 26) : cum vero de honestate et castitate certandum est, ne a vilissimis quidem viculis non pudet superari? Certe, inquis. Quid ergo nos facere jubes? abire in montes remotos, et monachos fieri? Et quid ego aliud ingemisco, quam quod illis vos solis putatis honestam vitam ornatamque congruere? Et certe Christus communia omnibus præcepta constituit. Nam ubi dicit : *Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo* (*Matth.* 5. 28) : non solum monacho dicitur, verum etiam marito. Siquidem ille tunc mons, in quo hæc Christus docebat, cunctis fere talibus implebatur. Considera ergo theatrum illud, ac diabolicos istos refuge conventus, et noli quasi onerosiorem culpare sermonem. Non enim interdico conjugia, nec impedio liberam voluptatem : sed cum honestate id fieri volo, non cum obscœnitate, vel crimine. Non ego te in montes ac solitudines ire præcipio : sed benignum esse, et honestum jugiter ac modestum, vel in medio si placet urbis habitantem. Omnia siquidem mandata legis nobis sunt monachisque communia, absque sola profecto pactione connubii : quamquam hic quoque beatus Paulus admonet, per cuncta monachis æquare nos cupiens. *Tempus*, inquit, *breve est : reliquum est ut et qui habent uxores, tamquam non habentes sint : præterit enim figura hujus mundi* (1. *Cor.* 7. 29). Ac si diceret : Non jubeo vos in montium habitare verticibus, quamquam etiam id quidem vellem, eo quod urbes imitantur ea quæ in Sodomis perpetrata sunt : verumtamen ad istud nequaquam impello. Permane habens domum, conjugem, liberos, modo noli eos spectatores voluptatum efficere incestarum, noli introducere in domum tuam pestem theatri. Non audis Paulum dicentem : *Vir sui corporis non habet potestatem, sed mulier* (*Ibid v.* 4)? Itaque communia huic quoque præcepta constituit. Tu vero, siquidem ecclesiam uxor frequentat, gravissimus illius accusator efficeris : ipse autem totum in theatris diem exigens, dignum te accusatione non credis : sed cum sis erga uxoris pudicitiam ita diligens, ut etiam superfluum te atque immoderatum esse non pudeat, quippe qui a necessariis processionibus sæpe contineas illam, tibi tamen cuncta prorsus arbitraris licere. Sed minime hoc tibi permiseril

Digitized by Google

Paulus, qui eamdem etiam mulieri tribuit potestatem : *Uxori*, inquit, *vir debitum reddat* (1. *Cor.* 7. 3). Quonam igitur modo a te honoratur uxor, quæ tam indigna suggillatur injuria, cum tu corpus, quod in illius potestate est, meretricibus copulas? Tuum quippe corpus uxoris est. Quem, inquam, illi tribuis honorem, cum tumultus ac lites in domum introducas tuam, cum talia designes in foro quæ dum domi narras, dedecoras quidem uxorem quæ audit ac præsentem filiam rubore suffundis, ac præ cæteris temetipsum? Multo enim erat tacere consultius, quam tam obscœna loqui, quæ etiam servos loquentes justum est verberari. Quam tu ergo satisfactionem parabis, responde, quæso, qui ea quæ nominari fas non est, spectas summo studio : quæque etiam memorare turpe est, ea cunctis honestis artibus sanctisque præponis? Ne igitur videar onerosior, hic jam terminabo sermonem. Si vero in eisdem perseveraveritis, acutiore ferro et altiore incisione discindam : nec umquam prorsus quiescam, quoadusque diabolicum illud dispergam theatrum, ut mundus Ecclesiæ cœtus purusque reddatur. Ita enim et a præsenti turpitudine liberabimur, et vitam acquiremus futuram, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA OCTAVA EX CAPITE II.

Et cum intrassent domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus : et procidentes adoraverunt eum : et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrrham.

1. Quemadmodum igitur Lucas ait, quod in præsepio positus esset? Quia scilicet cum fuisset enixa, ibi eum continuo reclinavit. Erat enim valde difficillimum vacantem reperire alicubi domum, propter conventum ac frequentiam Judæorum, quos in unum eadem tunc descriptionis causa collegerat : quod certe Lucas evidenter expressit dicens : *Et reclinavit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diversorio* (*Luc.* 2. 7). Postea vero eum sustulit, et in suo gremio collocavit. Siquidem ut Bethlehem ingressa est, partum celeriter absolvit : ut hinc quoque totam dispensationem agnosceres : quia scilicet non fortuito ista, nec simpliciter acciderunt, sed secundum providentiam Dei, et prophetiæ consequentiam universa completa sunt. Verum quid illud est quod magis puerum adorare persuaserit? Nam neque Virgo ipsa erat nobilis, nec domus in qua habitabat illustris, nec quidquam ex iis omnibus quæ videbantur, ejusmodi erat quod magis admirationem faceret, eosque ad puerum alliceret adorandum. At vero illi non modo adorant, sed etiam apertis thesauris suis offerunt munera, et munera certe Deo quam homine digniora. Thus siquidem et myrrha ipsi potissimum congruebant. Quidnam igitur illud est, quod eis et domo et patria relicta, tanti itineris spatia transire persuaserit? Quod proculdubio fecit et stella quam viderant, et a Deo donata lux, quæ illorum mentibus quasi aliud quoddam sidus effulserat, eosque paulatim ad perfectiorem scientiam provehebat. Cum enim essent cuncta alia vilia, nisi istud eorum animos incitasset, numquam profecto tantum illi honoris parvulo detulissent. Idcirco nihil ibi de sensibilibus istis grande conspicitur, sed angustum tugurium, ac vile præsepium, et inops mater, ut melius nuda magorum philosophia claresceret : et ut discas quia non tamquam homini tantum, sed etiam tamquam Deo auctori omnium supplicarint bonorum. Propterea nullo eorum quæ extrinsecus videbantur offensi sunt, sed et puerum fideliter adorabant, et munera suppliciter offerebant, quæ tamen plurimum et a Judæorum ruditate distarent, et ecclesiasticæ philosophiæ convenirent. Siquidem scientiam isti et obedientiam et caritatem figuraliter offerebant : non oves, non vitulos. *Responso autem accepto*, inquit, *in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.* Considera igitur etiam hoc loco admirabilem magorum fidem, qui in nullum hinc scandalum commoventur : sed ad cuncta acta obedientes permanent, atque flexibiles, nihilque omnino turbantur, neque ipsi secum disputant, dicentes : Si magnum quiddam esset hic puer, et potentiæ aliquid obtineret, nobis adoratoribus ejus quid opus esset fuga, occultusque discessus? Cur enim nos qui palam ac libere venimus, nec tanti populi fragorem, nec tyranni furorem paventes, quasi exsules quosdam atque fugitivos angelus civitate propellit? Verum nihil omnino tale vel ore proferunt, vel mente concipiunt. Hoc est enim fidei insigne, ut absque controversia ulla obediant imperanti, nec ullam rationem exposcant imperii. *Qui cum discessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge et accipe puerum, et matrem ejus, et fuge in Ægyptum.* Dignum esse hoc loco judico, trepidationem quamdam mentis fateri, et dubitare de magis, pariter ac puero. Etsi enim illi turbati non sunt, sed fideliter omnia susceperunt, nos tamen scrutari dignum est, cur non et magi præsentes salventur, et puer : sed illi quidem in Persidem revertantur, hic autem cum matre in Ægyptum transfugiat : cum multo potius fuisse videatur in manus eum Herodis incidere : nec tamen cum incidisset interfici, sed claro prorsus divinitatis auxilio vindicari. Verum hoc modo rebus impletis, creditum non fuisset vere illum suscepisse carnem, tantique hodie mysterii sacramenta nutarent. Si enim etiam cum ista facta sint, et plurima juxta humanæ naturæ dispensata rationem ; aliqui tamen ausi sunt dicere, quod fabula quædam fuerit carnis assumptio : in quæ non illi impietatis prærupta recidissent, si omnia juxta quod Deo dignum est, et juxta propriæ virtutis potentiam egisset? Magos vero celeriter emittit, simul et Persarum regioni mittens magistros, et inefficacem reddens furorem tyranni : ut discat se impossibilia moliri, et conce-

Digitized by Google

ptam exstinguat iram, sequa ab studio vani laboris abducat. Est autem divinitatis virtute dignum, non modo aperte conterere inimicos, verum etiam cum omni illos facilitate decipere. Sic enim et Ægyptios populi sui utilitate seduxit : cumque palam in Judæorum manus illorum posset transferre divitias, occulte hoc magis fieri, ac decipiendo præcepit : quod certe illum apud inimicos non minus fecit quam alia signa terribilem.

2. Denique Ascalonitæ omnesque per circuitum alienigenæ, quando arcam Dei ceperunt, percussique plaga, suaserunt civibus suis ne adversus Dei repugnarent manum, cum cæteris mirabilibus hoc quoque in medium protulerunt, dicentes : *Quare gravatis corda vestra, sicut gravavit Ægyptus et Pharao cor suum? nonne postquam illusit eis, dimiserunt populum suum, et abiit* (1. *Reg.* 6. 6)? Hæc vero dicebant, cum ad documentum virtutis Dei signis manifestius factis, nequaquam istud esse inferius judicarent. Id igitur etiam in præsenti causa factum est, quod certe facile posset tyranno incutere terrorem. Itaque considera quænam Herodem pati probabile fuerit : qui certe suffocari etiam præ indignationis magnitudine potuit, cum se ita illusum atque irrisum doleret. Quod si non est hinc melior effectus, non Deus qui ista dispensavit, in culpa est, sed nimia liventis insania : qui ne his quidem cessit, quæ utique consolari, et a tanta eum abducere malignitate potuerunt. Sed alio rursus aditu ac malignitate in ulteriora processit, ut multo graviorem stultitiæ suæ reciperet ultionem. Et cujus tandem, inquies, rei gratia in Ægyptum parvulus mittitur? Prima quidem illa causa est, quam evangelista signavit : Ut impleretur, inquit, quod scriptum est : *Ex Ægypto vocavi filium meum* (*Osee.* 11. 1). Simul etiam toti orbi denuntiantur optimæ spei in posterum procemia. Quia enim Babylon atque Ægyptus præ omnibus terris flamma impietatis ardebant, et ab ipsis statim principiis ostendit, quod utramque emendaturus esset, et igne potius fidei succensurus : ex his utique persuadens etiam de aliis mundi partibus speranda esse meliora. Nam Persidi quidem magos remittit, ipse vero cum matre in Ægyptum descendit. Supra vero ista quæ diximus, etiam hinc aliquid aliud addiscitur, quod certe non parum ad philosophiam pertinere doceatur. Quid vero istud est? Quod ab ipsis videlicet vitæ initiis ad tentationes debeamus atque insidias præparari. Cerne igitur ab ipsis omnino incunabulis Christi istud effectum. Nam statim ut ortus est, contra eum tyrannus furit, et ipse in Ægyptum fugit, et extra solum natale deportatur, et mater innoxia in regionem barbarorum fugatur : ut tu videlicet hæc audiens, cum dignus fueris spiritalis alicujus negotii minister effici, et videris te tribulationes varias, et mille sustinere discrimina, nihil omnino turberis, neque tecum ratiocineris, ac dicas : Quidnam istud est quod mihi infertur immerito? cui certe laus potius et corona congruit : quique esse deberem clarus ac nobilis, utpote dominica præcepta perficiens : sed ut isto munitus exemplo viriliter cuncta sustineas, sciens tribulationes maximas et inseparabiles quasdam comites esse virtutum. Perspice igitur istud non tantum in matre pueri, verum etiam in illis barbaris fuisse completum. Nam et illi exsulum more clam fugiunt : et ista quæ numquam domum suam fuerat egressa, tam mœrumnosum conficere iter jubetur, propter partum illum mirabilem, ac spiritales parturigines. Sed considera rem prorsus novam, atque mirificam. Palæstina insidiatur, Ægyptus recipit ac servat eum cui tenduntur insidiæ. Non solum quippe in filiis patriarchæ, verum etiam in ipso Domino præcesserunt sequutorum figuræ. Siquidem multa etiam quæ in ipso tunc facta sunt, præcinebant ea quæ postea erant futura. Quod in asina quoque et pullo ejus impletum est. Apparuit igitur non angelus Mariæ, sed Joseph loquens : et quid ait? *Surge et accipe puerum et matrem ejus* (*Matth.* 1. 20). Hic jam non dicit *Conjugem tuam*, sed *Matrem ejus* : quia absoluto partu, etiam explosa suspicio est, et absque ulla ambiguitate vir credidit, libere jam et aperte angelus disserit, neque filium, neque conjugem ejus appellans : sed, *Puerum*, inquit, *accipe, et matrem ejus, et fuge in Ægyptum*. Causam quoque jungit fugæ : *Futurum est enim*, inquit, *ut Herodes quærat animam pueri*.

3. Quæ cum audisset Joseph, nequaquam passus est scandalum : neque dixit, Incerta ista res est ac prorsus ambigua. Tu paulo ante dicebas, Quia salvabit populum suum, et nunc seipsum quidem non potest de periculis liberare, sed fuga nobis necessaria, et peregrinatio ac transmigratio longinqua : contraria omnino sunt facta promissis. Sed horum nihil prorsus opponit. Vir enim erat fidelis, neque curiose reversionis tempus inquirit, quod utique ab angelo non signate fuerat expressum. *Sed esto ibi*, inquit, *usquequo dicam tibi*. Verum ille nec per ista quidem factus est segnior, sed obedivit libenter, et credidit, omnes prorsus tribulationes cum gaudio sustinendo. Enimvero misericors Deus mœstis rebus quædam etiam jucunda permiscuit. Quod certe in sanctis omnibus facit, quos neque tribulationes neque jucunditates sinit habere continuas, sed tum de adversis, tum ex prosperis justorum vitam quasi admirabili varietate contexuit, quod hic quoque eum fecisse considera. Videndo quippe sanctus Joseph gravidam sponsam, in conturbationem incidit maximam, atque in horribilem quemdam cogitationis tumultum. Jugis enim illum de puella adulterii suspicio mordebat : sed affuit repente angelus suspicionem solvens malignam, et timorem hunc prorsus exstinguens : deinde videns puerum natum, maxima exsultatione repletus est : sed rursus huic etiam gaudio periculum grande successit, cum tota utique civitas turbaretur, ipse rex fureret, et ad necem puerum quæreret : sed et hunc tumultum alia rursus lætitia subsequuta est, apparitio videlicet stellæ, et adoratio magorum. Post hanc quoque jucunditatem, iterum periculum, iterumque formido. *Quærit*, inquit, *Herodes animam pueri* : et fugere necesse est, et in longinqua transire hominis instar. Nondum quippe opportunum erat, ut signorum miracula coruscarent. Si enim a prima prorsus infantia mirabilia monstrasset,

Digitized by Google

